Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

40

BIBLIOTHECÆ OMNIENSIS SOCIETATIS
IHS

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACERDOTALE

AD VSVM SACERDOTIS ANIMARVM CVRAM GERENTIS,

ad varios Ecclesiæ ritus accommodatum.

PROOEMIVM.



Saluator noster Dominꝰ Jesus Christꝰ, tanquaꝫ verus Samaritanus descendẽs a cęlesti Jerusalem, & Jericho, idest humani generis defectui, & miserijs appropinquans. Lucę 10. Curationi eius alligamenta adhibuit: qa ꝓtra originalis & actualis peccati vulnera, qbꝰ saucium erat, sacroꝫ remedia instituit, & ordinauit. Quę qdẽ, dũ in hac mortali pegrinatione versaret: p se & docuit & compleuit: & post passionẽ suã per sacerdotes suos fidelibus suis ministrãda pręcipit. Ex qbus quidem duos ordines constituit: vt sanctus euangelista Lucas nono & decimo capitulis Euangelij sui testatur: alterum quidem maiorum, idest duodecim apostolorum: alterum vero minorum, videlicet septuagintaduorum discipulorũ: ita dunta xat, vt priores Episcoporum, posteriores vero inferiorum sacerdotum locum & dignitatem obtinerent. Et de priori quidem ordine canon attestatur. 2. q. 7. Accusatio. & de consecr. distin. 5. cap. Manus. & cap. De his. De secundo vero ordine. 21. distin. ca. In nouo. Et ordo quidem prior (Episcoporum scilicet) vt dispensando & exhibendo sacri chrismatis sacramento, de sacra vnctione. cap. Cum venisset, & collationibus ordinum clericalium: ecclesiarum, altaris ministrorumque consecrationibus intenderet, de Ordi. ab episcopo qui renun. cap. 1. Reliqua autem quinque sacramenta (quamuis & ipsi possent) inferioris ordinis sacerdotibus ministranda committere, ab ecclesia institutum est. De quo quidem bipartito sacerdotum ordine in

A epistola

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

epiſtola Anacleti Papę omnibus Epiſcopis ⁊ Sacerdotibus miſſa, cap. 8. ſic habetur. Sacerdotum ordo bipartitus eſt, ⁊ ſicut Dominus illum inſtituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem apoſtolos a Domino eſſe electos ⁊ conſtitutos: ⁊ poſtea per diuerſas prouincias ad prędicandum diſperſos. Cum vero meſſis cępit creſcere, videns paucos eſſe operarios, ad eorum adiumentum ſeptuaginta duos eligi prącepit diſcipulos. Epiſcopi vero apoſtolorum, presbyteri quoque ſeptuaginta duorum diſcipulorum locum tenent. Epiſcopi autem non in caſtellis, aut modicis ciuitatibus debent conſtitui: ſed presbyteri per caſtella ⁊ modicas ciuitates, atque villas debent ab Epiſcopis ordinari ⁊ poni: ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos. Amplius quam iſti duo ordines ſacerdotum nec nobis collati ſunt, nec apoſtoli docuerunt: hęc ibi. Huic autem ſacerdotũ biparti to ordini ⁊ toti eccleſię ſuę ſanctę beatiſſimum Petrũ apoſtolum in ſummum elegit ſacerdotem, dicens Matth. 16. Tu es Petrus, ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam: ⁊ portę inferri non prąualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque liganeris ſuper terram, erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ⁊ in cęlis. 68. diſtin. cap. Quorum vices, ⁊ capitu. Jn nouo. 21. diſt. ⁊ cap. Sacroſancta. 22. diſtin. ¶ Et quia in libro Põtificali ſufficienter de his, quę ad officium Pontificũ ſpectãt, diffuſius tractatur, operępretium viſum fuit in hoc libro, qui Sacerdotale nuncupatur, ea, quę ad officium curatorum pertinent, quantum Deus dederit, inſerere quatenus quilibet ſacerdos in promptu habeat: qualiter miniſterium ſuum ad animarum ſibi commiſſarum ſalutem ſalubriter valeat exercere. Quę quidem omnia, quę in hoc opuſculo inſerentur, non de nouo adinuenta, aut excogitata fuere: ſed ex antiquo ritu, preſertim ſanctę Romanę Eccleſię, ⁊ ſacroſanctis Concilijs, ⁊ ſanctorum Doctorum catholicorum ſcriptis collecta, ⁊ ordinata: prout in antiquiſſimis codicibus, qui in ſacra bibliotheca Apoſtolica conſeruantur, (vnde excerpta ſunt) apparet. Adduntur etiam quidam ritus ⁊ particulares cęremonię diuerſarum eccleſiarum, vt liber iſte omnibus eccleſijs ⁊ Dei ſacerdotibus ſit communis. Verum, antequam opus hoc neceſſariũ aggre-

aggrediamur, non nulla pſonam ⁊ officiũ ſacerdotis cõcernẽtia videnda ſunt, quę non modicum decoris ⁊ ornamenti huic operi, nec minus vtilitatis ea diligenter obſeruantibus afferẽt.

Prędambula quędam ſequentis operis.

¶ Vnde dicatur ſacerdos, vnde ortum habuit Sacerdotium, ⁊ quod ſit officium Sacerdotis. Cap. 1.

De nomine Sacerdotij.

ET quia (vt prędictum eſt) liber iſte Sacerdotalis, ſiue Sacerdotale appellatur: primus videndum eſt de ipſius ſacerdotij nomine, dignitate, origine, ⁊ officio. Sacerdos dꝫ quaſi ſacra dans, vel ſacer dux, vel a ſacrificando. 21. diſt. cap. Cleros. ¶ Et dicitur ſacra dans, qa eccleſię ſacra miniſtrat, ⁊ maxime ſacramentũ pęnitentię: quo Dñs propitiatur peccatis populorum. Leui. 5. Rogabit pro eo ſacerdos, ⁊ pro pctõ eius, ⁊ dimittetur ei. Et Oſeę. 4. Sacerdotes peccata populi comedent, ideſt ſuis orationibus delebunt. 1. q. 1. cap. Jpſi ſacerdotes. Et ideo dꝫ Lucę 7. Oſtendite vos ſacerdotibus, vt. ſ. vos emundent a peccatis. ¶ Dicitur etiam ſacer dux: quia habet ducere, indicare, ⁊ docere populum ſuum. Deutero. 21. Ad verbum ſacerdotum omne negotium pendet. Joſue 4. Sacerdotes pergebant ante populum. 4. Jſregum 17. Sacerdos docebat quomodo colerent Deum. ¶ Dicitur ẽt a ſacrificando, quia eorum officium eſt offerre ſacrificium ⁊ hoſtias pro populis. Leui. 21. Sacerdotes incenſum ⁊ panes offerunt Deo. ¶ Sacerdos etiam Regibus comparatur. 2. q. 7. §. Jtem. Cum Balaam. Deus enim elegit Epiſcopos ⁊ presbyteros, vt duplici honore honorarẽtur. 1. Timo. 5. Qui bene prędſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Et non ſolum comparantur Regibus, ſed etiam illis prędeminent. 96. diſt. c. Duo ſunt. ¶ Originem autem habuerunt Sacerdotes in lege naturę in Abel. Gen. 4. ⁊ in Melchiſedech, qui erat ſacerdos Dei altiſſimi offerens panem ⁊ vinum. Gen. 14. de conſec. diſt. 2. c. Jn calice. ⁊ c. Accipite. Et in lege ſcripta in Aaron, qui inſtitutus eſt ſacerdos a Deo cum omni ſua poſteritate. Exo. 28. Et primi Paralip. 24. Dauid elegit viginti quatuor ſacerdotes per vices totidem, quibus omnibus prędfecit vnum ſummũ ſacerdotem. Jn lege autem euangelica elegit Chriſtus. 12. Apoſtolos in maiores, ⁊ 72. in minores ſacerdotes ſub vno principe

Aliorũ peccata deflere, ac pro illis pœnitentiam facere proprium eſt Sacerdotis pabulum.

De Sacerdotum origine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipe.s.beato ℙetro apostolo ⁊ successoribus eius,vt prẽhabitũ est. ¶ Officiũ autem sacerdotum iuxta suę ordinationis canonem est offerre,benedicere.c.ℙerlectis.23.distin.prẽesse, prędicare,baptizare.c.Ecce.95.distin.ligare, ⁊ absoluere. Joã.20. Quorum remiseritis peccata, ⁊c. Et ante omnia laudabiliter viuere.Exod.14.Erunt sacerdotes mihi religione perpetua: ⁊ plebibus suis exempla bonorum operum prębere. Deute.24. Accipies exemplar a sacerdotibus.s. bene viuendi, ne forte eis euangelicum illud obiciatur: Medice cura teipsum. Luc.4. ⁊ ne iuxta dictum Apostoli.1.Cor.9.Cum alijs bene prędicauerint, ipsi reprobi efficiantur.Unde audiant beatum August. sacerdotibus dicentem.Vos presbyteri nosse debetis ⁊ sępe meminisse:q̃ nos,quibus regendarum aiarum cura cõmissa est, pro his,qui nostra negligentia pereunt,rationem reddituri simus.ℙro his vero,quos verbis ⁊ exemplis lucrati fuerimus, pretium ęternę vitę percipiemus. Nobis enim a dño dictum est.Matth.5.Vos estis sal terrę.Quod si populus fidelis cibus est dei: eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrũ gradum nr̃o gradui sc̃o,m, ⁊ pene coniunctum esse. Sicut enim Ep̃i Apl̃orum in ecclesia,ita nimirum presbyteri cęterorum discipulorum dn̄i vicem tenent.Et illi tenent gradum summi pastoris Aaron,isti vero filiorum eius.Unde oportet vos semper memores esse tantę dignitatis,memores vestrę cõsecrationis, vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis,nec manus sacro vnguento delibutas peccando polluatis:sed cordis ⁊ corporis munditiam conseruan es plebibus exemplum bene viuendi prębentes, his quibus prędestis,ducatum ad cęlestia regna prębeatis.

De officio.

¶ Quam necessaria sint sacerdotibus vitę probitas, ac doctrinę integritas Cap.2.

ET quia etiam bona vita sola non sufficit ad sacerdotem sine peritia literarum:quoniam imperitus ⁊ indoctus non põt officium sacerdotis recte complere,vt habetur in epistola Gelasij ℙapę.ca.17.Illiteratos nullus prędamat ad clerum prouehere:quia literis carens,sacris esse non potest aptus officijs: ideo bona vita ⁊ sana doctrina necessaria sunt Sacerdoti: iuxta dictũ Anacleti ℙapę,vbi supra,capitu,10,scribẽtis. Doceri omnes

omnes oportet,qui Dn̄i sacerdotio funguntur:vt ⁊ cęteros instruant, ⁊ sibi proficiãt. Scriptum est enim Daniel.12.Qui docti fuerunt,fulgebunt quasi splendor firmamenti: ⁊ qui adiustitiam erudiunt multos,quasi stellę in perpetuas ęternitates.Et alibi Daniel.11.ℙopulus autem sciens Deum suum,obtinebit ⁊ faciet, ⁊ docti populos docebunt multos. Ipsa quoque veritas per se infert, ⁊ dicit Lucę 7.Beatus es qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in Deum, qui recte non docet, ⁊ qui eius scandalizat episcopum,vel sacerdotem. ¶ Et Augustinus ℙresbyteri, oportet vos assiduitatem habere legendi, ⁊ instantiam orandi: quia viri iusti vita lectione instruitur,oratione ornatur: ⁊ assiduitate lectionis munitur homo a peccato,iuxta illuꝫ qui dicebat.ℙsal.118.In corde meo abscondi eloquia tua,vt nõ peccem tibi.Hęc sunt enim arma,videlicet lectio, ⁊ oratio, quibus diabolus expugnatur. Hęc sunt instrumenta quibus ęterna beatitudo acquiritur:his armis vitia reprimũtur:his alimẽtis virtutes nutriuntur.Sed ⁊ si quãdo a lectione cessatur,debet manuꝫ operatio subsequi: quia otiositas inimica est animę: ⁊ antiquus hostis,quem a lectione,siue ab oratione vacãtem inuenerit,facile ad vitia rapit. ℙer vsum nanq; lectionis discetis qualiter ⁊ vos viuatis, ⁊ alios doceatis. ℙer vsuꝫ orationis ⁊ vobis ⁊ his, quibus in charitate coniuncti estis,prodesse valebitis. ℙer manuum operationem ⁊ corporis macerationem, ⁊ vitijs alimẽta negabitis, ⁊ vestris necessitatibus subuenietis, ⁊ habebitis vnde necessitatẽ patientibus impẽdatis.Quę autẽ necessario a sacerdotibus addiscẽda sint, Idem beatus Augustinus docet inquiens.dist.38.

Arma Sacerdotis.

¶ Quę discere Sacerdotes teneantur. Cap.3.

SAcerdotibus necessaria sunt ad discendum, liber sacramentorum,lectionarius,antiphonarius,baptisterium,cõputus, canon pęnitentialis, psalteriuꝫ,homilię per circulum anni dominicis diebus ⁊ singulis festiuitatibus aptę. Ex quibus oibus si vnũ defuerit sacerdotis nomen vix in eo cõstabit. Quia valde periculosę sunt euãgelicę minę,quibus dn̄. Matth.15.Si cęcus cęco ducatũ prębet,ambo in foueaꝫ cadũt. Debẽt etiã sacerdotes non ignorare canones ecclesiasticos,vt habetur ex epistola Celestini papę,Cap.20,Nulli sacerdoti sũos licet canones ignorare,

rare, nec quicq̃ facere qđ patrũ possit regulis obuiare. Que res a nobis digne seruabitur, si decretalium norma statutorũ, pro aliquorũ libito licẽtia pplis pmissa, nõ frãgat. ¶ Et in concilio Aurelianensi. cap. 6. dr Parochiarij clerici a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonũ legẽda ꝓcipiãt: ne rei ipsi, vl ppli, q̃ p salute eorũ decreta sunt, excusent se se postmodũ ignorasse.

¶ Sacerdos parochialis debet suis subditis prędicare cap. 4.

Munitus itaq̃ sacerdos, z bona vita, z scientia lucida, accingat se ad p̃dicationis officium: z p̃m sibi traditã gr̃am plebibus suis verbũ salutis annunciet: z si ẽt nõ multa polleat scientia, p̃m tñ posse suum verbo z exẽplo omnibus prodesse studeat. Unde beatus Augustinus dicit. Hortamur vos Domini sacerdotes paratos esse ad docẽdas plebes vestras. Qui scripturas scit, p̃dicet scripturas: qui vero nescit, hoc saltem, quod notissimum habet, plebibus dicat, vt declinent a malo z faciãt bonum: inquirant pacem, z sequantur eam. Quia oculi dñi super iustos, z aures eius in preces eorum. Vultus aũt Dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriã eorum. ps. 33. Nullus ergo se excusare poterit, q̃ non habeat linguam, vnde possit alium edificare. Hor enim, vt quemlibet errantẽ viderit, put põt z valet: aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando, ab errore retrahat: z ad peragendum opus bonum hortetur.

¶ Que a sacerdotibus sunt suis populis prędicanda. Cap. 5.

Que autem a sacerdotibus suis plebibus sint prędicanda, z annuncianda sequentes canones denunciant. ¶ Ex concilio Rothomagensi. Ca. 1 In primis prędicandum est omnibus generaliter, videlicet, vt credant patrem z filiũ z spũm sanctum vnum Deum esse omnipotentẽ, qui omnia fecit: z vnã esse deitatem z substantiam z maiestatem in tribus personis, patris z filij z spũs sancti. ¶ Ibidem. cap. 2 Item prędicandum qũo filius Dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Virgine, pro salute humani generis passus, sepultus, z tertia die resurrexit, z cęlũ ascẽdit: z qũo in fine mundi veniet iudicare omnes homines p̃m propria opera: z impij cũ diabolo in ignem eternum mittentur: iusti cũz Chro in vita eterna erunt. Matth. 25.

¶ Ibidem. Cap. 3 Item prędicandum q̃ homines in propria carne resurgent. ¶ Ex concilio Remensi. Cap. 2 Iubendum est

est vt Oratio Dñica, in qua oĩa necessaria humanę vitę cõprehẽdunt: z Symbolũ Apl̃orũ, in quo fides catholica ex integro comprehendit, ab oĩbus dicat, tam latine q̃ barbarice: vt quod ore profert, corde credat, z intelligatur. ¶ Ex eodem. Cap. 8. Dis presbyter oĩbus parochianis suis Symbolum z oronem dñicam, aut ipse insinuet, aut alijs insinuandum iniũgat. Et cũ ad cõfessionem tẽpore quadragesimę veniũt, hęc ab vno quoque memoriter sibi decantari faciat. Nec ante scãm cõionẽ alicui tradat, nisi hęc ex corde pronunciare voluerit. Siquidẽ sine horũ scientia nullus saluus esse poterit. In vno enim fides z credulitas chriana ꝓtinet. In alio quid adorare z petere a Deo debeamus exprimit. Qđ vero sine fide nemo põt esse salvus, dñs ostendit cũ dicit: Marci vlti. Qui crediderit z baptizatus fuerit, salvus erit. Nullus aũt credere põt qđ nescit, nec audiuit. Ait enim Paulus, Qũo credent ei, quẽ non audierũt? Nec sola sufficit fides in corde, nisi ẽt verbis enunciet, vt idem Apostolus testis est. Corde enim (inquit) creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Rom. 10. Nullus aũt de stoliditate sensus, z tenuitate ingenij causet: qr hęc tam parua sunt, vt nemo tam hebes z barbarus sit, qui hoc discere, z verbis cõibus pronunciare non possit: tam magna: vt qui horum scientiam plene calere poterit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam.

¶ Sacerdos populum instruere debet, q̃ varia superstitionum genera vitet, z de illorum pęnis.

Quia vero fides super oĩa inconcusse z firmiter tenenda est: z oĩa diaboli figmenta ipsi fidei aduersantia propulsanda sunt: sacerdos admonere populum debet de sortilegijs, prestigijs, incãtationibus, obseruationibus tẽporũ z rerũ. ¶ Ex cõcilio Bracarensi. Cap. 6. Siquis diuinos, z sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum fozis mittat: aut maleficia inueniat, quinq̃ annis pęniteat. Et eodem c. 10. Non licet christianis traditiones gentium obseruare, vel colere elementa, aut lunam, aut stellarum cursum, z inanẽ signorũ fallaciam considerare pro domo facienda, z ad coniugia socianda. Scriptum est enim Colos. 3. Oia quęcũque facitis in verbo, aut in opere, in nomine Domini nri Jesu Christi facite: gratias agẽtes Deo. Siquis aũt hoc fecerit, seuerissime corripiatur, z

canonice peniteat. ¶ Ex dictis B. Ambrosij episcopi. Apostolus dicit: Dies obseruatis, & mẽses, & tempora, & annos: timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Gal. 4. Dies obseruant, qui dicunt, vt puta: crastino proficiscendũ non est. Post crastinum enim nõ debet aliquid inchoari. Et sic solent magis decipi. Hi colunt menses, qui cursum lunæ perscrutantur, dicentes: Septima luna instrumenta cõfici non debent: noua autẽ luna emptum seruum domum duci nõ oportet: & per hęc solent facilius aduersa prouenire. Tẽpora vero obseruant, cũ dicunt: Hodie veris initiũ est: & ideo festiuitas est. Et rursum: Postremum est: domum egredi nõ licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalendis Januarij nouus annus est: quasi nõ quotidie annus implcatur. Hęc superstitio longe esse debet a seruis Dei. Siquis in hac perfidia detegitur, clerici annum vnũ, laici dimidiũ pœnitcant. ¶ Ex Cõcilio Bracarensi. Cap. 21. Nõ licet in collectione herbarum medicinalium aliquas obseruationes vel incãtationes attendere, nisi tantus cum symbolo diuino, & oratione dominica: vt Deus & Dominus noster honorctur. ¶ Ex Cõcilio Eliburiensi. Cap. 4. Siquis mãducat, aut bibit, aut portat super se, vnde existimat Dei iudicium peruertere posse, & exinde cõprobatus fuerit: eadem sententia feriatur, qua magi & arioli & incantatores ferirentur. ¶ Ex pœnitentiali Theodori Episcopi. In tabulis vel codicibus sorte futura non sunt requirenda: & vt nullus in psalterio, vel in euangelio, vel alijs rebus sortiri præsumat, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obseruare. ¶ Ex Concilio Agathensi. Cap. 3. Perquirendum si aliqua fœmina sit, quę per quędam maleficia & incantationes mẽtes hominum se immutare posse dicat, idest, vt de odio in amorem, de amore in odium cõuertat: aut bona hominum damnet, aut rapiat. Talis omnimodis scopis correpta ex parochia eijciatur. ¶ Ex Cõcilio Augustensi. Admoneant sacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes, incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre: nec animalibus languentibus, claudicantibus, vel etiam moribundis quicquam mederi: sed hęc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis exercuerit, clericus degradet, laicus anathematizetur.

¶ Ex

¶ Ex dictis B. Augustini. Ligaturę execrabilium remediorũ, quas ars medicorum non cõmendat, seu in præcantationibus, seu in characteribus, vel in quibuscunq; rebus suspendendis, atq; ligandis, in quibus omnibus ars dęmonũ ex quadam pestifera societate hominũ & angelorum exorta, vitãdę sunt christiano, & omni penitus execratione repudiandę, atq; dãnandę. ¶ Ex Concilio Aurelianen. Cap. 3. Falsa angelorum nomina christiani non colant, sed ea tantum, quę prophetica & euangelica docet scriptura, idest Michael, Gabriel, & Raphael.

¶ Sacerdos admonere debet fideles qualiter in ecclesia conuersari debeant, & qualiter virtutes debeant prędicare, & vitia detestari. Cap. 7.

ADmonere etiam debent sacerdotes plebẽ: vt cũ reuerẽtia in ecclesia conuersentur. ¶ Ex Cõcilio Turonẽsi. Cap. 38. Sacerdotes debent fideles admonere, vt quando ad ecclesiam conueniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediãtur. In qua etiam quandiu orationis causa morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes: sed tempore, quo missarum solennia celebrantur, non solum abotiosis, & inutilibus verbis, verumetiam a perniciosis cogitationibus funditus abstinendũ sit. ¶ Ex Concilio Turonensi. Cap. 3. Si enim domus Dei, domus orationis vocatur, hoc debet esse quod dicitur: nec ibi aliquid geri debet, aut recondi. Vbi enim corpus domini conseruatur, ibi angelorum præsentia non dubitatur adesse. Vbi sanctorum reliquię reconditę venerantur, nequid inhonestus appareat, quod oculos ad orationẽ venientium offendat: nequid videatur, quod ad lucrum temporale pertineat: sed omnia sancta, omnia munda, & tantummodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia. ¶ Ex Concilio Remensi. Cap. 5. Obseruandum est, vt mensa Christi, idest altare, vbi corpus dominicum consecratur, vbi sanguis eius hauritur, vbi sanctorum reliquię reconduntur, vbi præces & vota populi in conspectu Dei a sacerdotibus offeruntur, cum omni veneratione honorctur: & mundissimis linteis & pallijs diligentissime cooperiatur: nihilque super eo ponatur, nisi capsę cum sanctorũ reliquijs, & quatuor euangelia. Expleta missa, calix cum patena, & sacramentorum liber, cum vestibus sacerdotalibus, in mundo loco sub

sera

sera recondantur. ¶ Ex Concilio Remensi. Cap. 5. Item prędicandum est de dilectione Dei & proximi: de fide & spe in Deo: de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, & vt fratribus ex corde remittatur. Qui hęc & his similia agunt, regnum Dei consequentur.

¶ Ex eodem Concilio. Cap. 4. Item prędicandum est pro quibus criminibus homines cuz diabolo cõputantur: quę sic apostolus connumerat: Fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitię, contentiones, emulationes, irę, rixę, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Quia qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur. Et ideo hęc cum omni studio prohibeantur.

¶ Sacerdotes debent monere porcarios & bubulcos, vt saltem diebus festis ad ecclesiam conueniant. Cap. 8.

¶ Ex Concilio Rothoma. Cap. 5.

Admonere debent sacerdotes plebes subditas sibi, vt bubulcos, atq; porcarios, vel alios pastores, vel aratores, qui in agris assidue commorant vel in syluis, & ideo velut more pecudum viuunt, in dominicis & in aliis festis diebus saltẽ, vel ad missam faciant, vel permittant venire. Nam & hos Christus precioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint, pro aiab⁹ eorum absq; dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores atq; nobiliores quosque: sed piscatores atque idiotas sibi discipulos asciuit: vt ostenderet in facto, quod ipse verbis in euangelio affirmat dicens: Quod hominibus est altũ, abominabile est apud Deum. Et (salua altiore intelligentia) natiuitas nostri redemptoris primo omnium pastoribus ab angelo nunciatur.

¶ Sacerdos admonere debet populum, vt mane & vesperi saltem pro se orent, & pro diuersis plagis occurrentibus. Cap. 9.

¶ Ex concilio Aurelianensi. Cap. 10.

Item instituendus est populus, vt singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus vicibus orent, mane scilicet & vespere, dicens Symbolum & Orationem dominicam: siue, Qui plasmasti me miserere mei. Vel etiam: Deus propitius esto mihi peccatori. Et Deo gratias agere pro quotidianę vitę cõmeatibus: & quia se ad imaginem suã creare dignatus sit,

& a

& a pecudibus segregare. His peractis, & solo Deo creatore adorato, sanctos inuocet, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Hęc faciant, quibus basilicę locus prope est, in basilica. Qui vero in itinere, aut pro qualibet occasione in syluis, aut agris fuerint, vbicũq; eos ipsa hora matutina, vel vespertina inuenerit, sic faciant, scientes Deum vbique prȩsentem esse: Dicente psalmista: In omni loco dominationes eius.

¶ Ex eodem concilio Ca. 4 Sacerdotes admoneant populũ, vt eleemosynam dent, & orationes faciant pro diuersis plagis: quas assidue pro peccatis nostris patimur.

¶ Sacerdos docere debet cives, vt festa solennia in ciuitatibus agant: & quę sint festa de prȩcepto. Cap. 10.

¶ Ex concilio Agathensi. Cap. 5.

Docendi sunt ciues, vt Pascha, natale Dñi, & pentecosten in ciuitatibus cũ episcopis suis (nisi infirmitas impedierit) celebrent, accipiendę cõionis, vel benedictionis gra. Et q hoc neglexerit, cõione priuet. Quę festa celebrãda sint sub pcepto, habentur. ¶ Ex concilio Lugdun. Cap. 4. Item pronunciandum est vt sciant tpa feriandi per annũ: idest oẽm diẽ dñicam a vespera vsq; ad vesperã, ne iudaismo capiant. Feriandi vero p annum sunt isti dies. Natalis Dñi, S. Stephani, S. Joannis Euãgelistę, scorum Innocentũ, sancti Syluestri, Octaua Domini, Epiphania: Purificatio sanctę Marię, sanctũ Pascha cũ tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, corporis Christi, sancti Joãnis Baptistę, duodecim Apostolorum, maxime tamen sanctorũ Petri & Pauli, qui mundum sua prędicatione illuminauerunt, sancti Laurentij, Assumptionis sanctę Marię, Natiuitatis sanctę Marię, Dedicationis basilicę, sancti Archangeli Michaelis, Omnium Sanctorum, & sancti Martini, & Dedicatio cuiuscunq; oratorij, & illę festiuitates, quas singuli cpi in suis episcopatibus cum populo collaudauerint: quę vicinis tantũ circum morantibus inducendę sunt, nõ generaliter omnibus. Reliquę vero festiuitates per annum non sunt cogendę ad feriandum, nec prohibendę. Indictum vero ieiunium quando fuerit denunciatum, ab omnibus obseruetur. ¶ Ex concilio apud Compendium. Cap.

Quo adcto tã hebdomadã sian dũ est consuetudini.

Omnes dies dominicos a vespera in vesperam

speram cum omni veneratione obseruari decreuimus, & ab illicito opere abstinere: & vt mercatus in eo minime fit, nec placitum; vbi aliquid ad mortem vel ad pœnam iudicatur. Nec sacramenta iurentur, nisi pro pace facienda.

¶ Sacerdos debet monere populum super decimis persoluendis. Cap. 11.

DEbet etiam Sacerdos populū admonere de decimis Deo soluendis, sicut dicit S. Augustinus, qui in Concilio Maguntino. cap. 4. allegatur. Decimę ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus? Nempe meus es homo, mea est terra, quam colis: mea sunt semina, quę spargis, mea animalia, quę fatigas: meus est solis calor. Et cuz omnia mea sint, tu qui minus accōmodaz, solā decimā merebariz. Sed reserno tibi nouem, da mihi decimā. Si nō dederis mihi decimā, auferā nouē. Cum itaqz Judaicus populus præceptū decimarū tanta diligentia obseruaret, vt de minimis quibusqz olusculiz, ruta videlicet, menta, & cymino (vt etiaz dñs testatur) decimaz darent: cur non maiori studio plebz euangelica candē impleat tuitionē, cui & maior numerus est sacerdotiz, & syncerior cultus sacramentorū? Ideo ergo dandę sunt, vt hac deuotione Deus placatuz largiuz præstet quę necessaria sunt, sicut superius ostēdimus. Erunt sacerdotez ac ministri ecclesię cura & solicitudine necessitatū corporaliū, sine quibus hęc vita trāsigi nō potest, releuati: vt liberiores fiāt ad meditationē diuinę legis, & doctrinę administrationē, atqz spiritualis seruitij voluntariā explctionē. Et vt munus populi quotidiana oblatione dño immolet, necnon & in statuta canonica in sustentationē pauperū, & restitutionez ecclesiarum proficiat: quatuor partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent, vt vna sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperuz, quarta vero ad restaurationem ecclesiarū seruetur.

¶ Ex eodē Concilio Maguntinen. Cap. 38. Admonemus atqz præcipimus, vt decimę Deo omnino dari nō negligātur: quas Deus ipse dari sibi cōstituit: quia timendū est, vt quisquis Deo suum debitū abstrahit, ne forte Deus per peccatum suū auferat ei necessaria sua.

¶ Ex Cōcilio Hanetensi. Cap. 159. Præcipiendū secundū canonū authoritatē, vt de sepulchris & hominibus sepeliēdis nihil muneris exigat: nisi forte qui sepelitur, vinēz inu-

serit

serit ecclesię, in cuius atrio sepelit, de suis rebus aliquid tribuere: aut ēt post mortē illi, qbus cōmissum est eius eleemosynā facere, de rebꝰ illius aliqd dare spōte voluerint. Tñ nullatenus a p̄sbyteris illis aliqd exigat, siue ab illis, qui locis & vicis p̄sunt.

¶ Sacerdos semp sacrū chrisma deferre, & in omnibus honeste se habere debet. Cap. 17. ¶ Ex concilio Basilensi. Ca. 5.

NVllus p̄sbyterorum in plebe sibi cōmissa sine chrismate vnquam debet progredi: qa inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo aūt, qui in baptismate quacunqz necessitate faciente non chrismatus fuerit in confirmatione sacerdotis perficiat. ¶ Ex concil. Apud Valentiam. Cap. 2. P̄sbyteri q dioceſanas regūt eccl'as, nō a quibuslibet ep̄is, sed a suo, nec p̄ iuniorē clericū, sed p̄ seipsos, aut p̄ illos, qui eiusdē ordinis sint, ante Paschę solēnitatem chrisma petant. ¶ Ex concilio Turonensi. Cap. 3. Obseruandū est, vt sacrū chrisma, & oleū consecratum semper sub sera sit: ne illud vnde Christo incorporamur, & vnde oēs fideles scificantur, vnde reges & sacerdotes inunguntur, aliquis infidelis, aut immūdus tāgat: aut aliquis p̄fidus ad dei iudicium subuertendū surripiat: quod experimēto didicimus. ¶ Ex concil. Neocesarien. cap. 7. P̄sbyterum in nuptijs bigami prandere non conuenit: quia cum pœnitētia bigamus indigeat, quis erit p̄sbyter, qui propter conuiuium talibus nuptijs possit præbere consensum? ¶ Ex dictis beati Augustini. P̄sbyteri, diaconi, vel subdiaconi, vel deinceps quibus ducere vxores non est licitum, etiam alienarum nuptiarum cuitent conuiuia: neqz his cętibus admisceantur, vbi amatoria cātant, & turpia, aut obscęni mōtus corporū chorus & saltationibus efferuntur: ne auditus & obtutus sacris mysterijs deputatus turpiū spectaculorū atqz verborū cōtagione polluat.

¶ Ex concilio Africano. cap. 6. Pro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa sancta synodus statuit, vt quia solent crebro mensis otioſę fabulę interponi, in omni sacerdotali cōuiuio lectio scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & animę ędificantur ad bonum, & fabulę non necessarię prohibent.

¶ Ex concilio Antiocheno. Cap. 11. Siquis ep̄s, aut p̄sbyter, aut quilibet regulę subiectus ecclesię, præter cōsilium & literas ep̄orum prouincię, & p̄cipue metropolitani adierit Imperatorem,

rem, hunc reprobari ꝛ abijci oportet, non solum a cõione, verũ ꝛ ab honore, cuius particeps vĩ existere. Quia venerandi principis auribus molestiam tentauit inferre, cõtra leges ecclesię.

¶ Quę sacerdotes ac clerici obseruare debeant: ex synodali admonitione compendiose excerpta. Cap. 13.

FRatres charissimi cõsacerdotes ꝛ cooperatores nostri nouit fraternitas vestra, nos (licet indignos) locum tenere Aaron, vos autem Eleazari ꝛ Ithamari: nos fungi vice .12. Apostolorum vos autem 72. discipulorum. Nos pastores vestros esse, vos autem animarum vobis commissarum. Nos de vobis, vos autem de plebibus vobis commendatis dño nostro Jesu Christo rationem esse reddituros, vt in die tremendi iudicij inter bonos dispensatores inueniamur. Et ideo charissimi videte periculum vestrum. ¶ Admonemus itaque ꝛ obsecramus fraternitates vestras, vt quę vobis suggeremus, memorię commendetis, ꝛ opere exercere studeatis. In primis igit admoneamus ꝛ obsecramus fraternitatem vestram: Ut vita ꝛ conuersatio vestra sit irreprehensibilis. ¶ In domibus vestris mulieres nõ cohabitent. ¶ Omni nocte ad nocturnas horas surgite. ¶ Officium vestrum horis certis decantate. ¶ Nullus vestrum, nisi ieiunus missam celebret: ꝛ non in vestibus cõibus, sed sacris: Amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, ꝛ casula, vestimentis mundis, quę ad alios vsus non seruiant parati: deuote ꝛ religiose celebrate: ꝛ in ea corpus ꝛ sanguinem dñi cum oi reuerentia ꝛ tremore sumite. ¶ Corporalia ꝛ pallę ex lino fieri debent: ꝛ sint mundissima: quę ꝛ alia lintea ac vasa sacra propijs manibus ablute diligenter. ¶ Altare sit coopertũ mundis linteis, saltem tribus, diuersis: ad quod nulla fęmina accedat, aut calicem tãgat: ꝛ super altare nihil ponatur, nisi reliqę, ac res sacrę, ꝛ pro sacrificio opportunę. ¶ Missalia, gradualia, lectionaria, ꝛ antiphonaria vestra sint completa ꝛ pfecta. ¶ Ecclesię vestrę bĩ sint coopertę ꝛ mundę. ¶ In sacristijs, siue sacrarijs, aut iuxta altare manus sit locus aptus ad infundendum aquã ablutionis corporalũ, ꝛ linteorum, ac vasorum, ꝛ aliarum rerum sacrarum, ac manuũ, postꝫ sanctũ Chrisma, aut oleũ carbecumenorũ vel infirmorũ tractaueritis. Ybiqꝫ pẽdeat vas cũ aqua munda, pro lauandis manibus sacerdotũ, ꝛ

aliorum

aliorum, qui rem sanctam ꝛ officium diuinum sunt peracturi, ꝛ prope, linteum mundũ ad illas abstergendũ. ¶ Aeria ecclesię sint bene munita. ¶ Nullus sine scitu ꝛ cõsensu nostro per potestatẽ secularẽ ecclesiam obtineat. ¶ Nullus ecclesiã, ad quã intitulatus est, dimittat: ꝛ ad aliam quęstus gratia se transferat. ¶ Nullus plures ecclesias sine titulo, ꝛ contra sacrorũ canonum dispositiones, nancisci presumat: ¶ Nullatenus etiã vna ecclesia inter plures diuidat. ¶ Nullus extra ecclesiam in locis non consecratis, aut calcaribus indutus, vel cultellis extra pendentibus celebret. ¶ Nullus alterius parochianũ, nisi itinerantem, ꝛ tunc de rectoris sui licentia, ad cõionẽ recipiat. ¶ Nullus in alterius parochia absqꝫ proprij sacerdotis licentia celebret. ¶ In celebratione quisqꝫ calicem ꝛ oblata, nõ circulo aut digitorũ vacillatione (vt quidã faciunt) sed iunctis, ꝛ extensis digitis, cruce signet: sicque benedicat. ¶ Calix ꝛ patena sint aurei vel argentei: non ærei, aut auricalcei, vitrei, vel lignei. ¶ Quisqꝫ p̃sbyter clericum habeat vel scholarẽ, qui cuz eo psalmos cantet, epistolã ꝛ lectiones legat, ꝛ in missa rñdeat. ¶ Ipse quoque presbyter infirmos visitet ꝛ reconciliet: ꝛ iuxta Aplĩ propria manu cõicet, ꝛ oleo sancto iungat. ¶ Nullus presumat tradere cõionem laico, aut fęminę, ad ferendum infirmo. ¶ Nullus pro baptizandis infantibus, siue adultis, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, prędium vel munus exigat. ¶ Per negligentiam vestram nullus infans sine baptismo, ꝛ adultus sine cõione pereat. ¶ Nullus vestrũ sit litigiosus, aut ebriosus. ¶ Nullus arma ferat. ¶ Nullus canũ, aut auium locis inseruiat, seu in tabernis bibat. ¶ Quisqꝫ vestrum, quantũ sapit, de euangelio dominico ꝛ ceteris festiuis diebus suę plebi annunciet. ¶ Verbum domini prędicate. ¶ Curã pauperũ ꝛ peregrinorũ, viduarũ, ꝛ orphanorum habete: ipsosqꝫ peregrinos ad prandium vestrum vocate. ¶ Estote hospitales: alijs exinde bonum exẽplũ prębentes. ¶ Singulis diebus dñicis ante missam, aquam, qua populus aspergitur, benedicite: ad qõ vas proprium habetote. ¶ Vasa sacra ꝛ vestimẽta sacerdotalia nolite negociatori, aut tabernario in pignus dare. ¶ Minus digne pęnitẽtẽ cuiuscunqꝫ rei gĩa ad reconciliationẽ nõ adducite: nec ei reconciliationis testimonũ perbibete.

bete. ¶ Usuras non exigite. ¶ Nec facultates vestras post ordinationem vestram acquisitas alienate: quoniã ecclesię sunt. ¶ Nullus ẽt res, possessiones, aut mancipium ecclesię vendere, cõmutare, aut quocunq; ingenio p̃sumat alienare. ¶ Nullus decimã alterius recipiat. ¶ Nullus pœnitentẽ carnẽ manducare, aut vinũ bibere inuitet: nisi pro eo tunc eleemosynam fecerit. ¶ Quisq; fontes baptismales lapideos habeat bñ mũdos: quos si hẽ non poterit, vas aliud ad hoc opus solum deputatum teneat. ¶ Omnibus parochianis vestris Symbolum ⁊ Orationem dñicam, ⁊ ieunia quatuor temporum, ⁊ alia ecclesię mandata significate obseruãda. ¶ Ante Quadragesimam quarta feria populũ ad p̃fessionem admonete, ⁊ confessis iuxta qualitatẽ criminum pœnitentiam iniungite. ¶ Tribus temporibus in anno. i. natali dñi, paschę, ⁊ pẽtecostes, oẽs fideles accedere ad cõionem corporis Dñi nostri Jesu Chr̃i inuitate: ⁊ ne desint quin saltem in pascha communicent. ¶ Certis tẽporibus coniugatos ab vxoribus abstinere exhortemini. ¶ Nullus vestrum rubeis, aut viridibus vestibus vtatur. ¶ Diem dominicam ⁊ ceteras festiuitates absq; opere seruili a vespera ad vesperam celebrari docete. ¶ Cantus ⁊ chorcas mulierum in atrio ecclesię fieri prohibete. ¶ Incãtationes super mortuos nocturnis temporibus a vulgo fieri cõsuetas, sub obtestatione Dei omnipotentis vetate. ¶ Cum excõicatis nolite cõicare. Nec quis vestrũ eis: vel in eorum p̃sentia celebrare p̃sumat: qđ etiam plebi nunciate. ¶ Et q̃ nullus ex plebe vxorem domum ducat, nisi prius nuptię tẽporibus ab ecclesia permissis publice fuerint celebratę. ¶ Quo nullus ad raptam, vel consanguineam accedat, aut alterius sponsam ducat, omnibus prohibete. ¶ Porcarios ⁊ alios pastores saltẽ dñica die faciatis vocari ad missam. ¶ Patrinos, vt filios suos Symbolum ⁊ Orationem Dominicam doceant, aut doceri faciant exhortamini. ¶ Sacramẽtum eucharistię, sanctum chrisma, ⁊ oleum catbecumenorũ, ac sanctũ seu infirmorum, in ecclesia in loco mundo ꝺdecenti ⁊ securo sub sera ⁊ fida custodia diligenter seruate. ¶ Quisq; vestrum expositionẽ Symboli, ⁊ Oꝺonis Dominicę iuxta orthodororũ patrũ traditionis penes se habeat: casq; ac orationes missarum ⁊ epistolas ⁊ euangelia, ⁊ canonẽ bene

intelligat:

intelligat: ex quibus prędicando populũ sibi commissum sedulo instruat, maxime non bene credentem. ¶ Introitum Missę, orationes, epistolam, graduale, Euangelium, symbolum ⁊c. non secreta, sed alta ⁊ intelligibili voce proferat. Secretas vero ⁊ canonẽ morose ⁊ distincte submissa voce legat. ¶ Psalmorum verba ⁊ distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibiliter pronuntiet. ¶ Symbolum Athanasij de Trinitate ⁊ fide catholica memoriter teneat. ¶ Exorcismos ⁊ orationes ad catbecumenos faciendos, ⁊ reliquas preces super masculum ⁊ fœminam pluraliter, vel singulariter respective, distincte proferat. ¶ Ordinem baptizandi, ⁊ ad succurrendum infirmis, reconciliationis, ⁊ commendationis animę, ⁊ in agendis exequijs defunctorum, iuxta modum canonicum obseruet. ¶ Exorcismos ad benedictiones salis ⁊ aquę pertinentes legat. ¶ Cantum diurnũ ⁊ nocturnum sciat. ¶ Cõputum etiam minorem ad inueniendum literam dominicalem, tempus interualli dici Paschę, ⁊ maiorum mobilium festorum non ignoret. ¶ Martyrologium integrum habeat. Vt per hęc ⁊ alia bona opera vna cum populo vobis credito perpetua beatitudine perfruamini: Prœstante domino nostro Jesu Chr̃isto: cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Finiunt prœambula prœsentis operis.

¶ Diuisio generalis totius operis in tres partes.

¶ Prima pars continet, quemadmodum sacerdos curatus debeat ecclesiastica sacramenta ad eius ministerium pertinentia, ⁊ illis annexa, adiũcta, ⁊ accidentia debite conficere, ministrare, conseruare, ⁊ ad salutem animarum exhibere.

¶ Secunda pars continet, qualiter sacerdos res ad eius officium spectantes benedicere ⁊ sanctificare debeat.

¶ Tertia pars cõtinet, qualiter sacerdos processiones, ⁊ alias cœremonias diuersis temporibus, diebus, ⁊ euentibus cõmodas perficere habeat, cum exorcismis demoniacorum, computo ecclesiastico, ⁊ cantus breui informatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Tractatus primus primę partis sacerdotalis de sacramento baptismi.

¶ De triplici Baptismo, ꝛ eius efficacia.



QUia ergo baptismus est ianua, fundamentum, ꝛ primus oium sacramentoruꝫ. de cõse. dist. 4. c. Luꝫ itaqꝫ. 32. distin. ℌ. Verum. ꝛ S. Thom. 3. part. q. 66. ar. 6. ꝛ sine eo non est salus. de consec. dist. 4. c. Firmissime. primũ de eo tractandũ est. ¶ Inuenitur autem triplex baptismus. s. flaminis, sanguinis, ꝛ fluminis. i. aquę: vt colligit de ꝑse. dist. 4. c. Baptismi vicẽ. c. In summa. ꝛ c. Cathecumenũ. 1. q. 1. c. Firmissime. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 11. ꝛ 12. ¶ Primus baptismus est flaminis, idest Spiritus sancti. Actu. 1. Vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Et est quando aliquis habet propositum suscipiendi baptismi modo debito, si facultas dabitur: ꝛ non per negligentiam, vel contemptum illum dimittit: sed quia non valet ipsum attingere: ideo talem defectum supplet virtus Spiritus sancti. de consecratio. distinctio. 4. capitu. Baptismi vicem. ꝛ de baptis. ꝛ eius effec. capit. Debitum, ꝛ sequentibus: ꝛ ibi notatur in glos. de Presby. non bapti. cap. ad Apostolicam. Hic autez baptismus delet culpam: ꝛ valet solum adultis vsum rationis habentibus. ¶ Secundus baptismus est sanguinis, idest martyrij. de quo Joan. 12. Ego baptismo habeo baptizari ꝛc. Apocalyp. 7. Dealbauerunt stolas suas in sanguine agni, de consecratio. distinctio. 4. capitu. Cathecumeni. ꝛ capitu. Baptismi vicem. ꝛ de Presby. non bapti. capitu. 2. ꝛ 3. Et S. Thom. in 4. senten. distinctio. 4. articul. 3. Et iste baptismus sanguinis, est quando quis etiam non baptizatus aqua pro fide Christi martyrium patitur, sicut innocẽtes ab Herode interfecti. Matth. 2. Et oratores beatę Catherinę virginis ꝛ martyris: ꝛ sancta Emerentiana collactanea beatę Agnetis. Et iste baptismus delet culpam ꝛ pęnam: ꝛ proficit non solum adultis, sed etiam paruulis: quando ob protestationem fidei Christianę, quam tenebant eorum parentes, occidun-

occidũntur, secũdum Theologos. Et ſm Pe. de Pal. in 4. sen. puer in vtero matris existens martyrizari potest. Et ita mulier pręgnans pro Christo interfecta vna cum prole est martyr. ¶ Tertius est baptismus fluminis: idest aquę, de quo dominus Jesus, Joan. 3. ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. ꝛ ibidem. Venit Jesus in terram Judęam ꝛ baptizabat. Qui quidem baptismus in fide Christi ab ecclesia suscipitur: ꝛ delet culpam ꝛ pęnam: ꝛ confert gratiam. De summa Trini. ca. 1. in Clement. Et iste conuenit magnis, idest adultis, ꝛ paruis. De conse. dist. 4. cap. Per aquam. ¶ Ex dictis Fabiani Papę. Baptismus Grece, Latine Tinctio interpretatur. Qui idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratię in melius mutatur: ꝛ longe aliud ℭ erat efficitur. Baptizatur in nomine patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti. Sicut in tribus personis stat omne verbuꝫ: ita hoc sacramentum ternarius numerus diuinorum nominum. i. patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti efficit. hęc ille. ¶ Sacerdos igitur baptizaturus circa hoc sacrm septem considerare debet. vez.

¶ De varia Baptismi institutione. Ca. 2.

Institutionem
Materiam
Formam
Ministrum
Personam baptizandam
Ritum baptizandi
Effectum baptismi.

INstitutio huius sacramenti Baptismi fuit multipliciter facta. s. Materialiter ꝛ inchoatiue: quãdo Christus tactu suę mundissimę carnis vim regenerationis aquis cõtulit. Matth. 3. ¶ Przeceptiue: qñ dixit Nicodemo. Joan. 3. Nisi qs renatus fuerit ex aqua ꝛc. ¶ Effectiue quãdo Christus passus est in cruce: ꝛ de latere eius exiuit sanguis ꝛ aqua. Joan. 19. ¶ Executiue, quando Christus dixit discipulis: Euntes docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine Patris, ꝛ Filij, ꝛ Spiritus sancti. Matth. 28.

¶ Quod aqua naturalis ꝛ pura conuenientior est Baptismi materia. Cap. 3.

MAteria sacri Baptismi est aqua simplex elementaris ꝛ naturalis. Quę quidem est cõueniẽtior omnibus alijs liquoribus. ¶ Primo, quia aqua habet vim refrigerandi ꝛ sanandi. ¶ Secũdo, qꝛ est magis cõis, ꝛ quasi vbiqꝫ inuenitur. ¶ Ter-

tio, qa fluxit de latere Christi. ¶ Quarto, qa Spūs scūs vivificans primo super aquas apparuit. Gen. 1. Spūs dñi ferebatur sup aquas. ¶ Quinto, qz Christus in aquis baptizatus apparuit. Unde in qualibet aqua naturali potest fieri baptismus, sive salsa sit, sive dulcis, maris, fluminis, lacus, cisternę, putei, calida vel frigida. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 3. ⁊ 4. in 4. sen. dis. 3. q. 1. ar. 3. propter multas rationes ibi adductas: Non aūt in vino, oleo, aut alio liquore: qz tales, vel similes liquores de latere Xpi non exiverūt: Nec ēt in aqua artificiata, vt rosacea, ⁊ alijs aquis lābicatis: qz nō sunt proprie aquę naturales: nec ēt in vrina, sudore, saliva, cholera, phlegmate, vel aqua ex sale resoluta. In lixivio vero, deficiēte aqua pura: ⁊ in aqua lutosa, sed colata: ⁊ i aqua pluviali: ⁊ resoluta ex nive, glacie, rore, vel pruina, p̄t fieri baptismus: nō aūt cū nive, glacie, rore vel pruina non resolutis in aquam: ſm cūdē vbi supra. ⁊ ſm Petrum de Palu. in 4. sen. ten. ¶ Ipō ēt in tpe necessitatis fieri in brodio depurato, ⁊ nō multuz spisso, deficiente aqua naturali. Et silr potest fieri i aqua sulphurea, sive balneis. Non autem in aqua, quam alchimistę faciunt ad mutandū metalla. Tpe vero hyemis, ſm Albertum Magnuz debet calefieri aqua nō benedicta, ⁊ misceri aquę baptismali: ne aqua frigida noceat infanti. Hęc oīa ex sancto Thoma ⁊ cęteris Theologis excerpta sunt. Aqua baptismi debet esse benedicta, ⁊ sacro chrismate nouo permista: nisi in necessitate. Et contrarium faciens extra casum necessitatis mortaliter peccat. de consecr. distin. 4. c. siquis, ⁊ S. Thom. in 4. sent. ¶ **Quę sit forma baptismi, ⁊ qualiter in ea posset errare baptizans.** Cap. 4.

Forma sacramenti baptismi est duplex: vna ſm ritum orientalium, seu Grecorum: quę est ista, vz: Baptizetur N. servus Chri in noie Pris, ⁊ Filij, ⁊ Spūs sci. Et hęc forma ab ecclesia sustinet. **Ex concilio Florētino sub dño Eugenio Papa iiii. vbi i bulla Armenorum, q̄ incipit.** Exultate Deo, **sic habetur.** Forma baptismi hęc est. Ego te baptizo, In noie pris, ⁊ Filij, ⁊ spūs sancti. Amē. Nō tñ negam⁹ qn ⁊ p hęc verba: Baptizet talis serv⁹ Xpi, In noie pris, ⁊ filij, ⁊ spūs sci. Vel baptizet manibus meis talis serv⁹ Xpi. In noie pris, ⁊ filij, ⁊ spūs sci, verū pficiat baptisma. Qm̄ cū principalis cā, ex aqua baptism⁹ virtutē bēt, sit sancta Trinitas: instrāliz aūt sit minister, q tradit exterius sacrz: si exprimatur

primatur actus, qui p ipsuz exercet ministrum, cum sanctę Trinitatis invocatione pficit sacrm. Hęc ibi. ¶ Alia forma est Latinorū, seu Occidētaliū, q̄ est sanctę Romanę ecclę, q̄ ſm S. Th. 3. par. q. 66. ar. 5. completior est ⁊ cōformior verbis Christi. s. Docete oēs gentes baptizantes ⁊c. Matth. 28. quę est ista. Ego te baptizo i noie Pris, ⁊ Filij, ⁊ Spūs sci, Amē. de Cons. di. 4. c. prima igitur. ⁊ c. siquis presbyter. ⁊ c. multi. ⁊ c. proprie. ⁊ ca. in synodo. ⁊ c. si vera. de Bapt. ⁊ eius effec. c. debitū. In qua quidem forma aliqua sunt de substantia sacri, aliqua non. de substantia sūt. Te baptizo i noie Pris, ⁊ Filij, ⁊ Spūs sci. Prolatio vero psonę baptizantis. s. Ego non est de substantia: qz etsi non diceretur, esset baptismus verus. Sed in eccla Latinorū tacens verbū. Ego peccaret mortaliter: qz faceret ꝯtra p̄ceptum ecclę. de Cons. di. 4. c. Retulerūt. Amē ēt, vbi cōsuevit dici, nullo mō debet prętermitti. Si tñ prętermittat, est baptismus: tñ omittens peccat. Et ista forma quocūqz idiomate proferri pōt. ¶ Nec licet aliquid mutari, vel prętermitti in ista forma baptismi. Quod si mutaretur aliquo volente nouum ritum baptizandi inducere, non esset baptismus. Sed si ante ponatur, vel postponatur aliqd de forma, non varians sensum: vt si diceretur, Baptizo te ego in noie patris, ⁊ filij, ⁊c. est verus baptismus ſm S. Tho. in 4. sent. ⁊ in 3. par. ¶ Si aūt dicatur, Baptizo te in noie genitoris ⁊ geniti ⁊ ab vtroqz procedentis, nihil fit. ¶ Si plures insimul ex necessitate sint baptizandi, pōt dici, Ego baptizo vos in noie patris, ⁊c. ⁊ est verus baptismus: non tñ debet fieri, nisi in necessitate. S. Th. 3. par. q. 66. ar. 5. ad 3. Si autē post debitā formaz baptismi ex mera devotione addatur, Et beatę Marię virginis, vel alicuius sancti, est baptismus, ſm eundē in 4. sent. ¶ Si verba pferantur corrupte ex defectu idiomatis vel linguę, vtputa, in noie patria, ⁊ filia, ⁊c. si non malitiose tali modo proferantur, est baptismus. de Cons. dist. 4. Retulerunt. ¶ Si vero magna sit interpositio verborum inter verba formę, vt si diceret: Ego te baptizo in noie pris, ⁊ multa interponeret verba, vel alia faceret, ⁊ postea subiungeret, ⁊ filij ⁊c. non esset baptismus. Si vero pauca distātia, sit vt si diceret astātibus, Tacete, vel exclamaret, aut spueret, est verus baptismus. arg. de Cons. di. 4. si non scificatur. ¶ Si aūt pbabiliter dubitatur de aliquo, an sit baptizatus,

Secus in sacramẽto pœnitentiæ, quod nõ licet

baptizat hoc mõ: Si es baptizatus non te iterũ baptizo: sed si nõ es baptizatus, ego te baptizo, In nomine patris, ⁊ filij, ⁊ spiritꝰ sancti. Amen. S. Tho. 3. parte. q. 66. articu. 6. ad quartum.

¶ Quis sit idoneus Minister huius sacri baptismi. Cap. 5.

MInister huius sacri est solus Sacerdos, qui in tali actu debet habere stolam, seu orarium ad collum. 23. dis. capi. Ecclesiastica. In necessitate autem qlibet põt baptizare: clericus vel laicus: vir, siue mulier: pater, ⁊ mater: iudeus, paganus, excõicatus, hereticus, ⁊ schismaticus: dũmodo itendat facere qõ intendit eccla. dis. 32. ca. Preter §. Clerũ. 24. q. 1. cap. Subdiaconus: ca. Si quẽ: de Sũ. tri. ca. Firmiter. De baptismo ⁊ eius effec. ca. De qbus. 32. q. 4. ca. Iste. de cõsec. dis. 4. ca. constat. ⁊ cap. Romanus. 1. q. 1. c. Dictum est a Dño. De cõsec. dis. 4. A quodaz iudeo. S. Tho. ⁊ Petrus de Palu. in 4. sent. Nec debet reiterari, dũmodo baptizãs seruet formã supradictã. Extra casum necessitatis nulli licet baptizare, nisi sacerdoti parochiano: alias efficeret irregularis. De cle. nõ ord. Di. ca. 1. Immo sacerdos nõ debet aliquẽ baptizare, si nõ sit eius parochianus. 16. q. cap. Interdicimus. S. Tho. 3. par. q. 67. artic. 4. ad scõm. Diaconus tñ potest solenniter baptizare in extrema necessitate in absentia presbyteri: vel si a presbytero eis iussus fuerit, ppter multitudinẽ baptizandoꝝ: cũ solus sacerdos nõ põt supplere. Nec laicus psente clerico: nec clericus presente sacerdote: nec mulier presente viro: nec infidelis presente fideli, possunt baptizare: fm S. Tho. Melius aũt est baptizari a laico, qꝫ a sacerdote excõicato, heretico, vel suspenso. Demõ non põt baptizare: sed Angelus, ⁊ alia separata possunt Deo pmittẽte, fm S. Tho. in 4. sen.

Nota.

¶ Nec refert vtrum bonus, vel malus sacerdos baptizet quantum ad virtutẽ baptismi, verũtamen melius est baptizari a bono, qꝫ a malo: non tñ est melior baptismus a bono, qꝫ a malo, de consc. dist. 4. c. Inter bonos. ⁊ ca. Sequentibus. S. Tho. 3. parte. q. 64. ar. 1. ad scõm. ¶ Presbyter in pctõ mortali existens si solẽniter baptizat, peccat mortaliꝫ: si autez ex necessitate, non peccat. ¶ Si monstrũ baptizandũ est, tutius est baptizare singilatim: qñ apparent duo capita, vel duo corpora ⁊c. casu necessitatis amoto: ⁊ in scõo dicere: Si nõ es baptizatus. ego te baptizo, In noie pris ⁊c. Nullus seipsum põt baptizare. de cõse. di. 4. ca.

ca. Baptismi: de bapti. ⁊ eius effec. cap. Debitum. Requiritur antẽ in baptizãte etiã intẽtio baptizãdi, qꝫ in psona ecclesiæ hoc sacrm ministrat. Si aũt sacerdos, vel alia psona baptizans intẽdit bãc psonã baptizare, siue marẽ, siue fẽminã: est baptizata. Si vero intendit baptizare marẽ, ⁊ est fẽmina: vel econtra: non est baptismus. Baptizans aliquẽ ex ioco, si intẽdit baptizare, est baptizatus: tutius tñ est, qꝫ sub conditione baptizetur. ¶ Sacerdos pgens ad baptizãdũ sp dz christma secũ portare. de cõs. di. 4. ca. Nullius ministroꝝ. ¶ Hæc oia supꝫ posita excepta sunt ex S. T. ⁊ ceteris Theologis. ¶ Debẽt aũt sacerdotes publice oẽs, tã viros, qꝫ mulieres instruere de mõ baptizãdi, ⁊ forma baptismi, ⁊ de intẽtione habẽda in baptizãdo aliquẽ. s. qꝫ faciãt fm eam intẽtionẽ, quã hẽt eccla, vcz baptismũ in noie sanctæ Trinitatis. s. pris, ⁊ filij ⁊ spus sancti conferendo. Et de hoc instruẽdę sunt potissimũ obstetrices, pp periculũ mortis infantiũ, fm materiã, ⁊ formã pdictas. s. in aqua naturali, ⁊ cũ forma verboꝝ, vt su.

¶ Quis debeat baptizari, ⁊ quis non. Cap. 6.

DEus Abrahã: Deus Isaac: Deus Jacob: deus, qui tribus Israel de ęgyptiaca seruitute liberasti: & p Moysen famulum tuum de custodia mandatorum tuorꝫ in deserto monuisti: & Susanna ỏ falso crimine liberasti: te suppler deprecor dñe: vt liberes hãc famulã tuã N. & pducere eã digneris ad gr̃am baptismi tui. Per Xpm dñm nr̃m. ℟. Amen. Sequitur exorcismus.

ERgo maledicte diabole recognosce sniaz tuam: & da honorẽ deo viuo & vero: da honorem Jesu Xpo filio eiꝰ, & spũi sancto paraclito: & recede ab hac famula dei: qr̃ istã sibi deus & dñs nr̃ Jesus Xps ad suã scãz gr̃az & bñdictionẽ, fontẽqz baptismatis dono celesti vocare dignatus est. Et hoc signũ scẽ cru ✠ cis: qỏ nos in frõtẽ eius damꝰ, tu maledicte diabole nunquã audeas violare: sed dãnatꝰ in ęternũ maneas ab ea repulsus. Per eũ q vẽturus est iudicare vivos & mortuos seculũ p ignẽ. ℟. Amen. Sacerdos dicat tertio. Ora electe flecte genua: dic Pater nr̃.

Leua:

Leua: cõple ozonẽ tuã: & signa illam: & accede ad bñdictionem. Et Patrinus dicat totũ Pater noster, surgat: & signet ifantulã signo cru ✠ cis: & Sacerdos sequitur exorcismũ. Exorcismus.

EXorcizo te immunde spũs per Patrem & filium & spm̃ sctm̃: vt exeas & recedas ab hac famula Dei N. Ipse tibi imperat maledicte damnate: qui ceco nato oculos aperuit: & quatriduanum Lazarũ de monumẽto suscitauit. Sequitur exorcismus.

ERgo maledicte diabole recognosce sniaz tuã: & da honorez Deo viuo & vero. da honorem Jesu Chr̃isto filio eius, & Spiritui sancto paraclito: & recede ab hac famula dei: qr̃ istã deus, & dñs noster Jesus Chr̃istꝰ ad suam sanctam gratiam & benedictionem, fontemqz baptismatis dono suę gratię vocare dignatus est: Et hoc signũ scẽ cru ✠ cis, qỏ nos in frõtẽ eius damus, tu maledicte diabole nunquã audeas violare: sed dãnatꝰ i ęternũ maneas, & ab eo repulsus. Per eũ, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & seculũ p ignẽ. ℟. Amen. ℂ Incipit officiũ abrenũciationis: & cathechismꝰ. ℂ Primo ponat presbyter manum sup infantem: & dicat sequentem ozonẽ. Oremus. Oratio.

AEternam ac mitissimã pietatem tuam deprecor dñe sancte, pater oipotens, ęterne Deus, luminis auctor, & veritatis, super hunc famulum tuum N. vt digneris cũ illuminare lumine intelligentię tuę munda eum: & sanctifica: da ei scientiam veram: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat fidem firmam: spem certam, consilũ rectum, doctrinam sctãz: vt aptus sit ad pcipiendam gr̃az tuam: Per eum, q tecũ & cũ spũ scõ vivit & regnat i secula seculorꝫ. ℟. Amen. Quo facto, q tenet infantẽ dicat cũ sacerdote symbolum Apłorum, & Pr̃ nr̃.

ℂ Credo in deum patrem omnipotentem: creatorez cęli & terrę. Et in Jesum Chr̃m filium eius vnicum, dñm nostrum. Qui cõceptus est de Spiritu sancto: natus ex Maria virgine. Passus sub Põtio Pilato, crucifixus, mortuꝰ, & sepultꝰ. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cęlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotẽtis. Inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Credo in Spm̃ sctũ: & sanctã Ecclesiam catholicam. Sanctorum Cõionem. Remissionem peccatorum. Carnis resurrectionem. Vitam ęternam. Amen. Pater noster. Deinde sequitur exorcismus.

Nec

NEc te lateat satana imminere tibi pœnas, imminere tibi diē iudicij, diemque supplicij sempiterni, diē q venturus est, velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuersis angelis tuis, æternus supueniet interitus. Proinde dānate atq; dānande da honorē Deo viuo & vero: da honorē Jesu Xpō filio ei⁹, & Spūi sctō. Jn cuius noīe atq; virtute ego pcipio tibi qcunq; es spūs immunde, vt exeas & recedas ab hac famula Dei: q̄ hodie deus & dñs nr̄ Jesus Xps ad suā sanctā gr̄az & benedictionē, fontēq; baptismatis dono suę gr̄ę vocare dignatus est, vt fiat eius templum p aquaz regenerationis in remissionem oīum peccatorū, Jn nomine eiusdē dñi nr̄i Jesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignē. ℟. Amen. Deinde salliua oris sui sacerdos tangat nares & aures infantulę: & dicat.

EPpheta, qō est adaperire nares & aures in odorem suauitatis. Rñdeat q tenet infantulā. Eppheta. Et sacerdos. Jn odorē suauitatis. Rñdeat q tenet infantulā. Eppheta. Et sacerdos. Tu aūt effugare diabole⁹ appropiquabit enim iudicium dei. Respōdeat qui tenet infantulam. Eppheta. Posta interroget sacerdos nomen infantulę: & dicat. Famula dei N. abrenuncias satanę? Respōdeat. Abrenuncio. Et sacerdos. Et omnibus operibus eius? Respōdeat. Abrenuncio. Et sacerdos. Et ommbus pompis eius? Respōdeat. Abrenuncio. Deinde sacerdos liniat infantulam de oleo sancto inter pectus & scapulas cum pollice in modum cru ✠cis, & dicat.

EGo te linio oleo salutis iter pect⁹ & inter scapulas, in nomine dñi nostri Jesu Christi, i vitā æternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo Et sacerdos. Recede immunde spiritus: & da locum Spiritui sancto. Et sacerdos tenens manum super caput infantulę dicat sequentem orationem. Oremus. Oratio.

FAmulaz tuaz, q̄sumus dñe, ad tui baptismi gratiam recurrētem respicere, & conseruare in tuo nomine; digneris: & quicquid in ea per originalis peccati transgressionem pœnę obnoxium diabolus detinebat, sacri fontis indulgentia resoluatur, veteris hominis exuuias deponat, & nou ę vitę inducta amictu resurgat: omnia nequissimi spūs ab ea venena depelle: & salutarez baptismi gratiam adimpleat: vt in tui muneris perceptione in æterna vita valeat exultare. Per Christum dñm nostrum.

His peractis procedant ad fontem. Sequitur benedictio fontū, si fons non est benedictus: & fiant litanię, & benedictio fontis, vt supra. fol. 21. Si vero fons est benedictus, presbyter pœtermissis litanijs & benedictione fontis interroget nomen infantule, & dicat. N. Credis in Deū pīem omnipotentem creatorez cęli & terrę? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis & in Jesum Christum filiū eius vnicum, dñm nostrum, natum & passum? Rñdet. Credo. Sacerdos interrogat. Credis & in Spiritum sanctum: sanctā Ecclesiā catholicā sanctorū cōmunionē: remissionē peccatorū: carnis resurrectionē, & vitam æternā? Respōdet. Credo. Interrogat sacerdos nomē infantulę, & dicit. Famula Dei N. vis baptizari? Respōdet. Volo. Tunc baptizat eam sacerdos in nomine sctē Trinitatis sub trina immersione: vel infundit aquā super caput eius ter in modum patrię, vel loci dicēs. Ego te baptizo in nomine Pa ✠tris, & Fi ✠lij, & Spūs ✠ sancti. Amē. Postea facit sacerdos cruces in capite eius in vertice de sacro chrismate cum pollice, & dicit hanc orationem. Oremus. Oratio.

DEus omnipotens, pater domini nostri Jesu Christi: qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto: quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum: ipse te li neat chrismate salutis in vitam æternam. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Postea sacerdos ponat linteamen super caput infantis, & dicat.

ACcipe vestem candidam & immaculatam, quam perferas sine macula ante tribunal domini nostri Jesu Christi: vt habeas vitam æternam in secula seculorum. ℟. Amen. Postea tradat candelam accensam in manu pueręl vel patrini, dicens. N. Accipe lampadem irreprehensibilē: custodi baptismum tuū: vt cū venerit dñs ad nuptias, possis ei occurrere vna cū oībus sanctis suis in aula cęlesti, vt habeas vitam æternā: & vivas in secula seculorū. ℟. Amen. Deinde dicit euangelū sancti Johannis, In princip. erat, fol. 89. Postea dicat sacerdos. Vade in pace.

¶ Forma baptizandi puerum vel puellam, de cuius morte videatur ad succurrendum. Cap. 12.

SI infans grauiter infirmatur: ita quod de eius morte timetur: non fiat totus ordo prędictus: sed cum primum fuerit ad portam ecclesię sacerdos sufflet in modicum cru ✠cis, & dicat

Universidad de Deusto
Biblioteca

IMpero tibi immunde spiritus, in nomine Pa ✝ tris, & Fi ✝ lij, & Spiritus ✝ sancti, vt exeas & recedas ab hoc famulo Dei. Tunc sacerdos interroget nomen infantis, & dicat. Quid vis fieri? Respondet Christianus. Interrogat sacerdos. Abrenũcias satanę, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius? Respondet. Abrenuncio. Postea faciens signum crucis in fronte, & pectore infantis, dicit. Accipe signũ crucis tã in frõte, q̃ in corde: fume fidem cęlestem: esto talis moribus: vt templum Dei esse possis. Postea sacerdos benedicat salem in hunc modum. Benedic ✝ quęsumus dñe, hanc creaturã salis tua bene ✝ dictione cęlesti i noie dñi nri Jesu Christi, & in virtute Spũs sancti, ad effugãdum inimicũ: qó tu dñe sanctificãdo sancti ✝ ficęs: benedicendo bene ✝ dicas: fiatq̃ oibus ꝓcipientibus pfecta medicina ꝑmanens in visceribus eorũ. In noie Pa ✝ tris, & Fi ✝ lij, & Spiritus ✝ sancti. Amen. Oratione completa sacerdos ponat sal benedictum in ore infantis, dicens Accipe sal sapientię, qui sit tibi propitiatio in vitam ęternã. Amẽ. Tunc introducat eum in Ecclesiã, & dicat. ℣ ẽ nr̃. & ℟ redo in Deum patrem. Postea sacerdos tãgit nares eius, & aures cum saliua sua dicẽs, Ephpheta: quod est adaperire aures & nares in odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. Tunc sacerdos vocato nomine eius dicat. Abrenuncias satanę, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius? Respondet Abrenuncio. Tunc sacerdos intincto digito in oleo catheçumenorum facit signum crucis super pectus & scapulas pueri dicens, Ego te linio oleo salutis in Christo Jesu dño nostro. ℭ Si autem ita infirmus in mortis periculo est constitutus, q̃ prędicta seruari non possint: benedic sal, & in ore ponas: & signa puerum in fronte & pectore cum pollice: & dic. In noie Pa ✝ tris, & Fi ✝ lij, & Spiritus ✝ sancti. Amen, Et tenens manum super caput eius, dic hanc orationem.

FAmulum tuum, q̃s dñe: ad tui baptismi gratiam recurrentem respicere & conseruare in tuo nomine digneris: & quicquid in eo per originalis peccati transgressionẽ pęnę obnoxiũ diabolus detinebat, sacri fontis indulgẽtia resoluat: veteris hois exuuias deponat, & nouę vitę indutus amictũ resurgat: omnia nequissimi spũs ab eo venena depelle: & salutarem baptismi gratiam adimple:

ple: & in tui muneris ꝓceptione in ęterna vita exultare cõcede. ℣. ℭ Item alia oratio pro proximo morti. Oremus. Oratio.

MEdelam tuam deprecamur domine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus: qui subuenis in periculis: qui tẽperas flagella, dum verberas: te ergo Dñe supplices deprecamur, vt hunc famulum eruas ab hac inualetudine: vt non prędua leat inimicus vsq̃ ad tentationem animę: sicut Job terminũ ei pone: ne inimicus de anima ista sine redẽptione baptismatis incipiat triũphare. Differ dñe exitus mortis: & spatiũ vitę extende: releua quem perducas ad gratiam baptismi tui. Per Chr̃m dominum nostrum. ℟ Amen. Postea si non habeas aquam benedictam: benedic eam ista breui benedictione ad succurrendum.

EXaudi nos oꝑs Deus: & in huius aquę sũbstantiã tuam misce virtutẽ: vt abluendus ꝓ eã, & sanitatẽ simul, & vitam mereatur ęternam. Per Christum dñm nostrum. ℟ Amen. Exorcismus.

EXorcizo te creatura aquę in nomine Dei Pa ✝ tris omnipotẽtis: & in charitate Jesu ✝ Christi filij eius: & Spiritus ✝ sancti. Exorcizo te omnis virtus aduersari: omnis incursio satanę: & omne phantasma: eradicare & effugare ab hac creatura aquę: vt fiat fons saliens in vitam ęternam: & qui ex ea baptizatus fuerit, fiat templum Dei viui: & Spiritus sanctus habitet in eo, in remissionem omnium peccatorũm. Postea pone chrisma in aqua, & dicas. Fęcundet, & sctificet iste fons oleo salutis, & salutifero chrismate. In noie Pa ✝ tris & Fi ✝ lij, & Spũs ✝ sancti Amen. Deinde sacerdos interrogato nomine pueri, dicat.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cęli & terrę? Respõdet Credo. Et sacerdos Credis & in Jesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrum, natum, & passum? Respondet Credo. Sacerdos Credis in Spiritum sanctum: sanctam Ecclesiam catholicam: sanctorum communionem: remissionem peccatorum: carnis resurrectionem, & vitam ęternã? Respondet Credo. Et interrogat sacerdos. N. vis baptizari? Respondet Volo. Tunc sacerdos cum baptizat in nomine sanctę Trinitatis, dicens. Ego te baptizo in nomine Pa ✝ tris, & Fi ✝ lij, & Spiritus ✝ sancti. Amen. Postea facit crucem de chrũmate sacro in vertice eius: & reliqua, vt supra, scilicet, dat ei vestem candidam, & candelam cum orationibus, vt supra.

¶ Si autem puer conualuerit: debēt omnia supplerī quę omissa fuerūt. s. omnia quę baptismum precedunt, ꝛ dicta non fuerant.

¶ Si vero adeo propinquus morti fuerit: ꝙ creditur ipsum immediate obiturum: solus dicat formam baptismi videlicet. **Ego te baptizo in nomine Patris, ꝛ Filij, ꝛ Spūs sancti. Amen.** Et dicendo verba predicta effundat aquam super caput eius: ꝛ sic cum baptizet. Et si habet chrisma, cum in vertice vngat in modum crucis, ꝛ dicat orationem. **Deus omnipotens pater domini no. ꝛc.** Et postea. **Accipe vestem candidam ꝛ immaculatam. ꝛc.** Et cereum candelam, dicendo. **Accipe lampadem irreprehensibilem, ꝛc.** Postea dicat Euangelium sancti Joannis. **In principio erat verbum: ꝛ verbum erat. folio 89.**

¶ Finit Tractatus primus primę partis libri Sacerdotalis, de sacramento Baptismi.

¶ Aduerte ꝙ hic sequi deberet sacramentum Eucharistię, vel Penitentię: Sed quia regulariter primo precedit Penitentia: postea Communio: ꝛ vltimo Extrema vnctio: quę habet multa annexa. s. Commendationem animę: Officium sepulturę ꝛc. quę multum protrahuntur ad longum: visum est hic tractare primū de Matrimonio, ꝛ postea successiue de alijs sacramentis.

¶ Tractatus secundus primę partis libri Sacerdotalis, de sacramento Matrimonij.

¶ Quid sit Matrimonium: ꝛ qualiter contrahatur legitimę, ꝛ de eius institutione, ꝛ de tribus bonis Matrimonij. Cap. 1.



Matrimoniuꝫ est sacramentum ecclesię: qō sic diffinit. Matrimonium est maris ꝛ femine coniunctio, individuam vitę consuetudinem retinens. De ꝛę sumpt. cap. Illud. Quod quidem cōtrahitur solo consensu per verba de ꝛsenti: qñ vir in mulierē, ꝛ mulier in virum, accedentibus verbis ꝙsensum exprimentibus. s. Accipio te in meā, ꝛ accipio te in meū, vel eqpollētibus, cōsentiunt. De spōsa. ca. cum Locū. ꝛ c. Tua. ꝛ c. Tuas de sponsa duorū.

ꝛ 27.

ꝛ 27. q. 2. ca. Sufficit. Et S. Thom. in 4. dist. 27. q. 1. art. 2. Nō solum autem verbis, sed etiā signis Matrimonium exprimentibus, vel cōsensum in Matrimonium, vt in surdis ꝛ mutis, contrahitur Matrimonium. De sponsa. capit. Cum apud sedem.

Institutio.

¶ Institutuꝫ autem fuit in Paradiso terrestri Matrimonium ante peccatum, propter susceptionem sobolis, dicente domino: Crescite ꝛ multiplicamini. Gen. 1. ca. Institutum etiam fuit post peccatum, cā vitandę fornicationis: vt dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationem vnusquisque habeat vxorem suā: ꝛ vnaquęqꝫ virum suum. 32. q. 2. ca. Sicut. ꝛ capi. Quicquid.

Tēpus.

¶ Dēs autem ꝙ volūt, possunt Matrimoniuꝫ ꝛtrahere, dummodo sint ętate legitima, ꝙ est in viro, 14. annorum, ꝛ in femina. 12. vt habetur de spon. impube. ca. Impuberes, ꝛ ca. Continebat. ꝛ dummodo non sit aliqō impedimētum, quo ꝓhibeatur cōtractio Matrimonij: de quibus infra hī. Et pōt fieri Matrimonium ꝓ ꝓcuratorem, sicut fuit de Isaac, ꝛ Rebecca. Gen. c. 24. ꝛ 32. q. 2. §. cum dī.

Tria matrimonij bona.

¶ Tria autem sunt bona Mrimonij, scꝫ proles, fides, ꝛ sacramentum. Proles, vt charitatiue recipiant filios, ꝛ religiose educent. Fides, vt cum alia ꝑsona non cocant. Sacrm, vt nunqꝫ nisi ꝓ mortem separent. Qui filij sunt legitimi: c. Per venerabilem. in tex. ꝛ gl. sup ver. de tribus modis. 27. q. 2. c. Omne itaqꝫ. 32. q. 1. c. Non enim.

¶ Ex concilio Florentino ꝓdicto. Sacrm mrimonij est signū cōiunctionis Xpi ꝛ Ecclię: ꝟm Apli dicentē: Sacrꝫ hoc magnū est: Ego dico in Xpo ꝛ Eccliā. Cā efficiens mrimonij regl̄r est mutuus ꝙsensus ꝓ verba de ꝓsenti exꝑssus. Assignat autem triplex bonū mrimonij. Primū est, ꝓles suscipiēda, ꝛ educāda ad cultū Dei. Scōꝫ est fides, qꝫ vnus cōiugum alteri seruare dēt. Tertiū est idiuisibilitas Matrimonij: ꝓꝓ hoc ꝙ significat indiuisibilem cōiunctionem Xpi ꝛ ecclesię. Quāuis aūt ex cā fornicationis liceat ꝛthori separationeꝫ facere: nō ide aliud matrimoniū cōtrahere fas est, cum Matrimonij vinculū legitime contracti perpetuuꝫ sit: hęc ibi.

Non tutum esse: sciat nouum contrahere, vt sentiūt quidā moderni: quitamen scias. sibi potius permissū, nec ꝓpterea.

¶ De duplici Matrimonio, scilicet legitimo ꝛ clandestino: ꝛ de bannis publice faciendis. Cap. 2.

Matrimoniū aliud est legitimū: qō est, qñ publice ꝛ solenniter contrahitur in faciem Eccle, cum debitis cōditionibus regsitis. s. cum vxor a parentibus petit, desponsat, dotat, ꝛ a sacer-

cerdotibus benedicit. vt 33. q. 5. c. Aliter. ¶ Aliud est clandestinū, qđ fit sine prędictis solennitatibus. 30. q. 5. p totum. Cui clandestino mrimonio sacerdos cōsentiens est suspendendus. De clan. despō. ca. Cū inhibitio. qz ex eo sequunt frequentius multa mala, ꝛ scādala ꝯ plurima oriunt: ideo ab ecclesia est inhibitus. Et maxime concilio Tridentino. c. 1. Sess. 24. de refor. matrimonij. Mđ quidē clandestinū Matrimonius publice erat ratificādum. De clā. desp. ca. Mđ nobis. Quapropter prudens sacerdos dēt diligenter intendere q talia non sequant. Ūñ fm generalis cōcilij cōstitutionē, de clā. despō. ca. Cuz inhibitio. facienda sunt bāna in ecclesijs p parochū sacerdotē: anteꝯ mrimoniū cōtrahat: ꝛ indicēdum est p tres dies festivos cōtinuos i Missarū solennijs: Ut siqs sciat, inter tales psonas, q̄ inter se contrahere debēt, esse aliqđ impedimētum, infra cōpetētē terminū assignāduz debeat ipsū pducere ꝛ manifestare, in hęc vel silia verba, vz. Hę due personę N. ꝛ N. volūt ꝯtrahere Mrimoniū: siqs est q nouerit aliqđ impedimētum cē inter has psonas, qđ matrimonium inter eos impediat, illud denunciet. Et de hoc admonemus oēs primo, scđo, ꝛ tertio, ꝛ perēptorie infra talē terminuz N. Et alicubi, q sine istis bānis cōtrabūt, sunt excōicati. Et si apparuerit aliqua coniectura impedimēti alicui⁹, interdicēdū est illis ne cōtrahāt donec veritas declarek, ꝛ oppositū cōstet. Qui aūt contraxerint post phibitionē sibi factā, ꝛ impedimētum extiterit, illegitimos filios pcreabūt: ꝛ sacerdos q tales inhibitiones facere contēpserit: vel regularis q interfuerit, suspendi debent ab officio p tres annos. Et siqs malitiose falsum impedimētuz obiecerit, canonicā vltionē nō euadet: vt pz vbi supra. ¶ Sāxit Tridētina Sinodus nullum cē mrimonium, qđ ꝯtrahit aliter ꝯ pīte proprio Parocho ꝛ duobus aut tribus testibus Sess. 8. cap. 1.

¶ Vagantes vero nō vult ad mrimoniū cōtrahendū admitti, nisi prius habita de ipsis diligenti inqsitione, obtentaqz ab ordinario licentia. Sess. 8. ca. 7. ¶ Nullum etiā esse posse matrimonium inter raptorem ꝛ raptam, quandu ipsa in raptoris potestate permanserit, decernit eadem sancta Sinodus. Sess. 8. cap. 6.

¶ De impedimentis Matrimonij: que sunt. 14. cap. 3.

IMpedimenta autem Matrimonij, que Matrimonium impediunt contrahendum, ꝛ dirimunt iam contractum sunt,

12, ꝛ

12, ꝛ in his versibus continentur, videlicet.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis:
Hęc sociandа vetant connubia: facta retractant.

¶ Primum impedimentum est Error: quod tripliciter potest occurrere. Primuz in psona: vt si credak cōtrahi cuz Martino matrimoniuz, ꝛ contrahitur cum Petro. Et hoc nullum est. 29. q. 1. ca. His ita. Scđo modo errak in fortuna: vt siqs credit contrahere cum diuite, ꝛ contrahit cum paupere. Tertio modo in qualitate, vt si credat ꝯtrahere cuz filia regis, vel alia psona nobili: ꝛ cōtrahit cū rustica. Vel credit contrahere cum virgine: ꝛ cōtrahit cuz meretrice. Et i istis duobus vltimis talis error nō impedit matrimoniuz. ¶ Scđm impedimētuz est Cōditio: qñ qui liber est cōtrahit ignoranter cū serua: vel libera cum seruo: ꝛ tūc nullū est Matrimoniū: nisi cognita condictione de nouo cōtrahāt, vel cōsentiāt. Error tñ deterioris cōdictionis ipedit, ꝛ nō paris vel melioris: vt si seruus cōtrahit cū ancilla, quā credebat liberā: vel cum libera, ꝯ credit ancillā: De cōiu. seruo. ca. Proposuit. ꝛ 29. q. 1. §. 1. ¶ Tertium impedimentum est. Voti. Duplex est aūt votuz. s. simplex ꝛ solēne. Votum simplex ipedit Matrimoniū cōtrahēdū: sed nō dirimit cōtractū. Votuz vero solēne, qđ est p susceptionem sacri ordinis. s. subdiaconatus, vel emissionem professionis tacitę vel expresse in aliqua religione approbata, ipedit Matrimoniū cōtrahēduz: ꝛ dirimit iam contractuz. Qui cleri. vel vo. ca. Feminim⁹, ꝛ ca. consuluit. ꝛ c. insinuatione. De voto ꝛ vo. re. c. Mđ votū lib. 6. Et tales cōtrahētes sunt excōicati. De cōsan. ꝛ affi. ca. Eos q, in cle. de consang. ꝛ affi. ca. vlt. ¶ Quartuz impedimentum est Cognationis: Duę est triplex. s. carnalis, spiritualis, ꝛ legalis. Prima est cōsanguinitas: quę impedit Matrimoniū vsqz ad quartū gradū inclusiue: ꝛ tales similiter sunt excōicati si cōtrahunt: ꝛ matrimonium est nullū eū. cap. Eos qui. Si vero vnus attineat alteri in tertio vel quarto gradu, ꝛ alius in qnto, cōtrahere pñt: qz semper stādū est remotiori psonę in consanguinitate. Ex cōstitutione vero Synodi Tridētinę, ex fornicatione cōtracta affinitas in primo ꝛ scđo gradu tñ: postea contractum matrimoniū dirimit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Cognatio spūalis est ꝑpaternitas, q̄ ꝓuenit ex datione vel administratione sacroꝝ. Verbi gr̄a. Sacerdos baptizat puerum: ⁊ Martinꝰ suscipit cū de sacro fonte: vterqꝫ est ꝑ spūalis ipsius pueri: ⁊ cōpater ꝑis ⁊ mr̄is. Vñ suscipiens puerū nunq̄ poterit hīe i mr̄imoniū mr̄em eiꝰ: nec ipsam ꝑsonā, quā tenuit, si fœmina fit: nec vxor suscipiētis poterit hīe ꝑ̄z pueri, licet ipsa nō susceperit, sed vir suus, ⁊ ecōtra. Silr filij ꝑis carnalis ⁊ spūalis ꝑfit cōtrahere mr̄imoniū insimul. Silr cōpater pōt filiā cōpatris accipere: nisi sit illa, q̄ tenuit. ꝑōt ēt aliqs hīe duas cōmatres successiue i vxores, si ante mr̄imoniū effectę sunt cōmatres. Idem dicē dū est de filio vxoris habito ex priori viro, ⁊ econtra: qr mulier eū suscipiēs nō est cōmater viri sequētis: ⁊ vir suscipiens filiū alicuius de alia vxore nō est cōpater sequētis vxoris. Laicus baptizans aliquez non pōt contrahere cum matre eius. Sacra synodus Tridentina sic constituit: vt vnus tantum siue vir, siue mulier vel ad summū vnus ⁊ vna baptizatuz de baptismo suscipiant: inter quos ac baptizatum ⁊ illius patrem ⁊ matrez, necnon inter baptizantez ⁊ baptizatuz, baptizatiqz patrē ⁊ matrem tantū, spūalis cognatio contrahi tur. Et sanxit ꝓterea, vt parochus, anteq̄ ad Baptismū cōferēdū accedat, diligenter ab his, ad quos spectabit, sciscitet, quē vel quos elegerint vt baptizatuz de sacro fonte suscipiāt, ⁊ cū, vel cos tantuz ad cū suscipiēduz admittat: ⁊ in libro eorū noīa describat: doceatqz eos, quaz cognationem ꝑtraxerint: ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spūalē nullo pacto cōtrahāt. ¶ Cognatio aūt spūalis soluz contrahit per baptismum, vel cōfirmationez. Catechismus qui baptismo tanq̄ exordium est, cognationē spiritualē inducit: ⁊ licet impediat Matrimonium cōtrahēduz, non tñ dirimit cōtractuz. De cogna. spiri. cap. Catechismum. lib. 6. ¶ Cognatio legalis est adoptio alicuius in filium vel filiaz. Unde talis adoptatus: q̄diu durat adoptio, non potest accipere filiam carnalem adoptātis, sed bene post eius fractionē, quę fit per emancipationem. Adoptās non potest aliquo tempore filiā adoptatam ducere in vxorem, nec etiam post emancipationem. ff. de Ritu nup. per adop. l. Adoptiuꝰ, Item. l. qn etiam. eo. ti. ¶ Quintum impedimentū est criminis. Tria sunt crimina, q̄ impedūt Matrimonium con-

cōtrahēdum, ⁊ dirimunt ꝑtractum. s. adulterās cuz cōiugata, ⁊ machinās in mortē viri, vel ecōtra machinās in mortem vxoris effectu secuto. Secūdo, si viuente viro eius ꝓmittit adulterę eam ducere in vxorem. Tertio, si viuente legitima vxore scienter adulterā super inducit in cōiugiū. Si vero nullus istoruz casuum interuenerit, pōt eam ducere. De eo qui du. in matri. quaz pol. per adul. ca. Proposituꝫ. cap. Super hoc. ⁊ cap. sequenti. eo. ti. ¶ Sextuz impedimentuz est disparitas cultus. Unde fidelis non pōt contrahere cum iudęa vel pagana. Potest tamen contrahere spōsalia, si infidelis promittit conuerti ad fidem. Si aūt alter cōiugum ꝑuertitur ad fidem ex iudaismo vel paganismo: ⁊ alter remanet infidelis, si potest sine iniuria creatoris fieri, possunt simul habitare. Si aūt periculuz est, q̄ infidelis fidelem ad infidelitatē vel peccatuz mortale trahat: soluitur Matrimonium. Idē dicendum de lapsis in hęresim. Si iudęus contraxit cum consanguinea, cōuersus ad fidez pōt remanere cū ea: nisi in gradibus diuina lege ꝓhibitis. Paganus habens plures vxores conuersus ad fidē pōt retinere solam primam. De diuor. ca. Quāto. Leui. 18. ¶ Septimuz impedimentuz est Uiolētia, quę excludit ꝯsensum, si tñ est talis, quę cadat in ꝯstantē virum: sicut metus mortis, verberum, ⁊ seruitꝰ, ⁊ metus stupri. Et si mulier steterit cum viro p annum cū dimidio: ⁊ ꝯsenserit in carnalē copulā, nō dēt audiri: alias mr̄imoniū nō valet. ¶ Octauū impedimētū est Ordinis, qr ordines subdiaconatus ⁊ supiores impediūt Mr̄imoniuz contrahēdum, ⁊ dirimunt iā ꝑtractū ⁊ est excōicatio latę sētētię ꝓ tales. Qui cle. vel vo. c. De diacono, in fi. ⁊ ca. Ex literarū. de ꝯsan. ⁊ affi. ca. Eos q cle. ¶ Nonuz impedimētuz est Ligaminis: vnde nullus q legitime nupserit pōt viuente prima vxore aliam accipere. Et si inter eos fuerunt sponsalia de futuro, silr nō pōt cum alia de futuro contrahere sponsalia. Si autē cum alia contrahit ꝑ verba de p̄nti, vel de futuro, ⁊ sequitur copula carnalis, stabit cuz secunda: etiam si cum prima sponsalia de futuro fuissent iuramento firmata. Si alligatus est vxori, ⁊ non est secuta carnalis copula: pōt ea inuita religionem intrare: nō tñ si secuta est carnalis copula. Uxor credens maritum mortuuz, si nubat, q̄ diu est in tali credentia, excusat. Si autē primꝰ maritꝰ redierit: cuz ipso tenet redire ⁊ manet: alias adul-

tera

tera consebit. De secun. nup. c. Dñs. 27. q. 1. c. Qui desponsatam. ¶ Decimum impedimentum est publicę honestatis iustitia: q̃ est qñ aliqs aliquã mulierẽ desponsat existentẽ annorũ 7. ꝛ sup̃: qui licet eã non cognoscat carnaliter, nullus tñ de consanguinitate ipsius ꝑt eã ducere in vxorẽ: nec ipse aliam de consanguinitate ipsius. De despon. impu. c. inuenis: ꝛ c. ad audientiã. eo. ti. Sed iustitię publicę honestatis impedimẽtũ, vbi despõsalia quacũque rõne valida non erunt, Sãcta Synodus Tridẽtina prorsus tollit: vbi aũt valida fuerint primum graduꝫ (inqt) nõ excedãt. ¶ Undecimum impedimentũ est Affinitatis: qõ est qñ aliqs aliquã mulierẽ carnaliter infra claustra pudoris ꝛ cõplete cognoscit. Talis mulier efficit affinis oĩuꝫ cõsanguineoꝝ ipsius, ꝛ ipse efficitur affinis oĩuꝫ mulierũ consanguineaꝝ dictę mulieris vsque ad quartũ gradũ inclusiue. Et moriente cõsanguineo, quo cõtrahit affinitas, psona q̃ superuinit remanet affinis. De cõsan. ꝛ aff. c. Nõ super his. ¶ Duodecimum impedimentũ est Impotentia coeundi, q̃ est dupler. s. naturalis ꝛ accidentalis. Naturalis: vt frigiditas in viro: ꝛ arctatio in muliere: ꝛ defectus ętatis in puero. Accidẽtalis: vt castratio, ꝛ maleficiatio. Impotentia naturalis, alia tpalis, alia perpetua. Temporalis impedit matrimonium p̃ tps quo durat: sicut defectus ętatis in puero. Perpetua impedit contrahendum: ꝛ dirimit contractũ. Arctatio in muliere medicina remoueri debet, vel per assiduum coitus est aperienda: q̃ si non valet remoueri, nullus est matrimoniũ. De fri. ꝛ male. c. Accepisti. Si mulier arctata, ab vno cognosci nõ ꝑt, ꝛ postea ab alio cognoscatur, reddenda est primo. ¶ Accidẽtalis impotentia, siue castratio impedit. Maleficium aũt si tpale est, non impedit. Si aũt perpetuũ est: qđ cognoscitur, si per triennium continuum persistentes actui venereo nõ possunt se cognoscere: tunc impedit contrahẽdum, ꝛ dirimit contractum. Et hęc impedimẽta intelliguntur esse, si pręcesserit matrimonium. ¶ Alia duo impedimenta sunt, quę impediunt matrimonium contrahendum: sed non dirimunt contractum, scilicet impedimentum feriarum. s. ab Aduentu Dñi nr̃i Jesu Christi, vsq; in diẽ Epiphanię, ꝛ a feria quarta Cinerũ vsque in octauam paschatis inclusiue: nam in alijs temporibus nuptias celebrare Sancta Synodus Tridentina permittit.)

tit.) Quibus temporibus licet possit cõtrahi matrimonium per verba de prȩsenti ꝛ semper ꝛ omni tpe, etiam quadragesimali: non licet tamen traducere vxorem, vel solennizare nuptias, vel eam carnaliter cognoscere. Et contrafacientes peccarent mortaliter. ¶ Aliud impedimentum est interdictum ecclesię. qñ. s. ab ecclesia ex causa rationabili interdicitur alicui cõtrahere matrimonium cum aliqua. Et ista duo vltima impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum. De clan. despon. c. Cum inhibitio. vnde vers.

Ecclesię vetitum, necnon tempus feriarum.
Impediunt fieri: permittunt facta teneri.

¶ Hęc impedimenta strictim ꝛ breuissime in substantia hic posita sunt, quantum fieri potuit. Sed qui ea diffusius videre, ꝛ intelligere voluerit, legat Summam confessorum Pisanam, Angelicam, Siluestrinam, Tabienam, ꝛ Rosellã, ꝛ alias summas casuum conscientię.

¶ De exhortatione ꝛ admonitione facienda sponso ꝛ sponsę per sacerdotem: ꝛ de forma contrahendi matrimonium, ꝛ eius benedictione. Cap. 4.



Instante aũt nuptiarum celebratione, faciẽdę sunt orationes, ꝛ maxime i Missa: ꝛ ẽ dicẽda Missa de Spũ sctõ cũ oratione de beata Virgine, ꝛ alia oratione: q̃ incipit: Deus per quem mulier ũgit̃ viro ꝛc. vt i Missali: ꝛ hortãdi sunt sponsus ꝛ sponsa ad sacramẽtale confessionẽ: ꝛ i ea sũt instruendi qualiter in matrimonio viuere debeant: ꝛ ꝙ cum oĩ honestate actum coniugij exerceant: considerantes ꝙ inter eos est sacramẽtum sanctę matris ecclę: quod est honeste exercẽdũ: iuxta dictũ beati Pauli apli primę ad Thessalonic. c. 4. Unusquisque vestrum sciat vas suum possidere in sanctificatione, ꝛ honore, non in passione desiderij, sicut gentes quę ignorant Deum: quoniam Deus non vocauit vos in immunditiam, sed in sanctificationem. Hoc autem fiet, si in actu matrimonij procedẽt nõ sicut equus ꝛ mul⁹, sed sicut

persone

Universidad de Deusto
Biblioteca

psonę Deum timentes, ꝛ sacrm mrimonij honorãtes, vz, nõ ex ardore libidinis, sz cã plis suscipiendę, debiti reddendi consorti, sicut tenenť: nec tali actu ꝙiugij vtanť mõ idebito, ẽt in vase cõsueto, ꝛ tactibus imundis, vt pluries actum ipsuz exercere possint, vel vt habeant maiorẽ delectationẽ: nec vtanť calidis cibarijs ꝛ potibus, vt plꝰ ad hoc tẽtenť: nec vir abutatur vxore extra vas debitum: qꝛ i oĩbꝰ supradictis peccarẽt. Jtẽ ꝙ tpe menstruj nõ ꝙueniãt, qꝛ ẽt mortale. Jtẽ ꝙ conenť honorare magnas festiuitates, ꝛ p Dei honore nõ vti ꝙiugio, ꝛ sillr i diebus ieiuniorum, ꝛ pcessionum, ꝛ p triduũ ante, ꝛ p triduum post sumptionẽ sacrę cõionis. Si igit̃ honeste Matrimoniũ exercuerint, Deus illis bona dabit: ꝛ psperabuntur: ꝛ bonos filios generabunt: ꝛ diu viuẽt cum lętitia insimul: ꝛ vitã ęternã eis ꝙcedet dñs Deus nr̃. Jtaqꝫ sacerdos ó talibꝰ cos sapienter ꝛ discrete moneat, vt Deũ timere discãt: ꝛ cum pace ꝛ fidelitate alter alteri amorem ꝛ fidẽ seruet. Bonũ etiã esset, si ante nuptiarũ ꝙtractionem sacrm Eucharistię sumerent: vt muniti tali viatico cum maiori gratia sacrm ipsuz ꝙtraherent: qꝛ (sm Doctores) si alter eoꝝ, vel ambo essẽt in peccato mortali ꝙtrahẽdo mrimoniũ mortaliꝫ peccarẽt. Assignata die, qua Mrimoniũ ꝙtrahẽdũ est p verba de presenti, venientes ad ecclesiã spõsus ꝛ sponsa, qui sunt materia huius sacrj, ꝛ se sacerdoti psentantes, ei iuramentũ pstent, sm consuetudinem quarundã Ecclesiarum, de ꝙtrahendo matrimonium sm ritum sanctę Romanę Ecclesię. Oportet aũt ꝙ sponsus etatem 14. annorum: ꝛ spõsa. 12. excedãt si consensus valere debet: alias nihil fit, nec est matrimoniũ. Prestito iuramẽto sacerdos indutꝰ suppelliceo cum stola interroget vtrunque in hunc modum. Ego ex parte Dei, ꝛ p iuramentum qđ feciſtis, mando vobis, quatenꝰ mihi dicatis, si habetis aliqđ impedimẽtum canonicum, qđ possit ipedire vos ab hoc Matrimonio legitime cõtrahendo, vz: si estis consanguinei, vel affines vsqꝫ ad quartum gradum inclusiue: ꝛ si aliqs vestrũ cuz aliqua psona contraxerit p verba de pñti. Si habetis votum religionẽ itrãdi, vel votuz castitatis, vel alia impedimenta canonica vt supra. Quibus sigillatim respondentibus, ꝙ nõ: sacerdos pnunciet verba, quę sunt forma huiꝰ sacramẽti cum cõsensu vtriusqꝫ: de quo ꝙsensu specialiter eos moneat, ꝙ si desit, nihil oĩno agit̃: ꝛ dicat sponso.

Dñe

Dñe M. placet vobis accipere dñam M. in vestrã legitimã sponsam p verba de pñti: sicut pcipit scã Romana ꝛ Apostolica Ecclesia: Quo dicente Placet dñe, Sacerdos dicit sponsę Dña M. placet vobis accipere dñm M. in vestruz legitimũ sponsum p verba de pñti: sicut pcipit sacrosctã Romana ꝛ Aplica Ecclesia: Et illa dicente Dñe placet mihi, Sacerdos ponat manũ dexterã spõsi sup dexterã spõsę: ꝛ supponat stolã in modum crucis sup cõplicatas dexteras vtriusqꝫ: ꝛ dicat Et ego coniungo vos in matrimoniũ, Et signũ crucis sup vtrũqꝫ faciat, dicens In noĩe ✠ Pa tris, ꝛ ✠ Fi lij, ꝛ Spũs ✠ sancti. Amñ. vel alijs vtatur verbis, iuxta receptũ vniuscuiusqꝫ puincię ritũ. Et aspgat aq̃ benedicta dicens Per aquę bñdictę aspersionẽ det vobis oꝑs Deus suam gratiaz ꝛ benedictionẽ. Quo dicto sacerdos benedicat arras in hunc modum, ℣ Adiutorium nostrum in noĩe dñi. ℟ Qui fecit cęluz ꝛ terram. ℣ Sit nomẽ dñi bñdictuz. ℟ Ex hoc nunc ꝛ vsqꝫ in seculũ. ℣ Dñe exaudi oꝛonẽ meam. ℟ Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣ Dñs vobiscum. ℟ Et cũ spũ tuo. Oremuꝫ. Dño.

BEnedic Domine bas arras, quas hodie tradit famulus tuus M. in manum ancillę tuę, dilectę sponsę suę M. quemadmodum benedixisti Abraham cum Sara, Jsaac cum Rebecca, Jacob cum Rachel, dona super eos gratiam tuę benedictionis, abundantiam rerum, ꝛ constantiam operum: floreſcant sicut rosa in Jericho plantata: ꝛ te dñm nostrum Jesum Xpm timeant ꝛ adorent in secula seculorum. ℟ Amen. Oremus. Oratio.

DOmine Deus, oꝑs pater: qui in similitudinem scti cõubiũ Jsaac cum Rebecca p intercessionez arrarũ Abrahę famuli tui copulari iussisti, vt oblatione munerũ numerositas creſceret filiorũ: ꝙs oĩpotẽtiã tuã: vt harũ oblatione arrarũ, quas hodie hic famulus tuus M. dilectę sponsę suę M. offerre procurat: sanctificator accedas: eosqꝫ cũ suis muneribus ꝓpitius bñ ✠ dicas: quatenuꝫ tua benedictione protecti, ꝛ vinculo tuę liberationis connexi, gaudeãt se feliciter cũ tuis fidelibus perenniter inꝑcipari. Per Xpm dñm nr̃m. ℟ Amen. Aspergantur arrę aqua benedicta: postea bñdicat annulum. ¶ Bñdictio annuli. ℣ Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. ℟ Qui fecit cęlũ ꝛ terrã. ℣ Dñe

Bexau. ℟ Et cla. ℣ Dñs vob. ℟ Et cũ spi. Oremus. Oratio.

Ene ✠ die, quęsumus dñe, annulum hunc, quem nos in tuo

nomine

nomine bene ✠dicimus: vt qui cum portauerint, in tua pace cō-
fistant: ⁊ in tua voluntate permaneant: ⁊ in amore tuo viuant ⁊
seneſcant: ⁊ multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtū
dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Creator ⁊ cōſeruator humani gñis: dator gr̃ę ſpūalis: cōdi-
tor eterne ſalutis: tu dñe emittere digneris Spūm ſcm̃ tuum
paraclitū de celis: ⁊ tuas ſctās bñ ✠dictionē ſup hunc annulum:
vt iſti pariter armati virtute celeſti, tuaq; ptectione defenſi, bñ-
✠dictionis tuę munus pcipiāt i vitā eternam. Per. ℟. Amen.
Et aſpergat ſacerdos annulum aqua benedicta. Poſtea ſponſus
accipiat annulum de manu ſacerdotis: ⁊ ponat cū in dextera ma-
nu ſpōſę in digito quarto. ſ. annulari, dicēs In noīe P̃ris, ⁊ Filij
⁊ Spūs ſcti. Amē. Quo peracto ſacerdos legat preces ſequentes.

Manda Deus virtuti tuę, confirma hoc Deus, q̄ operatus
es in nobis: a templo ſancto tuo, q̄ō eſt in Hierl̃ē, tibi offe-
rent reges munera. Increpa feras arūdinis, cōgregatio tauro-
rū in vaccis populorū, vt excludant eos, qui probati ſunt argen-
to. Gloria patri, ⁊c. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. Et ne nos ind. ℣. Saluū fac ſeruum tuum ⁊ ancil-
lam tuam. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Mitte eis domine
auxiliū de ſancto. ℟. Et de ſion tuere eos. ℣. Eſto ei domine tur
ris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi oratiōnē.
℟. Et clamor. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum ſpir. Oremus. Oſo.

Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, bene ✠dic ado
leſcentes iſtos: ⁊ ſemina ſemen vitę eterne in mentibus co-
rū, vt quicquid pro vtilitate didicerint, hoc facere cupiant. Per
dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, recuperatorem no-
ſtrum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnita. ⁊c. Oremus. Oratio.

Bene ✠dic domine ⁊ reſpice de celis ſuper hanc coniunctio-
nē: ⁊ ſicut miſiſti ſanctum Angelum tuum Raphaelem paci-
ficum ad Tobiam ⁊ Saram filiam Raguelis: ita digneris domi
ne mittere benedictionem tuam ſuper hos adoleſcentes: vt in
tua benedictione permaneant, in tua voluntate perſiſtant, ⁊ in
tuo amore viuant ⁊ ſeneſcant, ⁊ multiplicentur in longitudine
dierum. Per Chriſtum dñm nr̃m. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Bene ✠dicere dignare dñe, q̄s, hunc famulū tuum, ⁊ hanc fa-
mulā tuā: vt in noīe tuo creſcant ⁊ cōſeruent: atq; oībus die-
bus

bus tibi ſeruiant: quatenus mundi peracto termino, tibi ſine ma
cula valeant adhęrere. Per Chriſtum dominum noſtrum.
℟. Amen. Poſtea dicat Sacerdos Pſalmus.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius.
Labores manuum tuarum, quia mãducabis: beatus es ⁊ be-
ne tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus
tuę. Filij tui ſicut nouellę olivarum: in circuitu menſę tuę. Ec-
ce ſic benedicetur homo: qui timet dñm. Benedicat tibi domi-
nus ex ſion: ⁊ videas bona Hieruſalē omnibus diebus vitę tuę.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael. Gloria
pa. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ⁊
dicitur ab omnibus pręſentibus. Et ne nos. ℣. Saluum fac ſer-
uum tuum ⁊ ancillam tuam. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣.
Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et
cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Omnipotens ſempiternus Deus: qui primos parentes no-
ſtros Adam ⁊ Euam ſua virtute creauit, ⁊ in ſocietate ſancta
copulauit: ipſe corda ⁊ corpora veſtra ſancti✠ficet, ⁊ bene✠
dicat: atque in ſocietate ⁊ amore verę dilectionis coniungat.
Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Bene✠ dicat vos Deus: ⁊ cuſto✠ diat vos Jeſus Chriſtus:
oſtendat faciem ſuam in vobis: ⁊ miſereatur veſtri. Conuer-
tat dominus vultum ſuum ad vos: ⁊ det vobis pacem ⁊ ſanitatē
corporis ⁊ animę. Amen.

Impleat vos Chr̃s oī bñdictione ſpūali in remiſſionē pcōrum:
vt habeatis vitā eternā, ⁊ vivatis in ſecula ſeculorum. ℟. Amē.

Et bñdictio Dei oīpotētis, Pa✠tris, ⁊ Fi✠lij, ⁊ Spiritꝰ✠
ſcti, deſcendat ſup vos: ⁊ maneat ſemp. Amen. Poſtea dicat
Miſſa: vt in nuptali vſque ad Pater nr̃um inclusive. Et poſt P̃f. nr̃.
dicto Per oīa ſcla ſclorum. Et rñſo Amen anteqū dicatur Pax
dñi, Sacerdos collocata hoſtia cōſecrata ſup patenā poſita ſu-
per calicem, ⁊ cooperta corporali, vertit ſe ad ſponſum ⁊ ſponſam
corā altari genuflexos, ita q̄ ſpōſa ſit a ſiniſtris ſpōſi: ⁊ vbi con-
ſueuit, cooperit ſpatulas viri ⁊ caput mulieris cum eodem velo
ad exemplum Rebeccę, quę viſo Iſaac cooperuit ſe. Gene. 24.
Et de hoc habetur. 30. q. 5. capitu. Fęminę: ⁊ capitu. Nec illud.
Et dicit. In noīe Patris, ⁊ Filij, ⁊ Spūs ſancti. Amē. ℣. Saluos
fac

Universidad de Deusto
Biblioteca

fac seruos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te. ℣. Ostende eis domine misericordiam tuam. ℟. Et salutare tuum da eis. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orat. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

PRopitiare ḋne supplicationibus nostris: ⁊ institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste, vt quod te authore iungitur, te auxiliante seruetur. Per.



P

Er omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Dñs vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Sursum corda.

℟. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino Deo nostro. ℟. Dignum ⁊ iustum est.

VEre dignum, ⁊ iustum est: equum ⁊ salutare, Nos tibi semper

semper ⁊ vbiq; gratias agere, domine sancte, pater omnipotens: eterne deus. Qui potestate virtutis tuę de nihilo

cūcta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad imaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium

condidisti: vt femineo corpori de virili dares carne principium: docens quod deo placuisset instituī, nūq; licere diiungi. Deus q tā excellenti mysterio cōiugalē copulā cōsecrasti:

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO



crasti: vt Christi ⁊ ecclesię sacramentū prędignares in fęde=



re nuptiarū: Deus per quē mulier iungitur viro: ⁊ societas



principaliter ordinata bene ✠ dictione donatur: quę sola



nec per originalis peccati pęnā, nec p diluuij est ablata sen=



tentiā. Respice propitius super hāc famulā tuaz: quę mari=



tali iungenda cōsortio, tua se expetit protectione muniri. Sit



in ea iugū dilecti onis ⁊ pacis: fidelis ⁊ casta nubat in Chri=

sto: imi=



sto: imitatrixqz sanctarum permaneat fęminarū. Sit ama=



bilis vt Rachel viro suo: sapiens vt Rebecca: longęua ⁊ fi=



delis vt Sarra. Nihil in ea ex actibus suis ille author puari=



cationis vsurpet: nexa fidei mandatisqz permaneat: vni



thoro iuncta cōtactus illicitos fugiat: muniat infirmitatē



suam roboze disciplinę. Sit verecundia grauis: pudore ve=



nerabilis: doctrinis cęlestibus erudita. Sit fęcūda in sobo=

le: sit



le: sit probata ꝛ innocens: ꝛ ad beatorũ requiẽ, atqꝫ ad cęle

stia regna perueniat. Et videat filios filiorũ suorũ vsqꝫ ad

tertiã ꝛ quartã generationẽ; ꝛ ad optatã pueniat senectutẽ.

Cũdie sacerdos mutet vocem, si ꝓfationẽ cantauit, ꝛ dicat plane, ita ꝙ ab astantibus audiri possit. Per eũdẽ dñm nr̃m Jesum Chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spũs sc̃i deus. Per omnia sc̃la sęculoꝝ. Amẽ. Postea dicat in tono lectionis.

Oremus omnipotentem Deũ, qui ad multiplicandã humani generis plẽ bene ✠ dictionis suę gratiã largiri dignatus est, fratres charissimi; ꝛ deprecemur, vt hos famulos suos N. ꝛ N. quos ad cõiugalẽ copulã ipse ꝑelegit, ipse custodiat. ℟. Amẽ.

Det eis sensus pacificos, pares animos, mores mutuos charitate coniunctos. Responsorium. Amen.

Habeant quoqꝫ optatas suo munere soboles: quas sicut donum ipsius tribuit, ita bene ✠ dictionem consequantur: vt hi famuli tui in omni eidem cordis humilitate deserviant, a quo se redemptos ac dicatos esse non dubitant. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Quibus peractis sacerdos ad altare conuersus dicit Pax dñi ꝛc. Postea datur pax sponso: ꝛ ipse dat eã spõsę: ꝛ missa terminat. Cõpleta missa sacerdos, vbi cõsueuit, bñdicit panem ꝛ vinũ, dicẽs, ℣. Adiutoriũ nr̃m in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. Oremus. Dio.

Bene ✠ dic dñe creaturã istaꝫ panis ꝛ vini, sicut bene ✠ dixisti quinqꝫ panes in deserto: vt oẽs gustãtes ex ea, tã animę, ꝙ corporis recipiant sanitatẽ. Per Chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen.

Deinde

Deinde in altari frangat panẽ, ꝛ det vnã partẽ sponso, ꝛ aliam sponsę, ꝛ sic etiã de vino: ꝛ postea aspergantur aqua benedicta. Deinde sacerdos ponit manus super capita amborũ primo viri, ꝛ postea mulieris, dicẽs. In noĩe patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti amen. Et eleuatis manibus ꝛ extẽsis sup capita eorum dicat

Deus Abrahã, Deꝰ Jsaac, deꝰ Jacob: ipse sit vobiscuꝫ: ꝛ ipse vos cõiugat, ipleatqꝫ bñ ✠ dictionẽ suã in vobis. Amen.

Bene ✠ dicat vos omnipotẽs Deus oris sui eloquio: ꝛ cor vestruꝫ syncери amoris copulet nexu perpetuo. ℟. Amen.

Loretis rerũ ꝓsentiũ copijs, fructificetis decenter in filijs, gaudeatis perenniter cum fidelibus amicis. ℟. Amen.

Tribuat dñs vobis parẽtibus dona perennia: ꝓsentia tempora fęliciter dilatet: ꝛ sẽtiatis gaudia sẽpiterna. ℟. Amen.

Ipse qui vnum trinumque possidet nomen, ꝛ gloriatur Deꝰ, benedicat vos in secula seculorum. ℟. Amen.

Quod ipse vobis ꝓstare dignetur, cui est honor ꝛ imperiuꝫ in secula seculorum. Amen. Oremus. Oratio.

Dominus Deus oꝑs bñ ✠ dicat vos: ipse vos cõiũgat, impleatqꝫ bñ ✠ dictionẽ suã in vobis: ꝛ videatis filios filiorũ vestroꝝ vsque ad tertiã ꝛ quartã generationẽ ꝛ progeniem: ꝛ ad optataꝫ perueniatis senectutem. Per dñm. Tunc sacerdos iterũ tangat capita vtriusqꝫ primo viri ꝛ postea mulieris: ꝛ dicat

Deus Abrahã, Deus Jsaac, Deus Jacob, emitte bñ ✠ dictionẽ tuã sup nubentes istos: ꝛ semina semen vitę ęternę in mentibus eoꝝ: vt qcquid de vtilitate sua didicerint, hoc facere cupiãt. Per Jesum Chr̃m recuꝑatorẽ oĩuꝫ fideliũ: ꝙ cũ te ętero ꝑe ꝛ spũ sc̃tõ viuit ꝛ regnat Deꝰ: p oĩa sc̃la sc̃loꝝ. ℟. Amẽ. Et bñdictio Dei oĩpotẽtis, pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spũs sc̃i descẽdat, ꝛ maneat sup vos: ꝛ angelus Dñi bonus custodiat vos semper. ℟. Amẽ. Postea sacerdos dicat Euangeliũ sc̃i Joãnis. In principio. f. 89. Quo dicto aufert velũ ab eis, ꝛ dicit Ambulate in pace. Suprascripta bñdictio nõ est faciẽda, qñ alter ꝙtrahẽtium i alio mr̃imonio fuit bñdictus, imo sacerdos bñdicẽs secũdas nuptias est suspẽsus, ꝛ ad Papã mittẽdus, extra de secũdis nuptijs, cap. Capellanus Scũs tñ Thomas tenet ꝙ qñ virgo cõtrahit cum viro, ꝙ aliã habuerat vroꝛẽ, ꝙ bñdici debet, ꝛ est cõis doctorum opinio hoc esse seruãdũ, vbi ea est ꝙsuetudo, ꝙ vero in locis, iꝙ

Universidad de Deusto Biblioteca
FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus ingressus sponse in ecclesiam post nuptias.

bus id fieri non soleuit: hoc faceret, incurreret penam dicit Ca. Capellanus. Cū aūt hę nuptię bñdicende sunt, seruat hic ritus. Bñdicunt Arre et veniunt ambo, et genuflectūt añ altare, et missa dō vsq; ad par dñi exclusiue, et vestant ambo vt sup. et sacerdos dicit In nōie pīis, ꝛc. vt sup. ℟. vt sup. i singulari numero, et genere femenino. Dō. Propitiare cuī pīationē prędicta, et dō. Orem⁹ oīpotentē Deū, q ad multiplicādā, dī i singulari numero, et genere femenino. Postea finita missa dicat oīones, vt sup. ponēdo manū solū sup caput spōse, et faciat reliqua omnia vt su.

¶ De ingressu spōse in ecclesiam octauo die post benedictionē faciēdo, vbi cōsueuit. cap. 5. ¶ In aliqb⁹ ecclesijs soleuit octauo die post bñdictionē sponsa ingredi ecclesiā, qđ vulgo dicitur Intrare in sancta. Et tūc sacerdos indutus superpellicco et stola, sit in ostio ecclesię: et adueniēte spōsa dicat ℣. Adiutorium nr̄m in nomine dñi. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Deus misereat, totū cū Gloria pa. f. 37. et postea subiūgat ℣. Beati oēs. totū sil' cū Gloria pa. f. 37. Kyrie eleis. Chr̄e eleis. Kyrie eleis. P̄ nr̄. Et ne nos. Sed libe. ℣. Salua fac ancillā tuā. ℟. Deus meus sperātē in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in ea. ℟. Et filius iniqtatis nō apponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū spi. Orem⁹. Dō.

OMnipotēs sempiterne Deus, creator celi et terre: q oīa de nihilo creasti: qque Adā protoplastū dē limo terre formasti: et Euā illi in adiutorū dedisti: et bñdixisti eis, dicens. Crescite et multiplicamini et replete terrā: ne respicias ad pcā nr̄a, sed ad fidē ecclesię tuę: et bene✠dicere digneris hāc famulā tuā vna cū marito suo: et da ei fecunditatē sobolis, et de rore celi, atq; de pinguedine terre abundantiā: et benedic eis taq; in domibus, q̄ in agris, et vbiq; in unētis, et pecoribus, omniq; possessioni corū benedic: et perduc eos in oī pietate, et castitate, et morū honestate, et timore Dei ad vitā eternam. Per Chr̄istū. Tunc sacerdos tradat caput stole sponse, et ducens eaq; in ecclesiam, dicat,

INgredere in domū Dei: et adora filiuq; virginis: q tibi fecunditatē prolis tribuere dignet: ipsum inquaq; dñm nr̄m Jesum Chr̄m mediatorem Dei et hoīuq;: qui cuq; patre et Spiritu scō viuit et regnat Deus in scla sclorum. ℟. Amen. Postea sacerdos celebret, et sponsa audiat missam cū cādela accensa in manibus.

Et finita

Et finita missa sacerdos benedicat eam hoc modo Benedictio Dei oīpotentis, pa✠tris, et fi✠lij, et spiritus✠ sci descendat sup te: et maneat semp. Et aspergat aqua bñdicta: quę surgens offerat sacerdoti, qđ sibi placuerit: et donum reuertatur in pace.

¶ Pro fuganda sterilitate mulieris oratio. Cap. 6.

MUlier sterilis et infecunda veniēs ad ecc'ciā accedat ad sacerdotem habentem superpellicem et stolā: et se eius orationibus cōmendet. Qui faciat oīonē sup eam in hunc modum. In nōie patris, et filij, et spūs sci. Amen. ℣. Adiutorium nr̄m in nōie dñi. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Beati oēs q. totum cum Gloria pa. fo. 37. Añ. Bñdicat tibi dñs ex sion: et videas filios filioq; tuoq; vsq; in tertiā et quartā generationē. Kyrie eleison. Chr̄e eleison. Kyrie eleis. P̄ nr̄. Aue Maria. Credo in Deu. Quibus dictis sacerdos subiungat. ℣. Saluā fac ancillā tuam. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Sint filij tui sicut nouellę oliuarū. ℟. In circuitu mensę tuę. ℣. Dñe exaudi oīonē meaq;. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spi. Oremus. Dō.

DEus, qui emortuā vuluā Sarre ita per Abrahę semen fecundare dignatus es: vt ei contra spem soboliś filius nascerētur, prēsta famulę tuę N. pro sua sterilitate deprecanti: vt meorem infecunditatis ab ea submoues: et ad concipiendam sobolem ei fecunditatem tribuas: et filium, quem donaueris, clementer benedicas. Per Chr̄istuq; dominum nr̄m. Oremus. Oratio.

MAiestatis tuę clementiam deus pater oīpotens suppliciter exoramus: vt preces nostras p sterilitate famulę tuę N. benignus assumas: et ei prolem tibi et hominibus gratiosam cōcedere digneriś. Per Chr̄istum dñm nostrum. Post hęc aspergit eam aqua benedicta: et imponit q̄ sępe dicat, vel dici faciat prędictum psalmum, Beati omnes qui timent dñm, et Pater noster, et Aue Maria, et Credo in Deum ꝛc. Et quod honeste cum viro suo, et pudice actum matrimonialem exerceat.

¶ Dō p impeditis in matrimonio a dęmone, vel maleficijs. Cap. 7.

Sacerdos cū superpelliceo et stola super virum et mulierem impeditos sequētē oīonē dicit. ℣. Adiutoriū nr̄q; in nōie domini. ℟. Qui fecit celū et terrā. ℣. Saluos fac seruos tuos, et ancillas tuas. ℟. Deus me⁹ sperantes i te. ℣. Mitte eis dñe auxiliū de scō. ℟. Et de siō tuere eos. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ i eis. ℟. Et fili⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniqtatis nō apponat nocere eis. ℣. Esto eis dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū spi. Oremus.

DE plenitudine potestatis apostolicę, cuius authoritatem pro przesenti gero, absoluo te ab omnibus censuris ecclesiasticis, sententijs, & vinculis excommunicationum, & suspensionum, & interdicti, tam ab homine, quam a iure latis: nec non ab omnibus negligentijs & defectibus commissis in sacramentorum administratione, officijs, & actibus tuis, vel nomine tuo factis: supplendo de solita apostolicę sedis clementia omnes defectus eorundem. Aboleo etiam omnem maculam infamię & inhabilitatis vndequaque contractam: dispensoque tecum super omni irregularitate, simonia in ordine & beneficio actiue, vel passiue, quacunque occasione, vel causa etiam contracta in collatione ordinum, & aliorum sacramentorum, vel contractis, seu commissis. Restituo te, & habilito te ad statum, famaz, & honorem, & executionem officiorum ecclesiasticorũ quorũcunque: ac ad oēs gradus dignitatuz & bonorũ: ad beneficia ecclesiastica habita & habenda: & tibi de his, quę habes, de nouo prouideo: relaxando tibi fructus quos male percepisti, seu lęsa conscietia ex eisdez, ac alia quę in ludo ex successione, ac alias ad te prouenerunt, quę subiacent restitutioni vagę in forma plenissima. In nomine pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti, Amen.

COrdo qualiter se habere debet sacerdos in suscipienda confessione infirmi. Cap. 25.



SAcerdos accedens ad infirmum: primum dicat secundum Saluatoris mandatum. Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea. Postmodum accedens ad infirmum cum consolatione ad bonam patientiam. Deinde incipitur

incipiat & dicat psalmos sequentes, videlicet. Psalmus.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, qm infirmus sum: sana me Dne, qm conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu dne vsquequo? Conuertere dne & eripe animã meam: saluum me fac ppter misericordiã tuam. Qm non est in morte q memor sit tui: in inferno aũt qs confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo p singulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis stratũ meum rigabo. Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter oēs inimicos meos. Discedite a me oēs q operamini iniquitatē: qm exaudiuit dns vocē fletus mei. Et exaudiuit dns deprecationē meā: dns orationē meā suscepit. Et erubescāt & conturbēt vehemēter oēs inimici mei: conuertant & erubescāt valde velociter.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira (Psalm. tua corripias me. Quoniam sagittę tuę infixę sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie irę tuę: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meę supergressę sunt caput meũ: & sicut onus graue grauatę sunt super me. Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę: a facie insipientię meę. Miser factus sum & curuatus sum vsq in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionib⁹: & nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorũ & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei: aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Et qui iuxta me erant de lõge steterunt: & vim faciebant qui quęrebant animam meam. Et q inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabant. Ego autem tanq surdus non audiebam: & sicut mutus nõ aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiẽs: & nõ habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te dne speraui: tu exaudies me dne deus meus. Quia dixi ne qn supgaudeant mihi inimici mei: & dum cõmouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in cõspectu meo semp. Quoniam iniquitatem meã annunciabo: & cogitabo

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro peccato meo. Inimici autē mei viuūt, & cōfirmati sunt sup me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: qm̄ sequebar bonitatē. Ne derelinquas me Dñe Deus meus: ne discesseris a me. Intende in adiutoriū meū: Dñe Deus salutis meę. Psalmus.

BEatus vir qui intelligit sup egenū & pauperem: in die mala liberabit eū dñs. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eū in terra: & non tradat eū in animam inimicorum eius. Dñs opē ferat illi sup lectū doloris eius: vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi, domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur & peribit nomē eius? Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatē sibi. Et egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunqd qui dormit non adijciet vt resurgat? Etenim homo pacis meę in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. Tu autem dñe miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus super me. Me aūt ppter innocētiā suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in eternū. Benedict⁹ dñs deus Israel a seculo & in seculū: fiat fiat. Psalm.

MIserere mei deus: sm̄ magnaz misericordiā tuam. Et sm̄ multitudinē miserationū tuarum: dele iniquitatez meam. Amplius lauа me ab iniquitate mea: & a peto meo munda me. Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco: & peccaz meū contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malū coram te feci: vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & vincas cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatib⁹ concepta sum: & in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapiētię tuę manifestasti mihi. Asperges me dñe hyssopo & mūdabor: lauabis me, & sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū & lętitiā: & exultabunt ossa humiliata. Auerte faciē tuam a peccatis meis: & oēs iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me deus: & spiritum rectū innoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua: & spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi lętitiā salutaris tui: & spū principali

pali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertent. Libera me de sanguinibus Deus, deus salutis meę: & exultabit lingua mea iusticiam tuam. Dñe labia mea aperies: & os meū annūciabit laudē tuā. Quōm si voluisses sacrificium, dedissem vtiqz: holocaustis nō delectaberis. Sacrificium deo spiritus cōtribulatus: cor cōtritū & humiliatū deus non despicies. Benigne fac Dñe in bona voluntate tua Sion: vt ędificentur muri Hierusalem. Tūc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuū vitulos. Psalmus.

INclina Dñe aurē tuā, & exaudi me: qm̄ inops & pauper sum ego. Custodi aiam meā, qm̄ sanctus sum: saluū fac seruum tuū Deus meus sperantem in me. Miserere mei domine, qm̄ ad te clamaui tota die: lętifica aiam serui tui, qm̄ ad te Dñe aiam meam leuaui. Quōm tu dñe suauis & mitis: & multę misericordię omnibus inuocantibus te. Auribus percipe orationē meam: intende voci deprecationis meę. In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tibi in dijs Dñe: & nō est sm̄ opera tua. Omnes gentes quascunqz fecisti venient, & adorabūt coram te Dñe: & glorificabunt nomen tuū. Quōm magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. Deduc me Dñe i via tua, & ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuū. Confitebor tibi Dñe deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuū in eternum. Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Dei iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentiū quęsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu dñe deus miserator & misericors: patiens & multę misericordię & verax. Respice in me & miserere mei: da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillę tuę. Fac mecum signum in bonum: vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me. Psalmus.

QUi habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei celi cōmorabit. Dicet dño, susceptor meus es tu & refugiū meū: deus meus, sperabo in eū. Quōm ipse liberabit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pēnis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die: a negotio

Universidad de Deusto
Biblioteca

perambulãte i tenebris: ab incursu ⁊ dęmonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mille ⁊ decez millia a dextris tuis: ad te aũt non appropinquabit. Uerũm oculis tuis ꝓsiderabis: ⁊ retributionẽ pctoꝝ videbis. Qum tu es dñe spes mea: altissimũ posuisti refugiũ tuũ. Nõ accedet ad te malũ: ⁊ flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo. Qum angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuum. Super aspidem ⁊ basiliscum ambulabis: ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. Qum in me speravit, liberabo eum: protegam eum, qm cognouit nomẽ meum. Clamauit ad me, ⁊ ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, ⁊ glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: ⁊ ostendam illi salutare meum. Psalmus.

Benedic anima mea dño: ⁊ oĩa q̃ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic aĩa mea dño: ⁊ noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur oĩbus iniquitatibus tuis: qui sanat oẽs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu viam tuam: qui coronat te in misericordia ⁊ miserationibus. Qui replet in bonis desiderijũ tuũ: renouabit vt aqle iuuentus tua. Faciens misericordias Dñs: ⁊ iudiciũ oĩbus iniuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi: filijs Israel volũtatez suas. Miserator ⁊ mijcors dñs: lõganimis ⁊ multũ mijcors. Non in perpetuũ irascet: neq in ęternũ cõminabitur. Non fm pcã nostra fecit nobis: neque fm iniquitates nostras retribuit nobis. Qm fm altitudinem cęli a terra: corroborauit misericordiam suam sup timentes se. Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quo miseretur pater filiorũ, misertus est dñs timentibus se: qm ipse cognouit figmentum nostrũ. Recordatus est quoniam pulus sumus, homo sicut fęnum: dies eius tanquam flos agri, sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo, ⁊ non subsistet: ⁊ non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autez domini ab ęterno, ⁊ vsq in ęternum, super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorũ: his qui seruant testamentum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciẽdum ea. Dominus in cęlo paravit sedem suam: ⁊ regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite Dño oẽs Angeli eius, potẽtes virtute: facientes verbũ illius ad audiendam

dam vocem sermonum eius. Benedicite Dño oẽs virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatẽ eius. Benedicite Dño oĩa opera eius: in oĩ loco dñationis eius, benedic anima mea dño. Et dicant oẽs ex integro. Postea sequitur litania. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater nr̃. Et ne nos inducas in tenta. ℣. Saluũ fac seruũ tuũ. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei Dñe auxiliũ de scõ. ℟. Et de Siõ tuere eum. ℣. Nihil pficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei Dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñs ꝓseruet eũ, ⁊ viuificet eũ, ⁊ beatũ faciat eum in terra. ℟. Et nõ tradat eũ in aĩam inimicoꝝ eius. ℣. Dñs opẽ ferat illi super lectũ doloris eius. ℟. Uniuersũ stratũ eius versasti in infirmitate ei⁹. ℣. Dñe exaudi oꝛonẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus. Dño.

Omnipotens sempiterne Deus, q̃s immensam pietatez tuã: vt ad introitum i tuo noĩe humilitatis nostrę, hunc famulum tuum in hoc habitaculo iacentem fessum, salutifere visitare digneris: sicut visitasti Dñe Thobiã, ⁊ Sarrã, ⁊ socrum Petri, puerumque Centurionis: ita ⁊ iste pristina sanitate animę corporisque recepta, ⁊ gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Deus, qui facturę tuę semper pio dominaris affectu: inclina aurem tuam supplicationibus nostris: ⁊ famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: ⁊ visita in salutari tuo, ⁊ cęlestis gratię pręsta ei medicinam. Per Christum dominum nostrum. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pater omnipotẽs, ęterne Deus, qui per Jesum Christum filium tuũ, Dominum nostruz, vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus ⁊ petimus nos humiles tui sacerdotez: vt precibus nostris aurez tuę pietatis accõmodare digneris: vt ad huius pęnitentis cõfessionẽ mouearis, remittasq ei omnia crimina, ⁊ peccata vniuersa condones. Da, q̃s, huic famulo tuo domine pro supplicijs veniam, pro męroꝛe lętitiam, pro morte vitam: vt qui suadente diabolo cecidit in ruinam: te reuocante retrahat ad misericordiam: ⁊ ad ęternam vitam peruenire mereatur. Per Christum dominum nostrum. Tunc interrogat eũ sacerdos. Tenes fine fcis

Orationem dominicam, ⁊ symbolum? Respõdet infirmus. Teneo. Tunc sacerdos. Vis dare tuam confessionem? Rñdet infirmus. Volo. Et sacerdos. Fuisti iam confessus? Respõdet infirmus. Ita pater. Sacerdos. Credis in deum patrem omnipotentem, creatorem celi ⁊ terre: ⁊ in Jesum Christum filiũ eius: ⁊ in spiritum sanctum paraclitum ex patre filioq; procedentez? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis qõ iste tres persone. s. pater, filius, ⁊ spiritus sanctus, sint tres persone, ⁊ vnus deus? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis quod filius Dei pro salute nostra sit incarnatus de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, passus, mortuus, ⁊ sepultus: ⁊ q; ad inferos descendit, ⁊ tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad celos, ⁊ venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos? Respondet. Credo. Sacerdos. Credis vnam sanctam ecclesiaz catholicã: sanctorum cõionez, remissionem pcõrum: carnis resurrectionem, ⁊ vitam eternaz. Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis q; in ipsa carne, in qua nunc es in ipsa habes resurgere in die iudicij, ⁊ recipere, siue bonum, siue malum quod egisti? Respondet. Credo. Sacerdos. Habes plenam voluntatem emendandi quicquid contra Deuz egisti? Respondet. Habeo. Sacerdos. Habes fidem q; possit tibi dimittere Deus omnia peccata tua: si confessus: ⁊ in toto corde tuo cõuersus ad eum fueris? Respondet. Habeo. Sacerdos. Vis dimittere omnibus hominibus, qui in te peccauerunt, dicente Deo, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, ⁊ pater vester qui in celis est, dimittet vobis peccata vestra? Respondet. Volo. Si non vult dimittere: nec tu debes eum auricultare. Si autem vult ea dimittere, ⁊ iudicium pẽnitentie recipere, ⁊ peccata sua pleniter cõfiteri: eaq; iciunijs atq; orationibus ⁊ eleemosynis redimere: tunc iuxta has promissiones offerat manus suas in manibus sacerdotis dicens: In manus tuas dñe commendo spiritum meum. Et sacerdos sequitur. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui: sm nomen tuum deus, ita ⁊ laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Gloria patri, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos, ℣. Eruadiat te dñs i die tribulationis, ℟. Protegat te nomen Dei Jacob, ℣. Mittat tibi auxilium de sancto, ℟. Et de Sion tueatur te, ℣. Tribuat tibi secundum cor tuum, ℟.

Et om-

Et omne consilium tuũ confirmet. ℣. Impleat dñs oẽs petitiones tuas. ℟. Nunc cognoui qm̃ saluum fecit dñs Chr̃m suum. ℣. Dominus custodit te ab omni malo. ℟. Custodiat aiam tuaz dñs. ℣. Bñdicat te dñs ex Sion. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terraz. ℣. Dñe exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Deus, q̃ es iustor gloria, ⁊ misericordia petor: pietatẽ tuam humili prece deposcimus: vt hunc famulum tuum benigne recipias, ⁊ pietatis tue custodiam ei impendas: vt ex tota mente tibi deserviat, ⁊ sub tua semper protectione consistat: ⁊ quando ei extrema dies venerit, societatem sanctorum percipiat: cum quibus inenarrabilem gloriam sine fine possideat. Per dñm. Tunc sacerdos diligenter eius cõfessionẽ audiat, ⁊ si etiam ab exordio natiuitatis sue ⁊ baptismi cõfiteret, bonũ esset. Et sicd inuenerit quod obligatus sit satisfacere: si potest, satisfaciat. Et si primo ei non fecit absolutionem, tunc absoluat eum a vinculo excõmunicationis si tenetur: vel saltẽ ad cautelaz: postea dicat.

Misereatur tui oñs Deus: ⁊ donet tibi veniam ⁊ indulgentiam, ⁊ remissionem oĩum peccatorũ tuorũ: liberet te ab omni malo: conseruet ⁊ cõfirmet te in omni opere bono: ⁊ perducat te Chr̃s filius Dei viui in vitam eternaz. Amen. Per istam veram ⁊ puram confessionem, quam modo mihi, quamuis peccatori sacerdoti, fecisti: absoluat te omnipotẽs Deus ab omnibus iudicijs, que tibi pro peccatis tuis debentur sm magnam misericordiaz suam: ⁊ parcat, ac remittat, ⁊ deleat oĩa pcta tua: ⁊ perducat te in vitam eternam. Amen. Oñs Jesus Christus, qui beato Petro Apostolo. fol. 57. ℣. Deus tu conuersus vivificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Ostende nobis dñe misericordiam tuaz. ℟. Et salutare tuũ da nobis. ℣. Non intres in iudiciũ cuz seruo tuo dñe. ℟. Quia non iustificabit in conspectu tuo oĩs viuens. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oro.

Deum omnipotentem, ac misericordem, qui non vult mortem peccatoris, sed vt cõuertatur ⁊ viuat, deprecor, vt conuerso ad viam rectam huic famulo suo N. misericordię sue veniam propitiatus indulgeat: ⁊ omnium culparum suarum vulnera: que post sacri lauacri veniam contraxit, ita in hac

confes-

confessione sanentur: vt nulla in eo vltra cicatricum signa remaneant: Prestante domino nostro Jesu Christo, qui cum patre ⁊ Spiritu sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti descendat super te, ⁊ maneat semper. Amen.

¶ De pēnitētia imponenda infirmo La.26. ¶ Beat⁹ Antoninus archiep⁹ Florētin⁹ in suo cōfessionali Defecerūt ita dicit.

Aduertenduz est autez, ꝙ aut infirmus est in periculo mortis, aut nō. Dico autē periculū mortis, nō solū, qz in extremis cōstitutus: sed qz frequenter contingit homines mori ex illa infirmitate: ⁊ medici dubitant. In tali casu potest quilibet absolui a quolibet sacerdote de quolibet pctō, ⁊ a qualibet sentētia absqz alia licētia, cū periculū est in mora. Talis enim infirmus aut iā amisit loquelā, vel vsuz rationis, puta qa phreneticus: aut nō. In primo casu, si bene viuebat, ⁊ vt bon⁹ fidelis frequentabat cōfessionē ⁊ cōmunionem ⁊ huiusmodi, quamuis nō petierit sacramenta, qa ex insperato talia acciderūt: Vel etiaz si malus ⁊ obstinatus diu perseuerans in peccatis est, ⁊ diu non confessus, si petijt sacerdotem vt confiteret, ⁊ ostendit se velle facere oia, q̄ debet, ⁊ interea fact⁹ est mutus vel phreneticus, ⁊ periculū est in mora, debet presupponi cōtritus, ⁊ faciente aliquo cōfessionē generalez pro eo sicut fit in populo, sacerdos faciat absolutionez ab omni sententia ⁊ peccato: ⁊ pōt iniungere circūstātibus aliquid pro eo faciendū, vel heredibus: aut cōsanguineis p eius anima, si volunt acceptare. Deinde debet dari ei eucharistia a proprio sacerdote seculari: Cuius nō sit confessus, qa nō potuit: vel ab alio sacerdote seculari, nō autē religioso, si nō habuit licentiam a proprio sacerdote vel episcopo: alias ipse religiosus incideret in excōicationem Papalē in hoc casu. Et hoc verum est, nisi timeret de expuitione, vel vomitu eius: quia tūc nō deberet sibi dari eucharistia, sed extrema vnctio tātū. Imo etiā si nō potuit cōmunicare, si propter phrenesiz non promitteret se iniungi, potest ligari: ⁊ sibi violēter dari. Astātib⁹ autez infirmo debet credi, si perhibent testimoniū, ꝙ petierit cōfessionem: ⁊ ostenderit signa contritionis. ¶ Si autez nō est diu confessus: vel quia notorius peccator, incurrit subito amentiā, ⁊ mutitatem, vel infirmitatem, nec prius nec post ostendit signa contritionis,

nis, nil ei dari debet, nec sacramēta, nec ecclesiastica sepultura. Si vero nec loquelam amisit, nec amentiam incurrit: debet ab eo exigi pura confessio peccatorum, plus vel minus, secundum quod patitur tempus. Nam si est in extremis, de principalibus est interrogandus: maxime inducendo eum ad contritionem cum spe venię. Sed si non est ita in extremis, ⁊ vellet facere generalē cōfessionē de tota vita sua, sicut multi infirmi sancti fecerunt: quamuis non sit necessarium de his, quę rite alias confessus est iterare confessionem, admittenda est, ⁊ tandem absolutio impendenda ab omni sententia excommunicationis, ⁊ ab omni peccato, modo supradicto in capitulo p̄cedēti: ita tamen, quod si ligatus esset aliqua excommunicatione, a qua confessor extra illud periculuz non potuisset absoluere, debet ei iniungi, quod si euadat infirmitatem, quam citius commode potest presentet se ei, ad quem ordinarie spectabat absolutio illius excommunicationis: Alias si faceret reincideret in eandem excōmunicationem. extra de senten. excommu. capi. eos libr. vj. Sed si erat detentus aliquo peccato, de casibus episcopo reseruatis, non oportet quod iniungat ei quod post sanitatem ad episcopuz vadat pro absolutione: quia ad illud non tenetur, sed sufficit sibi prima absolutio. ¶ Nota tamen, quod si talis esset vsurarius publicus, non potest talis admitti ad confessionem, communionem, ⁊ ad alia sacramēta, nisi facta prius cautione de restitutione vsurarum vel promissione ab heredibus de huiusmodi, in casu quo amisisset ipse loquelam, vel vsum rationis post signa contritionis, secundum formam iuris: quę habetur in cap. quantum. de vsu. libro 6. His peractis non est pēnitentia infirmo iniungenda, quia eam facere non posset: sed innotescenda, vt dicitur. 20. q. 7. capi. Ab infirmis. declarando sic: Talem tibi darem pēnitentiam, si esses sanuz: quamuis deberes facere multo maiorem, secundum regulas ecclesię: sed quia non potes modo, cum eris sanus facies hoc, vel illud, vel veniens ad me, ⁊ tibi dabo. ¶ Istud tamen vltimum non videtur securum: quia raro reuertuntur, pro pēnitentia. ¶ Si vero Deus aliter de te disponeret: dimittas pro anima tua tantum pro pēnitentia. Potest etiam iniungi amicis, vel consanguineis aliquid pro pēnitentia, si vtrique acceptant: ⁊ si credatur, quod

satisfa-

satisfaciens pro eo sit in statu gratię. Super omnia enim admonendus est, vt si debet aliquid alicui, vel ratione maleficij, vel contractus, vel depositi, vel aliter, declaret bene, vt non discedat cum alieno ab hoc seculo, ne in ęternum damnetur: Et de restitutione ꝛ legatis ad pias causas, pro anima sua ita disponat: qđ cito cogantur executores expedire, ꝛ non plongare: sicut sępe ꝛ quotidie faciunt. Qđ si nollet sufficiẽter disponere de restitutione facienda, non est absoluendus. ¶ Exhortandus est autem ad contritionem simul, ꝛ confidentiaꝫ diuinę misericordię exemplo latronis, meritis passionis Christi. ¶ Si autem haberi non possit copia sacerdotis: quamuis bonum sit in huiusmodi periculis, in mari videlicet, bello, vel in infirmitate, vel morte violenta, laico confiteri: tamen non est necessarium. Qđ si fiat, ꝛ euadit: tenetur talis iterum de illis peccatis cõfiteri: qa non habebat ille clauęs ecclesię. ¶ Si vero infirmus non est in periculo mortis, ꝛ habet casuꝫ excõicationis, vel peccata reseruata episcopo, dẽt cõfesso ire vel mittere ad episcopũ, si põt, pro authoritate huiusmodi: tñ modo tali, q̃ non prodat peccatorez: nisi prius ille sibi dederit licentiam nominandi eum. Hęc ille.

¶ Finit tractatus tertius primę partis libri Sacerdotalis.

¶ Tractatus quartus primę partis Sacerdotalis de sacramento Eucharistię. ¶ Quę cõtineantur in hoc tractatu. Ca. 1.



SAcramentum Eucharistię, quę bona gratia dicitur. 1. q̃st. 1. cap. Multi. In quo veraciter cõtinentur corpus, sanguiꝭ, aĩa, ꝛ diuinitas Dñi nr̃i Jesu Chr̃i sub speciebus panis ꝛ vini, quod ab eo institutuꝫ est, ob memoriã suę sacratissimę passionis, a solis sacerdotibus summa cuꝫ diligẽtia est consecrandum, pari reuerẽtia Christicolis dispensanduꝫ, ꝛ fideli custodia seruandũ. Et q̃ primuꝫ ꝛ maximum sacerdotis officiũ est, corpus ꝛ sanguinez Christi in hoc sacramẽto ꝓsecrare: qđ fit ĩ missę celebratione: ciõ primũ de ipsa dicemus: postmodum de alijs ſm hunc ordinem, videlicet, q̃ videbimus primo,

Materiam

Materiam huius sacramenti.
Formam huius sacramenti.
Ministrum huius sacramenti.
Effectus huius sacramenti.
Locum idoneum ad celebrandum.
Quoties in die quis possit celebrare.
Ordinem ꝛ ritum celebrandi.
Tempus conueniens celebrationi.
Quibus hoc sacramentum sit dandum: ꝛ quibus non.
Ordinem communicandi populum in ecclesia.
Ordinem communicandi infirmum.
Quod diligenter sit custodiendum hoc sacramentum.
Penitentiam malę custodientis. ꝛ
Casus concessos ꝛ prohibitos tempore interdicti ecclesiastici.

¶ Quę sit materia huius sacramenti. Cap. 2.

MAteria huius sacramenti est panis triticeus ex farina frumenti, cum aqua elementari ꝛ naturali confectus. De cõsecr. dist. 2. cap. In sacramẽto. Et debet esse azymus: quia Christus in azymo sacramentum confecit ꝛ consecrauit. Et etiam vsus sanctę Romanę ecclesię, quę initium ꝛ institutionem a beato Petro Apostolo habuit, sic obseruat: ꝛ sic mandat obseruari. Si quis in fermentato pane consecraret in ecclesia Latina, debet deponi. De celebra. miss. c. Literas. Rationabiliter autem sacramẽtum ex pane triticeo. i. frumenti, conficitur: quia Christus, qui in eo sacramentaliter continetur, appellat se granum frumenti. Joã. 12. Nisi granum frumenti. ꝛc. De celebra. miss. ca. vltim. ꝛ supradicto capitu. In sacramento. ¶ Materia calicis est vinum de vite: quia sanguis Christi confici non potest nisi de vino vitis. eo. cap. In sacramento. De consec. dist. 2. capi. In sacramentorum, ibidem. De summa trinitat. capit. 1. de celebra. miss. c. cum Marthę. ꝛ cap. vlti. Et conuenienter conficitur sanguis Christi ex vino vitis: quia Christus se veram vitam appellauit, Joan. 15. ¶ Ex concilio Carthaginensi. Cap. 27. In sacrificijs corporis ꝛ sanguinis dominj nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominꝰ dicit: hoc est panis, ꝛ vinum cum aqua mistum. Nec amplius in primitijs offeratur Deo vino, ꝛ frumẽto. De consecr. dist. 2. In sacramento, ꝛ capitu. in summa. de

celebr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebr.mis.c.vlt.ꝛ c.cuꝫ Marthę.de sum.trin.cap.ꝛ.Dicitur ergo,ꝙ materia panis debet esse ex tritico.i.ex frumento:nō autez in pane de spelta,siligine,millio,hordeo,vel alio quocunqz grano,nec etiā ex pasta,sed pane cocto. Similiter materia vini nō pōt esse ex aceto, vel agresta, aut vino corrupto, vel nimis acetoso,aut ex vino granatorum, seu quorumcunqz pomorum: sed solum de vino vitis.In musto potest confici si est depuratum.

¶Ex concilio Florentino sub dño Eugenio Papa 4. Tertium est eucharistię sacramentum:cuius materia est panis triticeus ꝛ vinum de vite.Cui ante consecrationez aqua modicissima admisceri debet ꝛc. Aqua vero,q̄ in calice vino miscetur,debet esse in modica quantitate:quia eam in vinum cōuerti oportet. Et hęc aqua vino miscetur ꝓpter significationem: qz, vinū Chr̄i significat:ꝛ aqua populuꝫ.Apponitur autem aqua vino, tum qz Chr̄s sacramentū suum in vino aqua misto consecrauit: vt dicit Damascenus lib.4.ꝛ quia ex latere eius exiuit sanguis ꝛ aqua:ꝛ etiā qz ecclesia id statuit ꝛ p̄cepit.De cōsec.dist.2.cū c. oē.ꝛ ca.1. Et licet nouerit sacerdos aquā fuisse in doliū positā,tñ propter significationem debet aquā in calicez mittere. Et q̄uis aqua nō sit de necessitate sacramenti:qz si consecraretur vinū sine aqua, esset sacramētū:tñ omittens peccat grauiter, si scienter omittit. De consecr.dist.2.calix.De celebr.mis.c.cuꝫ Marthę.ꝛ c. scriptura.De consec.dist.2.Potest autem sacerdos omnez quantitatē panis ꝛ vini ante se positam in altari consecrare. Hęc omnia ex sancto Tho,ꝛ cęteris theologis excerpta sunt. ex. 4. sent.

Tertia parte, Et 4. sentēt.

¶Forma sacramenti eucharistię quę sit. Cap.3.

FOrma huius sacramenti sunt verba Christi a sacerdote cum intentione cōsecrandi rite prolata, q̄ sunt. Hoc est enim corpus meū,in consecratione panis,ꝛ Hic est enim calix sanguinis mei noui ꝛ eterni testamenti,mysteriū fidei, qui pro vobis ꝛ pro multis effundetur in remissionē peccatorū,in cōsecratione vini. Matth.26.Mar.13.Lucę 22.ꝛ de cōsec.dist.2.ca.Quia corpus. ꝛ cap.vtrū.ꝛ cap.accipite. ¶Ex concilio Florentino prędicto. Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris, quibus hoc cōfecit sacramentū.Nam ipsorum verborū virtute substātia panis in corpus Christi, ꝛ substantia vini in sanguinez conuertuntur, ita tñ ꝙ totus Christus continetur sub specie panis: ꝛ totus sub specie

specie vini ꝛc.Et licet ista dictio,enim,non sit de necessitate formę sacramenti: tamen scienter eam omittens peccat mortaliter. Unde tota forma prędicta tam panis, quam vini, integre proferenda est, non obstante opinione aliquorum doctorum: q dicunt, quod forma consecrationis sanguinis est ista sola: Hic est enim calix sanguinis mei. Sed securius est secundum sanctum Thomam ꝛ Scotum totum dicere. Habuit enim ecclesia Romana,quę vtitur tota hac forma,eaz a beato Petro apostolo:qui creditur eam docuisse, sicut Christus eam protulit. Et licet Euangelistę non ponant eam sic formaliter, sicut dicitur in Missa, nō est multum contrarium: quoniam ipsi non intendebant tradere formam consecrationis,sed solum narrare rez gestam.Quia vero Christus multa dixit ꝛ fecit, quę nullus Euangelista scripsit:ecclesia declarauit hanc formam a Christo fuisse traditam, quam nullus Euangelista integraz tradidit. Non solum verba formę non sunt prętermittenda, sed nec etiam alia verba canonis Missę:quia ecclesia ea cōnexuit in toto canone: alias omittens ea grauiter peccaret. Dicit sanctus Thomas, quod forma prędicta vtens pronomine demōstratiuo, ostendit quod materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos,qui est in domo, non potest consecrare panem vel vinum, qui est in altari, aut in foro, aut totum vinum, quod est in cellario.Si prędictę formę in aliquo mutarētur, aut si sub alijs verbis proferrentur, quę idem significarent: aut aliquid de eis diminueretur, nihil fieret. Similiter siquid adderetur bona intentione, sicut. Hoc est enim corpus meum sanctissimum:grauiter peccaret in singulis prędictis.

¶De ministro huius sacramenti. Cap.4.

MInister huius sacramenti est solus sacerdos rite ordinatus,habens intentionem consecrandi,sicut Christus consecrauit,indutus omnibus sacris vestibus sacerdotalibus: ꝛ cui non est prohibitum celebrare,potest ꝛ debet celebrare,ꝛ hoc sacramentum cōficere ꝛ consecrare. ¶Et notanter ponitur, potest ꝛ debet,quia hęreticus,schismaticus,excommunicatus, interdictus,ꝛ degradatus,non debent celebrare missaz: tamen si celebrant conficiunt veraciter corpus Christi. ¶Et dicitur rite ordinatus ille, qui in ordinatione sua habuit omnia substantialia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tialia ad suam ordinationem statuta: puta vnctionem manuum, acceptionem calicis cum patena, cum hostia ꝛ vino: ꝛ alia quę sunt de substantia ordinis. 25. dist. capitu. perlectis. ꝛ de Summa trini. cap. firmiter. §. Una. ¶ Habens intentionem consecrandi, sicut Christus consecrauit. Vbi notandū, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, qua intendat facere in consecratione, quod Christus fecit. Et non est necessaria intentio actualis, sed sufficit virtualis: puta, si accedens ad altare habet intentionem celebrandi ꝛ consecrandi, sed postea suspenditur eius intentio per aliam superuenientem cogitationem, tūc ꝛ virtute primę intentionis vere conficit. Hęc S. Thomas ꝛ Scotus. ¶ Sine peccato mortali, Ille dicit sine peccato mortali, qui non est notorius peccator: puta hęreticus, schismaticꝰ, concubinarius, ꝛ excommunicatus: quia talis implicitus est in peccato mortali: ideo non debet celebrare: ꝛ nō solum ipse, sed etiam omnes, qui audiunt scienter missam eius, si est connictus vel condemnatus, peccant secundum Theo. 31. dist. cap. nullus. de cohabita. cle. ꝛ mul. c. vestra. secundum gl. ꝛ ca. quęsitum. Si autem commisit aliquod peccatum mortale, de quo non recordatur, aut non habet copiam confessoris, imminet sibi necessitas celebrandi: puta qꝛ est Curatus, vel est dies festus, vel necessitas infirmi communicandi, quia non habebat hostiam consecratam ꝛ habet propositum, si recordaretur illius peccati, quod ipsum confiteretur, si haberet copiam cōfessoris, ꝛ interim cōteritur ꝛ pęnitet, ꝛ est in proposito cōfitēdi, absoluitur per summum Pontificeꝫ Christū: ꝛ potest celebrare, ꝛ postea debet confiteri sacerdoti: qñ habebit copiam eius. Qui quidem sacerdos ante celebrationem semper debet esse ieiunus. 7. q. 1. capi. Nihil. De conse. dist. 2. ca. Siquidem. Hęc omnia ex sacris Theologis sunt excerpta. Vide de hoc Constitutionem concilij Florentini sub Eugenio Papa 4. quę icipit. Exultate Deo. De ministro vide alia infernus in ca. de dispensatione sacramenti facienda per Curatum. ¶ Sacerdos mutilatus, vel notabiliter mōstruosus, aut horribili infirmitate detentus, puta lepra, vel morbo gallico deformabiliter corrosus propter scandalum pusillorum non debet celebrare: leprosus tamen inter leprosos in loco priuato potest celebrare, secundum S. Thomam. ¶ Epilepticus etiam durante

durante infirmitate ꝛ per annum post non potest celebrare. 33. dist. c. cōiter. ꝛ Gl. ¶ Dęmoniacus etiam ante plenam liberationem celebrare non potest: eodem c. cōiter. Sacerdotes etiaꝫ ordinati, tam curati, quam non curati, si tpibus debitis, ꝛ habita opportunitate non celebrant, peccāt: qꝛ ipsis indistincte prę ceptum est: Hoc facite in meam commemorationē. ¶ Nullus etiam pręsumat celebrare: nisi duobus pśentibus ꝛ rñdentibus. Alij aūt dicunt ꝙ vnus sufficit. 7. q. 1. Illud. extra. de fil. prębyt. proposuit. De vi. ꝛ bone. cle. c. Unusquisqꝫ. ꝛ ita cōiter in ecclesia seruatur. ¶ Inclusus vbi nō est copia clericorū, solus celebrare potest: ꝛ non alias. De verbo. signifi. cap. quęsiuit. Nulla mulier ad altare prębsumat accedere, aut prębytero ministrare. De coha. cler. ꝛ mulie. ca. 1. §. vlti. ¶ Nō debet etiam sacerdos celebrare sine luminarijs cereis. De cele. missarū. c. vlti. vt impleatur figura Leuitici. 6. Ignis in altari meo semp ardebit.

¶ De effectu huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacri est multiplex ipsum digne sumentibus. Nā fortificat mentē cōtra vitia: virtutes auget: delet venialia: confert gratiam: ꝛ fortius vnit membra capiti, idest bonos Chīanos Chīo: ꝛ futurę glorię nobis pignus dat. Vñ versus.

Inflammat, memorat, sustentat, roborat, auget.
Hostia spem, purgat, reficit, vitam dat, ꝛ vnit.
Confirmatqꝫ fidem, minuit fomitem, atqꝫ remittit.
Roborat, augmentat hoc sacrum: delet ꝛ vnit.

¶ Ex concilio Florentino prędicto. Huius sacramēti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, ꝛ membris eius vnitur, consequens est, ꝙ per hoc sacramentum insumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus ꝛ potus quo ad vitam agunt corporalem sustentandam, augendo, reparando, ꝛ delectando, sacramentum hoc quo ad vitam operatur spiritualem. In quo (vt inquit Urbanus Papa) gratiam Saluatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, cōfortamur in bono, ꝛ ad virtutum ꝛ gratiarum proficimus incrementum. Hęc ibi. Et prędarissimus Doctor S. Thom. Corpus Christi est medicina ęgrotis, dieta, peregrinātibus, debiles cōfortat, valentes dele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

etat, languorem sanat, sanitatē seruat, fit homo mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ad amorem ardentior, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionē deuotior. Et dicitur hoc sacrm viaticuz: quia sicut viator sine cibo ambulare non pōt, ita sine hoc sacro homo adultus non potest rite ambulare ad paradisum. De pœnit. ⁊ remiss. cap. quod ante. 26. q. 5. c. Siquis de corpore. ⁊ cap. qui recedunt.

¶ Quis locus idoneus sit ad misse celebrationem. Cap. 6.

LOcus, in quo Missa est celebranda, debet esse sanctificatus, vt est ecclesia regulariter: nisi occurrerit casus necessitatis. De consecr. distinc. 1. nullus. ¶ Et cōcilio Tiburiensi. Cap. 4. Missarum solennia non vbiqz, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse cēsemus. Concedimus etiam, ⁊ sicubi (quod nostris peccatis exigentibus per plurimum est factū a Hozmanis, ⁊ a Sclauis, ⁊ ab Ungaris, ⁊ a malis Christianis, seu alio qualicūque modo) ecclesię fuerint incensę, ⁊ combustę, in cappellis cuz tabula cōsecrata missas interim celebrare pmittimus, donec ipse ecclesię restaurari ꝙant. In itinere vero positis, si ecclesia defuerit, vt sub dio, siue in tentoriis (si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra mysteria ad id officium pertinentia affuerint) missarum solennia celebrare possint concedimus. Aliter omnino interdicimus. Hęc tibi. Et his casibus exceptis, non licet nisi ex speciali priuilegio celebrare in loco nō sacro, sine licentia episcopi loci illius. De consecr. dist. 1. cap. missarum. Qui tamen hoc concedere non debet, nisi adsit rationabilis ⁊ legitima causa. Potest etiam Missa celebrari extra ecclesiam: vbi aliquibus temporibus magna populi confluit multitudo: vel propter aliquod festum, vel missam nouam, vel prędicatorem insignem, quez magnus populus sequitur: ⁊ ecclesia est parua: in platea munda ⁊ honesta super altari portatili: pmisso ꝙ pulvis, aut flatus ad altare non possint pertinere. Idem dicendum est de camera, vel aula, aut alio loco honesto ⁊ apto, in quo ex priuilegio domini Papę, vel de licentia episcopi potest celebrari. de consec. dist. 1. c. missarum. Et debet esse sacerdos paratus cum omnibus paramentis requisitis ab episcopo vel ab alio hanc potestatem habente benedictis, nec debet celebrari nisi in altari consecrato saltem portatili tribus

li tribus mappis cooperto, cuz calice cōsecrato: ⁊ patena competenti, cuius cuppa debet esse aurea, argentea, vel stannea, nō autem vitrea, aut ærea, cum purificatorio, parua palla: ⁊ corporali de puro lino, omnia candida ⁊ munda nullumque sericum ornamentum habere debent corporale, ⁊ palla, cum velo etiaz lineo aut serico, quę omnia debent esse ab episcopo, aut ab alio hāc ptātem habente benedicta, Sine Missali sacerdos nullo modo celebret, de consec. dist. 1. consulo. ⁊ cap. vestimenta. Nec in mari, vel in ecclesia polluta sanguine, vel semine, donec fuerit recōciliata: nec etiā in cęmeterio ecclesię violatę coniuncto, annexo, ⁊ ptiguo: nec tpe interdicti ecclesiastici: nisi ianuis clausis, excōicatis ⁊ interdictis exclusis. Et q ꝓtrariū fecerit, efficit irregularis ⁊ ineligibilis, nec ipse pōt eligere, vel eligi sine papę dispensatione. De sent. excō. c. Alma. lib. 6. ⁊ c. Is qui, vt supra.

¶ Quoties in die quis possit celebrare. Cap. 7.

EXcepto die Natiuitatis Domini, nisi causa necessitatis suadeat, non debet sacerdos nisi semel in die Missas celebrare. de celebra. Missa. cap. Cōsuluisti. Et in die prędicto Natiuitatis licet cuilibet sacerdoti tres Missas celebrare. De consecr. distin. 1. cap. nocte. In alijs vero diebus potest sacerdos in casu necessitatis duas Missas ⁊ non plures celebrare. ¶ Primo, quando celebrauit Missam de sancto propter solennitatē, ⁊ oportet aliam Missaz celebrare de tempore: vel pro defunctis, siue sit presens defunctus, siue sit anniuersarium: aut pro deuotione: quia canon non distinguit. De consecrat. dist. 2. capitu. Sufficit, dummodo non sit corrupta intentione: nec hoc fiat contra consuetudinem in loco approbatam, secundum glo. ¶ Secundo, propter necessitatem peregrinorū, vel personę insignis aduenientis. ¶ Tertio propter necessitatem nuptiarum, vbi populus laberetur. ¶ Quarto, propter communionem infirmi in periculo mortis existentis, si non habet hostiam consecratam. ¶ Quinto, quando idem sacerdos habet duas ecclesias, vel propter paupertatem ecclesiarum, quę duobus sacerdotibus alendis non sufficerent: vel propter raritatem sacerdotum: ⁊ oportet ipsum vtriqz seruire: potest successiue primo vni ⁊ postmodum alteri celebrando satisfacere. Item in die resurrectionis Domini: vbi vnicus est sacerdos in ecclesia, ⁊ tanta populi

multitudo, quod omnes non possunt interesse vni Misse, potest iterum celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesie infirmaretur, potest sacerdos vicine ecclesie diebus festis pro eo Missaz celebrare: & etiam ecclesie sue non deficere. Et videntur isti duo vltimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quia nihil de his authenticum inuenitur maiorum iudicio est relinquendum. Quocunque autem casu sacerdos pluries in die celebrauerit, in qualibet Missa debet corpus & sanguinem domini sumere: & omnes perfusiones calicis vsque in finez vltime Misse in aliquo calice, seu vase mundo & honesto ponere, & in fine vltime Misse recipere. De celebra. Missa. c. consuluisti. in glos. & capit. Ex parte. Item sacerdos debet omni tempore postquam sanguinem domini susceperit, calicem vino perfundere & sumere. in eo. capit. Ex parte. ¶ Omni die, excepta parasceue, Missa celebratur: & tunc non, quia eo die Christus seipsum immolauit. Et cum Missa sit figura passionis Christi, aduenīte veritate figura debet cessare. Quod autez dicitur. De cōse. dis. 2. cap. Sabbato, biduo. s. parasceue & sabbato sancto, non debent penitus sacra celebrari, fm Archidiaconuz dicitur, eo q Missa, que i sabbato sancto dicitur, est Missa noctis dñice sequētis, & nō sabbati: & ideo antiquitus ante horaz vesperarū nō solebat celebrari.

¶ Que considerationes Sacerdoti celebraturo, si digne celebrare intendit, sunt habende. Cap. 8.

Intētionis discussio. Ac { Propter vanam gliam, Propter auaritiam, Propter verecundiam, Propter timorem, Propter cōsuetudinē } Celebr.

Generalis ptritio Sup, { Omissis, q̄ fieri oportuit, Cōmissis, q̄ fieri nō licuit, Cōsuetis & sepe confessis } Corde, ore, & opere.

Pura & vera confessio. s. { Notabilium, Communium, Ignoratorum } Criminum.

Quid

Quid intendat conse- { Augmentum dilectionis, Inseparabilitatē vnionis, Accelerationem visionis } Dei.
qui principaliter. An

Quid intendat facere in Mis- { Deum per lachrymas placare, Mortē Chri & charitatē memorare, Totam Ecclesiam adunare } Velit.
sa. An

In canone, hec tria seruanda sunt, scilicet { Diligentia ad cōficiēdum, Reuerentia ad tangendū, Deuotio ad sumendum } Corpus Christi.

Quia sunt ibi, { Magna signis, Maiora verbis, Maxima intentione } Misse.

Propter continentiam Tam { Eccellentis corporis, Eccellentioris anime, Eccellentissime diuinitatis } Christi.

℣. ¶ Si quis ad altare digne cupias celebrare,
Cor prius absterge: sic mundior ad sacra perge.
In Domini mensa quid tractes, sedulo pensa,
Viuere siue mori confert, quod porrigis ori.
Aegris & sanis bona est refectio panis:
Sed Christi panis non est sanus, nisi sanis:
Indigne sumis, si non sumis reuerenter,
Vel non catholice, aut habens mortale scienter.

¶ Alij versus palcherrimi ad idem.

Iram, odium, rixas, rancorem pelle sacerdos:
Pelle inimicitias, pelleque desidiam.
Casta p'acent superis. tu casto corpore, casta
Mente Deum tractes: sit procul atra lues.
Sit procul & luxus, sanctorum sancta sacerdos
Dum peris: horrendum sit procul omne malum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

RVBRICAE GENERALES
DE HIS, QVÆ OBSERVANDA SVNT IN CELEBRATIONE MISSARVM,
IVXTA MISSALE ROMANVM EX DECRETO CONCILII TRIDENTINI RESTITVTVM.

¶ Quæ Missa dicenda. Cap. 9.

MIssa quotidie dr̃ ꝑm ordinē Officij. De festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: ó Dñica, vel feria: de vigilia, vel de octaua, ꝛ extra ordinē Officij, Votiua, vel pro Defunctis.

¶ De duplici. Cap. 10.

MIssa dicitur de Duplici illis diebus q̃bus in Calendario ponitur hęc nota, Duplex ꝛ in festis mobilib⁹, q̃cūq; Officiū fit duplex. In duplicibus dr̃ vna tm̃ oratio, nisi aliqua cōmemoratio fieri debeat. Alia oīa dñr, vt in ꝓprijs Missis assignatū est. Q̃n dici debet Gloria in excelsis, ꝛ Credo inferius dicitur in ꝓprijs rubricis.

¶ De Semiduplici, ꝛ Simplici. Cap. 11.

MIssa de Semiduplici dr̃, q̃n in Calēdario ponitur hęc vox, Semidupler. Præterea i Dñicis, ꝛ diebus infra Octauas. In semiduplicibus tā festis, quā Dñicis, ꝛ infra octauas dicunt plures Ōnes, ꝛ dicitur in rubrica. De oratione. Infra Octauas dicitur Missa sicut in die festi, nisi ꝓprias Missas habuerit: in Dominicis vero sicut in ꝓprijs locis assignatur. De simplici dicitur Missa sicut de semiduplici, vt suis in locis ponit.

¶ De Feria, ꝛ Vigilia. Cap. 12.

MIssa de Feria dr̃, q̃n nō occurrit festū, vel octaua, vel Sabbatum i quo fit officiū beatę Marię. In ferijs tm̃ Quadragesimę, Quatuor Tempor. Rogationū, ꝛ Vigiliarū, etiā si duplex vel semidupler festū, vel octaua occurrat, i Ecclesijs collegiatis dicunt duę Missę, vna de Festo, alia de Feria. In Vigilijs autē q̃ veniunt infra Octauā Missa dicitur de Vigilia cum Commemoratione Octauę. Si festū habens vigiliam celebretur feria secūda, Missa vigilię dicit in Sabbato, sicut ēt fit officium. Missa Vigilię in Aduentu occurrentis, dicitur cum commemoratione Aduentus, licet de ea non sit factum officium. Si in Quadragesima, ꝛ Quatuor temporibus occurrat vigilia, dicatur Missa de feria cum commemoratione vigilię. Toto tempore Paschali non dicit Missa de vigilia, nisi in vigilia Ascensionis, quę tamen non ieiunatur, sicut nec Vigilia Ēpiphanię.

¶ De Missis votiuis Sanctę Marię, ꝛ alijs. Cap. 13.

IN Sabbatis nō impeditis festo duplici, ꝛ semiduplici, dicitur Missa de Sancta Maria ꝑm varietatē temporū, vt in fine Missalis ponitur. Si sabbatum fuerit impeditum festo duplici, semiduplici, octaua Vigilia, Feria Quatuor Tēporum: ꝛ Quadragesimę, Missa principalis dr̃ ꝑm officium dici. In aduentu autem licet officiū non fiat de Sancta Maria in sabbato, dicit tā Missa principalis de ea cū cōmemoratione Aduētus, nisi fuerint Quatuor Tpa, vt supra alijs diebus infra Hebdomadam q̃n officiū fit de feria (exceptis Ferijs Aduentus, Quadragesimę, Quatuor tēporū, Rogationū, ꝛ Vigiliarū) dici pōt aliqua Missa Votiua, etiam in principali Missa, quę dicitur Conuentualis, secundum ordinem dierum in fine Missalis assignatum. Quę tamen Missę, ꝛ alię quęcunque votiuę, in Missis priuatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunque die officium non est duplex. Id vero passim non fiat, nisi rationabili de causa. Et quoad fieri potest, Missa cum officio conueniat.

¶ De Missis Defunctorum. Cap. 14.

PRima die cuiuscūq; mēsis (extra tēpus Paschale) nō impedita officio duplici ꝛ semiduplici, dr̃ Missa principalis gñaliter ꝑ defunctis sacerdotib⁹, bñfactoribus, ꝛ alijs. In ecclesijs aūt collegiatis dicāt duę Missę, vna pro defunctis, alia de festo simplici si occurrit, vel de feria, si ꝓpriā habeat Missas, vel resumenda sit Missa de Dñica p̄cedenti, q̃ fuit impedita, cū infra Hebdomadā nō occurrit alius dies, in quo resumi possit Missa de Dñica. Sed in ecclesijs nō collegiatis dicat Missa de die cū cōmemoratione gñaliter ꝑ defunctis. Præterea Feria secunda cuiusq; Hebdomadę in qua officiū fit de Feria: Missa principalis dici pōt pro defunctis. Si autē fuerit propria Missa de Feria vel de

vel de festo simplici in collegiatis Ecclesijs dicant duę Missę, alioquin in Missa de die fiat cōmemoratio, (vt dictuz est) p defunctis. Excipitur tñ totum tēpus Paschale, z qñ per annuz officium est duplex, vel semiduplex, quibus temporibus non dicitur Missa principalis pro defunctis, nisi in die Depositionis defuncti, z in Anniuersario pro defunctis. Et similiter, nisi fuerit duplex quocunque die dici possint priuatę Missę pro defunctis, prętquā in Dominicis. ¶ In die Cōmemorationis omniuz Defunctoz, z in die Depositionis, z in Anniuersario defuncti, dicitur vna tantum Oratio, in alijs Missis, plures, vt in Rubrica de Commemorationibus, z Orationibus dicetur.

¶ Sequentia pro defunctis dicitur in die Omnium Fidelium Defunctorum, z depositionis defuncti. In Anniuersario autez z Missa cōmuni pro defunctis dicatur pro arbitrio sacerdotis.

¶ De Translatione Festorum. Cap. 15.

IN dicendis missis seruetur ordo Breuiarij de Translatione festorum dupliciū z semiduplicium, qñ maiori aliquo Festo, seu Dñica impediuntur. In ecclesijs autem, vbi titulus est Ecclesię, vel concursus populi ad celebrandum Festū, quod transferri debet, possint cantari duę Missę, vna de die, alia de festo aut saltem commemoratio fieri de festo, si eo die de festo in illa ecclesia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus. Cap. 16.

COmmemorationes in Missis fiūt sicut in Officio. De festo simplici fit commemoratio in Missa, quādo de eo in officio facta est cōmemoratio in vesperis. Qñ autem de eo fit commemoratio tñ ad Laudes, i Missa solēni nulla fit cōmemoratio de eo, sed in Missis tantum priuatis. De Dñica fit cōmemoratio, qñ in ea fit de festo duplici. De octaua fit cōmemoratio, quando infra octauam fit de aliquo festo, nisi illud festum fuerit de exceptuatis in rubrica officij de Commemorationibus. Itez quādo infra octauaz fit de Dominica. De Feria fit commemoratio in Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus, Rogationibus, z Vigilijs, qñ Missa dicēda est de festo duplici vel semiduplici illis temporibus occurrente. Sed in ecclesijs Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrant, in Ferijs, Rogationibus z vigilijs prędictis: quę habent Missas proprias, dicūtur duę

duę Missę vna de Festo, alia de Feria, z Vigilia prędictis, absq; vlla vtrozumque commemoratione. Quādo infra hebdomadā dicūtur Missę Votiuę post primam Orationez semper dicatur Oratio eius de quo fit officium. Qñ fit cōmemoratio de Feris Quatuor temporuz, pro ferię commemoratione dicatur prima oratio quę concordat cum officio. In faciendis Cōmemorationibus seruetur ordo vt in Breuiario, de Dominica ante festum semiduplex, quod infra octauam celebratur, de festo semiduplici ante Octauā, de Octaua ante Ferias prędictas, de ferijs prędictis ante festū simplex, de festo simplici ante orationez votiuaz. Si facienda sit commemoratio pro Defunctis, semper ponatur penultimo loco. In alijs Commemorationibus a prędictis seruetur dignitas orationuz, vt de Spiritu sancto ante beatā Mariam, de Angelis ante Apostolos, z similiter in alijs. In Missis defunctoz̄, nulla fit commemoratio pro Viuis, etiā si oratio esset communis pro Viuis, z Defunctis. Quando dicuntur plures orationes, prima tantum, z vltima cū sua cōclusione terminentur, z ante primaz z secundam orationem tantum dicitur, Oremus ante primam dicatur etiaz Dñs vobiscum. Cuz vero dicuntur plures orationes, z vna oratio eadem sit cum alia ibidem dicenda, oratio huiusmodi, illa scilicet quę eadem est non alię, commutetur cum alia de Cōi vel Proprio, quę sit diuersa.

¶ De introitu, Kyrie eleison, z Gloria in excelsis. Cap. 17.

INtroitus semper eodem modo dicitur cum Gloria patri, vt in Ordinario, prętquam tempore Passionis, z in remissis defunctoz̄m, vt etiam ibi annotatum est. Kyrie eleuon, dicitur nouies post Introitum, alternatim cuz ministro, idest, ter Kyrie eleison, ter Christe eleisō, ter Kyrieeleison. Gloria i excelsis, dicitur quandocūque in Matutino dictuz est Hymnus Te Deū prętquā in Missa Ferię quintę in Cena Dñi z Sabbati sancti, in quibus Gloria i excelsis dicitur. In Missis votiuis non dicitur nisi in Missa beatę Marię, z Angelorum: z nisi Missa votiua dicenda sit pro re graui, vel pro publica Ecclesię causa. Neque etiam dicitur in Missis Defunctoz̄m.

¶ De Orationibus. Cap. 18.

IN festis duplicibus dicitur vna tantum Oratio nisi facienda sit aliqua Commemoratio, vt dictum est supra. In festis semiduplicibus

duplicibus occurrentibus ab octaua Pẽtecostes vsque ad Adu-
ẽtũ, & a Purificatione vsq; ad Quadragesimã dr̃ secũda oro,
A cũctis tertia ad libitũ. In festis semiduplicibus occurrẽtibus
ab octaua Epiphanię vsq; ad Purificationẽ, dr̃ secũda oratio,
Deus q̃ salutis tertia Ecclesię, vel pro Papa. In festis semi-
duplicibus a feria quarta Cinerũ vsq; ad Dñicã passionis: se-
cunda, de Feria tertia, A cunctis. In semiduplicibus, a Dñica
Passionis vsq; ad Dñicã Palmarũ, secunda oratio, de Feria
tertia, Ecclesię, vel p Papa. In festis semiduplicib⁹ ab Octa-
ua Paschę vsq; ad Ascensionẽ, secunda oratio, de Sãcta Ma-
ria, Concede, tertia, Ecclesię vel pro Papa. In festis semidu
plicibus infra. Octauas occurrẽtibus, secũda oro dicit̃ de octa-
ua, tertia, q̃ secundo loco infra octauã dr̃, vel pro Papa. Infra
octauas, Paschę, & Pẽtecostes qñ Missa dr̃ de octaua, dicunt̃
duę tñ orationes, vna de die, alia Ecclesię vel p Papa. Infra
alias octauas, & in vigilijs q̃ ieiunant̃ (excepta Vigilia Natiui-
tatis Dñi, & Pentecostes) dicuntur tres, vna de die, secunda de
Sãcta Maria, tertia Ecclesię, vel p Papa. Sed infra octauas
sanctę Marię, & in vigilia & infra octauã Omniũ Sãctorũ, se-
cunda oratio dr̃ de Spũ Sancto, alia Ecclesię, vel pro Papa.
In Dominicis infra octauas occurrentibus dicũtur duę ora-
tiones, vna de Dominica, secũda de Octaua. In die octaua di-
citur vna tantum oratio, nisi aliqua cõmemoratio facienda sit.
In Dominicis dicuntur tres, vt in ordinario assignantur. In
festis simplicibus, & ferijs per annum, dicunt̃ tres, vt in semidu-
plicibus: possunt etiã dici quinq;, vel septem ad libitum. In fe-
rijs quatuor Temporũ, & vbi plures leguntur lectiones, huius-
modi plures orationes dicuntur post vltimã orationẽ ante epi-
stolaz: & alię orationes cũ lectionibus, vt suis locis in Proprio
Missarum de tẽpore. In Missis Votiuis qñ dicũtur pro re gra
ui, vel pro publica ecclesię causa, dicitur tñ vna oratio: sin ali-
ter dicũtur plures, vt in festis simplicibus. Sed in votiuis beatę
Marię secunda oratio dicitur de Spiritu Sancto, & in votiuis
de Apostolis qñ dicitur oratio A cunctis, cuius loco dicit̃ oratio
de Sancta Maria, Cõcede. Si qñ plures dicuntur orationes
occurrat fieri commemoratio alicuius Sancti, ea ponit̃ secun-
do loco, & tertia oratio dicitur q̃ alias secũdo loco dicenda erat.

¶ In

¶ In conclusione orationuz hic modus seruatur. Si oratio di-
rigatur ad Patrem, concluditur. Per dominum nr̃m &c. si ad
filium Qui viuis & regnas cum deo patre, si in principio oratio-
nis fiat mentio Filij, cõcluditur, Per eundem si in fine oratio-
nis eius fiat mentio, Qui tecum viuit si facta sit mentio Spiri-
tus sancti, in conclusione dicitur. In vnitate eiusdem Spiritus
sancti Deus &c. Alia quoque in dicendis orationibus seruentur,
quę superius in rubrica de commemorationibus dicta sunt.

¶ De epistola, Graduali, Alla, & Tractu, ac de Euãgelio. c. 19.

POst vltimam orationem dicitur Epistola qua finita, a mi-
nistro dicitur. Deo gratias: Post epistolam dicitur Gra-
duale quod semper dicitur prętęrquã Tempore paschali, cuius
loco tunc dicuntur duo versus, vt dicitur in rubrica Sabbati in
Albis. Post Graduale dicuntur duo Alleluia deinde. Versus,
& post versum, vnuz Alleluia. Tempore Paschali quãdo nõ di-
citur, Graduale dicitur aliud Alleluia post secundum Versum:
& quando dicitur Sequentia: non dicitur post vltimũ Versum,
sed post Sequentiam: A Septuagesima vsq; ad Sabbatuz san-
ctum, non dicitur Alleluia: neque dicitur in missis de Feria in
Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigilijs quę ieiunantur, ex-
ceptis Vigilia Natiuitatis Domini si venerit in Dominica, &
Vigilia Paschę, & Pentecostes, ac quatuor Temporibus Pẽ-
tecostes. Hec dicit̃ in festo Innocẽtium, nisi venerit in Dñica,
A Septuagesima vsque ad Paschа eius loco dicitur Tractus,
qui Tractus prędicto tempore in aliquibus Ferijs non dicitur,
neq; etiam in Ferijs a Septuagesima vsq; ad Quadragesimaz
quãdo repetitur Missa Dominicę. Dicto, Graduali seu, Alla,
seu, Tractu, dicitur, Euangelium. Et in principio Euangelij di-
citur, Dñs vobiscũ. ℟. Et cum spiritu tuo, deinde, Sequentia
Sci Euangelij sm N. ℟. Gloria tibi dñe. in fine Euangelij a
ministris dr̃, Laus tibi Chr̃e. Postea, si dicendũ est, dr̃, Credo.

¶ De Symbolo. Cap. 20.

SYmbolum dicitur post Euangelium in omnibus Dominicis
per annum, etiam si in illis fiat de festo, in quo alias non di-
ceretur. In tribus missis de Natiuitate Dñi, & deinceps vsque
ad octauam beati Ioannis Apostoli inclusiue. In Epiphania,
& per octauã Feria quinta in Cęna Dñi. In Paschate Resur-
rectionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectionis, ꝛ per octauam. In Ascensione Domini, ꝛ per octauam. In Pentecoste, ꝛ per octauam. In festo Corporis Christi, ꝛ per octauam. In omnibus festis beatę Marię, ꝛ per octauas. In omnibus festis Apostolorum, ꝛ Euangelistarum, ꝛ per octauas. In festis Quatuor Doctorum, videlicet, Gregorij, Ambrosij, Augustini, ꝛ Hieronymi, addito festo sancti Thomę de Aquino. Item in festis Doctorum Basilij, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, ꝛ Joannis Chrysostomi. In vtraque Cathedra sancti Petri: ꝛ in festo sancti Petri ad Vincula. In festis Conuersionis, ꝛ Cōmemorationis sancti Pauli Apostoli. In festo sancti Joannis ante portam Latinam. In festis Inuentionis, ꝛ Exaltationis sanctę Crucis. In festis Angelorum. In festo sancti Barnabę Apostoli. In festo sanctę Marię Magdalenę. In transfiguratione Domini. In die octauarum sancti Joannis Baptistę, ꝛ sancti Laurentij. In festo omnium Sanctorum, ꝛ per octauam. In Dedicationibus sancti Saluatoris, ꝛ Sanctorum Apostolorum Petri ꝛ Pauli. In Anniuersario Dedicationis proprię Ecclesię, ꝛ per octauas. In die consecrationis Ecclesię, vel altaris. In festis sanctorū quibus dedicata est Ecclesia, ꝛ vbi habetur corpus vel insignis reliquia sancti de quo agitur. In die Creationis, ꝛ Coronationis summi Pontificis, ꝛ in Anniuersario eiusdem dici. Item in omnibus festis, quę in Dñicis, ꝛ per octauas celebrantur: in quibus ratione Dñicę, ꝛ Octauę dici debet. Item in festo patroni alicuius loci: vel tituli Ecclesię, ꝛ in festis principalibus ordinū ꝛ per eorū octauas, in Ecclesijs tñ illius ordinis. Itez dż **Credo**, In Missis votiuis, q̄ solēniter p re grauj, vel p publica Ecclesię causa celebrantur.

¶ **De Offertorio, Secretis, Prefationibus, ꝛ Canone.** Ca. 21.

POst Symbolum, vel si non sit dicendum, post Euangelium dż, **Dñs vobiscū**, deinde **Offertoriū** postea fit oblatio cum orationibus, vt in ordinario. Qua oblatione facta dicuntur orationes secretę, secundum numerum orationum, quę palam dictę sunt: sed ante primam orationem non dicitur, **Dominus vobiscum** nec aliquid aliud, sed dicto, **Suscipiat Dominus sacrificium**, absolute dicuntur: neque etiam ante secundam orationem dicitur, **Oremus**: Terminatur autem prima, ꝛ vltima oratio, vt dictum est supra in rubrica de orationibus: ꝛ secreto

secreto dicuntur vsq; ad illa verba in conclusione, **Per omnia secula seculorum**. quę clara voce proferuntur, ꝛ incipitur Prefatio. Prefationes autem dicuntur, vt in ordinario adnotatum est: ꝛ quę i Quadragesima, Tempore Paschali, ꝛ infra octauas proprię assignantur, dicuntur etiam in Dominicis, ꝛ festis quę illis temporibus celebrantur: nisi illa festa propriam prefationem habeant. In Missis votiuis dicitur etiā Prefatio propria, si propriam habeant. Et quādo aliqua Missa votiua pro publica causa solenniter celebratur, dicitur in cantu solenni, vt in duplicibus. Post prefationē incipitur Canō Missę secreto, in quo seruentur oia, vt in ordinario, vbi vero Cōicantes Infra actionē, vel alia variari ꝓtingit, suo loco i propriis Missis adnotatur.

¶ **De cōione, Post cōionē, Ite missa est, vel Benedicamus dño, de Benedictione, ꝛ Euangelio Sancti Joannis.** Cap. 22.

EXacto Canone, ꝛ alijs omnibus vsque ad communionem, ea peracta dicitur communio, ꝛ orationes post communionez, eodē modo, ꝛ ordine vt in principio Missę, ꝛ repetito, **Dominus vobiscum** dicitur, **Ite missa est**, vel **Benedicamus domino** pro temporis ratione. **Ite missa est**. dicitur, quandocunque dicitur, **Gloria in excelsis**: Cum non dicitur, eius loco dicitur. **Benedicam⁹ Domino. ℟. Deo gratias**. In Missis Defunctorum, dicitur, **Requiescant in pace. ℟. Amen.**

¶ Dicto **Placeat**. datur Benedictio, quę a celebrante semper datur in missa, preterquam in missis Defunctorum. Deinde dicitur Euangelium sancti Joannis, **In principio**, quod nūquā pretermittitur in missa, nisi quando fit de festo in aliqua Dominica, vel Feria quę habet Euangelium proprium, tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia missa de die Natiuitatis Dñi, dicitur Euangelium de Epiphania. **Cuz natus esset Jesus**

¶ **De ordinanda Missa ex supradictis rubricis.** Cap. 23.

SUpradictis rubricis cognitis, si quis velit ordinare Missaz dici, recurrat ad ordinarium Missarum de Tempore vel de Sanctis secundum qualitatem Officij. Si propriā non habeat, recurrat ad Commune Sanctorum. Si de Feria agendum sit, ꝛ propria missa nō fuerit de Feria, Dicatur missa precedētis Dominicę, omissis **Gloria in excelsis**, ꝛ Symbolo, preterquā tpe Paschali, in quo semper dicitur, **Gloria in excelsis**. vt supra

excepta

excepta Missa Rogationū. Si dicenda sit Missa Votiua, req̄ratur post Commune Sanctorum suo loco. Si plures Orationes dicendę sint, requirātur post Missas Votiuas, suo loco de singulis rebus singulę. Si pro Defunctis dicenda sit Missa, habetur post Missas Votiuas, cū collectis diuersis, circa finem Missalis. Ordinariū totiꝰ Missę, cū Prefationibus, Canonę, & alijs dicendis, habek suo loco, cū proprio Missarum de Tpe.



Modo seruandus per sacerdotē in celebratione Missę tam solennis & cum ministris, quam priuate secundum ritum sanctę Romanę Ecclesię: & dici ōbet ex libro aperto: non tamen nimis festinanter: & fieri omnia: vt iacent: nihil omisso, addito, aut in eis mutato, vel de ipsis minuto. Et Ordinez huiusmodi obseruant etiam summus Pōtifex, dñi Cardinales, Patriarchę, Archiepi, & Episcopi, quādo nō celebrant pontificaliter, sed in priuato. Cum autem in pontificalibus celebrant, obseruant ceremonias in Pontificali, & Ceremoniali positas. ¶ De confessione sacramentali ante Missam p̄mittēda, & orationibus p̄paratorijs. Cap. 24.

Sacerdos missaz celebraturus, si in peccato mortali constitutū se cognouerit, ante p̄fessionem sacr̄alem, dicat orationem.

Suscipe confessionem meam pijssime, ac clementissime Domine Jesu Christe, vnica spes salutis animę meę: & da mihi obsecro contritionem cordis, & lachrymas oculis meis: vt defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas, cum humilitate & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorem queram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento domine, qui Chananeam & publicanum vocasti ad pēnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti: domine deus meus suscipe preces meas, saluator mundi Jesu bone, qui te crucis morti dedisti, vt peccatores saluares, respice me miserum inuocantem bonum

bonū nomen tuum: & noli sic attendere malū meū, vt obliuiscaris bonum tuum. Et si cōmisi vnde me dānare potes: tu non amisisti vnde saluare me soles. Parce ergo mihi, qui es saluator meus: & miserere peccatrici animę meę. Solue vincula eius: sana vulnera eius. Dñe Jesu te desidero: te quęro: te volo: ostende mihi faciē tuam, & saluus ero. Mitte igitur pijssime dñe, meritis puriſſimę & immaculatę semper virginis Marię, lucē tuā & veritatem tuam in animam meam, quę oēs defectus meos in veritate mihi ostendat, quos p̄fiteri me oportet: atq; iuuet & doceat ipsos plene & cum debita p̄tritione explicare. Qui viuis &c.

Qua dicta, coraz alio sacerdote adiuncti cu iurisdictionem seu potestatē habēte genuflexꝰ, capite discoopto, p̄fiteat eidē coopto capite in cōueniēti loco sedenti, ola pcā sua, & ab eodē absolutionē, & pēnitentiaz salutarez pro cōmissis criminibus recipiat.

¶ Peracta p̄nia per p̄fessorē imposita, dicat sequentē oz̄onem.

Sit tibi domine obsecro meritis sanctissimę mr̄is tuę semper virginis Marię grata & accepta ista confessio mea: & quicquid mihi defuit nunc, & alias de sufficientia contritionis, & de puritate & integritate confessionis, suppleat pietas & misericordia tua: quę dignetur me habere plenius & perfectius absolutuz in cęlo: Qui viuis & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde si voluerit, poterit pro deuotione orationem sequentem ante altare, vel alio conuenienti loco genuflexus dicere.

¶ Oratio sancti Ambrosij episcopi.

Summe sacerdos & vere pontifex, qui te obtulisti Deo patri hostiaz viuā, & purā, & immaculatā in ara crucis p nobis miseris peccatoribus: quiq; dedisti nobis carnem tuam ad manducandu, & sanguinē tuū ad bibendū: & posuisti mysterium illud in virtute Spūs sancti, dicēs. Hęc quotiescūq; feceritis, i mei memoriā facietis, rogo te per sanguinē tuū p̄tiosum, magnuz salutis nostrę pretiū: rogo te per hanc mirā & inenarrabilē charitatem, qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos a peis nr̄is in sanguine tuo: doce me indignū seruum tuū: quez inter cętera dona tua etiā ad officiū sacerdotale vocare dignatꝰ es nullis meis meritis, sed sola misericordię tuę dignatione: doce me quęso per Spūm sctū tuū, tm̄ tractare mysterium ea reuerentia & honore, ea deuotione & timore, quibus

oportet ⁊ decet. Facme (q̃so) p gr̃am tuã semper illud de tanto mysterio credere ⁊ intelligere, sentire, ⁊ firmiter tenere, dicere ⁊ cogitare qđ tibi placet, ⁊ expedit aĩę meę. Intret spūs tu⁹ bonus in cor meū, q sonet tibi sine sono: ⁊ sine strepitu verborū loquatur veritatẽ tantor̄ mysteriorū: Profunda sunt quippe nimis: ⁊ sacro tecta velamine. Propter magnã clementiã tuã p̃cede mihi Missarū solennia puro corde ⁊ mūda mente celebrare. Libera cor meū ab immundis ⁊ nefandis, vanis ⁊ noxijs cogitationibus. Muni me (q̃so) beator̄ Angelorū pia ⁊ fida tutela, qęque fortissima custodia: vt hostes oīum bonorū cōfusi discedant per virtutẽ tanti mysterij: ⁊ per manū sancti Angeli tui repelle a me, ⁊ a cunctis seruis tuis spurcissimū ⁊ nefandissimum spūm inanis glorię, iracundię, fornicationis, superbię, inuidię, auaritię, blasphemię, ⁊ immunditię, dubietatis, ⁊ diffidẽtię: vt tũ sacrificiū cū oī puritate valeam tibi offerre. Cōfundantur qui me persequuntur. Pereant illi, qui perdere cuncta bona festinant. Ex virtutū, deus amator castitatis ⁊ integritatis, cęlesti rore benedictionis tuę extingue in corpore meo totum fomitem ardẽtis libidinis: vt maneat in me tenor totius castitatis ⁊ integritatis aniṁę ⁊ corporis. Mortifica in mẽbris meis carnis stimulos, omnesq̃ libidinosas cōmotiones: ⁊ da mihi verã ⁊ perpetuã castitatis sanctimoniã cū cęteris dōnis tuis, quę tibi placent in veritate: vt sacrificiū laudis tuę casto corpore, ⁊ mundo corde tibi valeã offerre. Quanta enim cordis contritione ⁊ lachrymarū fonte? quãta reuerentia, timore ⁊ tremore? quãta cordis castitate, ⁊ aniṁę puritate, illud diuinū ⁊ cęleste sacrificiū est celebrãdū dñe? vbi caro tua in veritate sumit, ⁊ sanguis tuus in veritate bibitur? vbi ima summis iunguntur? vbi adest scōrū Angelor̄ p̃ntia? vbi tu es sacerdos ⁊ sacrificiū mirabiliter ⁊ ineffabiliter. Nuis digne hoc celebrare pōt, nisi tu op̃s deus offerẽtẽ feceris dignū? Scio vere dñe, ⁊ scio, ac idipsuz bonitati tuę confiteor: q nō sum dignus accedere ad tũ mysteriuz, ppter nimia pcã mea, ⁊ infinitas negligẽtias meas. Sed scio veraciter, credo ex toto corde: ⁊ ore confiteor: qa tu me potes dignū facere: q solus potes facere mundum de immundo conceptū semine: ⁊ de pcōribus iustos facis ⁊ sanctos. Per hanc oīpotentiã tuam te rogo: concede mihi pcōri hoc celeste sacrificiū celebrare cuz timore

more ⁊ tremore, cum cordis puritate ⁊ lachrymarum fonte, cuz spūali lętitia ⁊ gaudio cęlesti. Sentiat mens mea dñe dulcedinem beatissimę p̃tię tuę, ⁊ exurgat scōrū Angelorū tuorum in circuitu meo. Ego enim memor venerandę passionis tuę accedo ad altare tuū, licet peccator: vt offeraz tibi de donis tuis sacrificiū, qđ tu instituisti, ⁊ offerri tibi maiestati p̃cepisti in cōmemorationẽ tuam pro nostra salute. Suscipe ergo illud q̃so summe pastor pro ecclesia tua scã, pro populo tuo, quez acquisiuisti sanguine tuo. Et qñ me pcōrem inter te ⁊ eundẽ populuz tuum mediū esse voluisti, licet in me boni operis testimoniū nō agnoscas, officiū saltẽ dispensationis mihi creditę nō recuseȝ: ne p me indignū famulū tuū corū salutis pereat p̃tū, p quibus victima factus, dignatus es esse redẽptio salutaris. Profero ergo dñe, si digneris ppitius intueri, tribulationes plebiū, pericula populorū, captivor̄ gemit⁹, miserias orphanor̄, necessitates peregrinor̄, inopiã debilium: desperationes lãguẽtiū, defectus senum, suspiria iuuenū, vota virginū ⁊ lamẽta viduar̄, tu enim misereris oīuz dñe: ⁊ nihil odisti coruz, q̃ fecisti. Memorare dñe q̃ sit nr̃a substãtia: qr̄ tu pr̃ nr̃ es: tu deus nr̃ es: nec irascaris: neque multitudinẽ viscerū tuor̄ misericordię tuę sup nos contineas. Nō in iustificationibus p̃sternimus p̃ces ante faciẽ tuã, sed in miserationibus tuis multis. Auser a nobis iniquitates nr̃as, ⁊ ignẽ scti spūs in nobis clemẽter accẽde. Auser a nobis cor lapideū de carne nr̃a: ⁊ da nobis cor carneū: qđ te timeat, te amet, te diligat, in te delectet, te p̃fruat, te sequat. Oramus dñe clemẽtiã tuã: vt sereno vultu familiã tuã sacri tui nois officia p̃stolãtẽ aspicere digneris: ⁊ vt nullius sit irritū votū, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, quas ipse audire propitius, ⁊ exaudire delecteris. Rogamus te etiam pr̃ scẽ pro animabus oīum fidelium defunctor̄: vt sit illis salus ęterna, ppetua sanitas, gaudiuz ⁊ refrigeriū sempiternū. Hoc magnū puritatis sacrm Deus meus sit illius hodie magnū ⁊ plenū quidquid de te pane viuo: q đ cęlo descendisti: ⁊ das vitã mūdo: de carne tua scã ⁊ benedicta: agni vez q tollis pcã mūdi: q̃ de scō ⁊ gl̃oso vtero bt̃ę Virginis Marię est assumpta, ⁊ de Spū scō cōcepta: de illo p̃cioso sanguine tuo, q pietatis fonte per lanceã militis ex tuo sctissimo latere feliciter emanauit: vt ide sanati, refrigerati, refecti, ⁊ p̃solati, exultẽt

in laude & gloria tua. Peto clementiã tuã pijssime redẽptor, vt descendãt sup hũc panẽ & calicez istũ plenitudo diuinitatis tuę. Descendat etiã dñe illa sancti Spũs tui inuisibilis forma, & incõprehensibilis maiestas: sicut quondã in hostijs patrũ descendebat: q̃ & oblationes nr̃as corpus, & sanguinez tuum efficiat, & me indignũ sacerdotez tuũ doceat tm̃ tractare mysteriũ cuz cordis puritate, & lachrymarũ fonte: cũ reuerẽtia & tremore, ita vt placide & benigne suscipias sacrificiũ laudis de manibus meis: ad salutẽ oiuz tã viuor, q̃ fideliũ defunctorũ. Rogo te dñe p ipsum sacrosanctuz mysteriũ corporis & sanguinis tui ptiosissimi: quo quotidie in eccl̃ia tua sct̃a pascimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atq; vnius tuę summę diuinitatis participes efficimur: vt mihi p̃cedas virtutes tuas sct̃as, q̃bus repletus, bona cõsciẽtia ad altare tuũ accedã ita, vt hęc sacr̃a cęlestia efficiant mihi salus & vita. Tu enim dixisti ore tuo scõ & benedicto: Panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita: q mãducat me, viuet ꝓpter me: ipse manet in me, & ego in eo: Ego sum panis viuus, q̃ de cęlo descendi: siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet i ęternũ. Panis dulcissime sana palatũ cordis mei, vt sentiã suauitatez amoris tui. Sana me dñe ab oĩ languore, vt nullã p̃ter te sentiã dulcedinẽ: nullũ p̃ter te q̃r̃ amorẽ: nullaz p̃ter te amem pulchritudinẽ. Panis candidissime, hñs oẽ delectamentũ, & oẽz saporẽ suauitatis, q nos de te semp reficis: & in te nunquaz deficis: comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleant viscera aię mee. Mãducat te Angelus pleno ore: mãducet te pegrinus hõ pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcherrime: panis munde, q descendisti de cęlo, & das vitã mũdo, veni in cor meũ & munda me ab oĩ ingnamento carnis & spũs. Intra in aiaz meaz: sana & sanctifica me interius & exterius. Esto tutamẽ & ꝓpetua salus & protectio corporis & aię mee. Repelle a me insidiãtes mihi hostes: recedãt ꝓcul a potẽtia pñtię tuę, vt tua protectione fortis & intus munitus, recto tramite ad regnũ tuũ pueniã: vbi non mysterijs, sicut in hoc tpe agitur, sed facie ad faciẽ te videam. Amẽ.

¶ De pręparatione Sacerdotis celebraturi, Cap. 25.

Sacerdos celebraturus, seruatis ijs, quę superius dicta sunt, quo ad pręuiam Confessionem, & horas canonicas, Matutino

tutino saltem absoluto, orationi aliquantulũ vacet, & orationes inferius positas pro tẽporis opportunitate dicat. Deinde accedat ad locum in Sacristia vel alibi pręparatum, vbi paramenta aliaque ad celebrationez necessaria habentur: accipiat Missale, ꝓquirat Missaz, perlegat & signacula ordinet ad ea quę victurus est. Postea lauet manus dicens orationez inferius positã. Deinde pręparet calicẽ, ponens super eius os purificatoriũ, & super illud patenã cum hostia, q̃s tegat parua palla, & velo serico: super velo ponat bursaz coloris paramentorũ intus habens corporale plicatũ. Quibus ita dispositis accedat ad paramenta, vbi calciatus pedibus, & indutus vestibus sibi conuenientibus, quarũ exterior saltẽ talum pedis attingat: induat se, si sit Prælatus secularis, supra rochetũ: si sit Prælatus regularis, vel alius Sacerdos secularis, supra superpelliceũ, si cõmode haberi possit, alioquin sine eo supra vestes cões, dicens ad singula singulas orationes inferius positas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates, & cordulas, osculetur in medio, & ponat sup caput, & mox declinet ad collum, & eo circa vestium collaria tegens, ducat cordulam sub brachijs, & circunducens per dorsum ad ventrem reducat, & liget. Tum Alba induatur caput submittens deinde manicam dextram brachio dextro, & sinistraz sinistro imponens: albam ipsaz corpori adaptet, eleuet ante, & a lateribus hinc inde, & Cingulo per ministrum a tergo sibi porrecto, se cingat. Minister eleuat Albam supra cingulum circũcirca, vt honeste dependeat, & tegat vestes ac eius fimbrias diligẽter aptet, vt ad latitudinem digiti vel circa supra terram ęqualiter fluat. Sacerdos accipat Manipulũ, osculeꝰ Crucẽ i medio, & imponit brachio sinistro. Deinde ambabꝰ manibus accipiens stolaz, simili modo deosculetur, & imponat mediũ eius collo, ac transuersando eaz ante pectus in modo Crucis, ducat partẽ a sinistro humero pendentẽ ad dextraz, & partez a dextro humero pẽdentẽ ad sinistrã. Sicq; vtranq; partem stolę extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo ꝓiungat. Si celebrãs sit Ep̃s, non ducat stolã añ pectus i modũ Crucis, sed sinet hinc inde vtraſq; extremitates pẽdere: & accipat cruciculaz a collo añ pectus cordulis pẽdẽtẽ. Postremo Sacerdos accipat planetã. Si sit Ep̃s, & solenniter celebrat, accipat paramenta, & alia vt in Pontificali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Sacerdos postq̄ est paratꝰ, potest dicere seq̄ntes orationes.

¶ Oratio sancti Thome de Aquino ad Deum patrem, dum sacerdos est accessurus ad altare.

OMnipotens sempiterne Deus: ecce accedo ad sacrm vnigeniti filij tui Dñi nr̄i Jesu Chr̄i. Accedo (inquā) infirmus ad medicū vitę: immundus ad fontē misericordię: cęcus ad lumen claritatis ęternę: paup ꝛ egenus ad dñm cęli ꝛ terrę. Rogo ergo immēsę largitatis tuę abundātiā, quatenus meā curare digneris infirmitatē: lauare fęditatē: illuminare cęcitatē: ditare paupertatē: vestire nuditatē: vt panē angelorꝫ, regem regū, ꝛ dñz dñantiū tāta suscipiā reuerētia ꝛ humilitate, tāta ꝓtritione ꝛ deuotione, tāta puritate ꝛ fide, tali ꝓposito ꝛ itētione: sicut expedit saluti aīę meę. Da (q̄so) mihi dñici corporis ꝛ sanguinis nō solum susciperē sacrm, sed etiaz rem, ꝛ virtutem sacri. O mitissime Deus da mihi corpus vnigeniti filij tui Dñi nostri Jesu Christi, qō traxit ō virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, ꝛ inter eius mēbra connumerari. O amantissime pr̄ concede mihi dilectum filium tuum, quē nūc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuo contemplari. Qui tecum. ¶ Ante communionez apologia.

IMpellit ministrandi officium hostia salutaris pro populi delicto: terret ꝓscientia indebiti sacerdotij pro reatu. Si a me oluz sacerdotū peripsema sacrificiū offerat, pollutę ꝓscię crimē augeā. Si tñ tuę maiestati vniuersę carnis iudici non offert, negligētię reatus cōscribitur. Inter hęc tuę ops libramen pietatis implozo, cuius vltionis diē accusante cōscia ptimesco. Me indignū (q̄so) misericordia tua iudices, quē a tpe pnię non excludis. Suspende securim: donec cultor vineę admoueat cophinū stercoris infructuosę arboris ad radicē. Parce mihi Dñe clemētissime pnitēti, qui Dauid post lapsum clementer ad veniā reuocasti: qui Petri miserēs amare flētus lachrymas respexisti: q Latronē in crucis patibulo tāti facinoris rēū diuina gra illustrasti. Cui mor obtinuit cōfessio ꝓspicua Dei filiū: fides pręmiū: pena veniā: lamēta gaudia sempiterna: duz cōfessoz in Cruce possessoz extitit paradisi post Crucez. Sed q̄ verba venia tuę pietatis indigent, q̄ indigni sacerdotis opera nō cōmendāt: saltē astantiū vota suscipe: vt ꝛ mihi eozū apud te p̄cibus veniaz, ꝛ suis

suis meritis sacrificia nr̄oz vulnerum salubriter nobis cōferāt medicinā. Et q̄ ops ꝓ oībus factus es hostia pro pcis: adsis nobis scificatio in sacrificio pro delictis, Chr̄e Saluator mundi. Qui cū ęterno pr̄e, ꝛ cuz spū sancto viuis ꝛ regnas Deus, p oīa scla seculorū. Amen. ¶ Oratio ad beatissimā Virginē Mariā.

OMater pietatis ꝛ misericordię beatissima virgo Maria: ego miser ꝛ indignus pcōr ad te ꝓfugio toto corde ꝛ affectu: ꝛ pcor dulcissimā pietatē tuā: vt sicut dulcissimo filio tuo in cruce pendenti astitisti, ita ꝛ mihi misero pcōri ꝛ sacerdotibus oībus hic ꝛ in tota sctā ecclesia ipsaz hodie offerentibus clemēter assistere digneris: vt tua gr̄a adiuti dignā ꝛ acceptabilez hostiā i ꝓspectu sūmę, ꝛ indiuidue trinitatis offerre valeam. Amn. ¶ Ad sanctum vel sanctā cuius eo die festum celebratur. Oro.

OSancte M. vel sctā M. ecce ego miser pcōr de tuis meritis confisus offero nunc sacratissimū sacrm corporis ꝛ sanguinis Dñi nr̄i Jesu Chr̄i pro tuo honore ꝛ gloria: pcor te humiliciū digne ꝛ acceptabiliter offerre valeā: ꝛ cuz tecum ꝛ cuz oībus electis eius ęternaliter laudare, ꝛ cuz eo regnare valeaz. Amen. ¶ Oro deuota Sci Gregorij Papę dicēda a sacerdote anteq̄ incipiat.

FActurus memoriā salutaris hostię totiꝰ mūdi, (missā) cū illius dignitatē, ꝛ meā itueor fęditatē, ꝓscia torq̄or pcōrū. Verū q̄ tu deus multū misericors es, implozo, vt digneris mihi dare spūz ꝓtribulatū: qō tibi gratū sacrificiū reuelasti: vt eo purificatꝰ vitali hostię pias manus admoueā: q̄ oīa mea pcā abluat: ꝛ ea deinceps in ꝓpetuuz mihi vitādi cautelā ifundat, oībusq̄z p qbꝰ tibi offert, pñtis ꝛ futurę salutis cōmercia largiaris. Per. Suprascriptę ozones nō ex pcepto, sed ex deuotione dñr. Poterit et sacerdos, his ozonibꝰ dimissis, vū se parat dicere ps Diserere mei deꝰ, vsq̄z ī finē, cū Gla pr̄i. aut aliū psalmū quemcūq.

¶ De ingressu Sacerdotis ad altare. Cap. 27.

SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipiat in manu sinistra calicem vt supra pręparatum, ꝛ bursam manu dextra super calicē tenēs, capite cooperto accedat ad altare, ministro cuz Missale, ꝛ alijs ad celebrandum necessarijs pręcedente. Procedit autem oculis demissis incessu graui, erecto corpore. Si vero contigerit euz transire ante altare maiꝰ, capite cooperto

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectat. Si ante altare, vbi celebretur Missa in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, & detecto capite illud adoret. Cū peruenerit ad altare, stans ante illud in infimo gradu, caput detegat: biretum ministro porrigens, & altari, seu imagini crucifixi desuper posite, profunde inclinet. Si autem in eo sit tabernaculū Sanctissimū Sacramēti, genuflectens dubitā faciat reuerētiam. Tunc ascendat ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij sistat Calicē: extrahat corporale de bursa, quod extendit i medio altaris, & super illud calicē velo coopertus collocet. Si in altari paramenta accepit, hoc idem faciat antequā descendat ab altari Missam inchoaturus. Si est cōsecraturus plures hostias pro Communione facienda, quę ob quantitatem super patena manere non possint: locet eas super Corporale ante Calicē, aut in aliquo Calice vel vase mundo cōsecrato eas ponat retro post Calicem, & alia patena cooperiat. Collocato Calice in altari, accedat ad cornu epistolę. Missale super cussino aperiat, reperiat Missam, & signacula suis locis accōmodat. Deinde rediens ad medū altaris, facta primus Cruci reuerētia, descēdat ad gradus infimū altaris pro Missa inchoāda. In Missa solēni calix, missale, & alia necessaria ꝑparētur, antequā sacerdos veniat ad altare. Ipse astit procedat cū ministris: & cum peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, & Subdiaconus a sinistris, antequam ascendat ad altare, faciat cū ipsis (vt infra) Confessionem. In Missa pontificali omnia seruentur vt in Pontificali & Ceremoniali Romano ordinatur, cuius Pontificalis ordinem Episcopus nunquam prętermittat, qsicunque cum Diacono & Subdiacono paratis celebrat.

De principio Missę, & Confessione facienda. Cap. 28.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertat se ad ipsum altare, vbi stans ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerentia, erectus incipiat Missam. Si autem celebraturus sit coram summo Pontifice, sistat se in infimo gradu altaris a cornu Euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectet: accepta benedictione erigat se, & stās versus altare incipiat Missam. Si autē sit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo,

piscopo, vel Episcopo in corū residētijs, vel loco iurisdictionis, stans in infimo gradu a cornu Euangelij vt supra expectet, dato signo faciat profundam reuerentiam prelato, & versus ad altare incipiat Missam. Si autem solenniter celebrat coram summo Pontifice, aut alio ex prelatis predictis, stās a sinistris prelati, faciat cum eo Confessionem, & alia seruet vt in Cerimoniali Romano, & in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrās in infimo gradu altaris, vt supra, producens manu dextera a fronte ad pectus signum crucis, dicat intelligibili voce. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amē. Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet, sed continuate prosequi Missam suā vsque ad finem. Cum seipsum signat, sinistraz ponat infra pectus, in alijs benedictionibus cum est ad altare & seipsum non benedicit, ponat eam super altari. Seipsum benedicens, vertat ad se palmam manus dextrę, & omnibus illius digitis iunctis & extensis, a fronte ad pectus, & ab humero sinistro ad dextrum, signum crucis formet. Si vero alijs, vel rem aliquam benedicit, parum digitum vertat ei cui benedicit, ac benedicendo totam manum dextram extendat, omnibus illius digitis pariter iunctis & extēsis: quod in omni benedictione obseruatur. Postquaz dixerit. In nomine patris &c. vt supra, iungat manus ante pectus pronuncians clara voce Antiphonam. Introibo ad altare dei. Minister retro post cū ad sinistrā genuflexus, & in Missa solenni ministri hinc inde stantes rñdeant Ad deū qui lętificat iuuentutem meam. Deinde Sacerdos eodem modo stans incipiat, & prosequatur cū ministro vel ministris alternatiz Psalmū, Judica me deus, vsqz ad finē, cum Gloria patri: Quo finito repetat Antiphonā, Introibo, cū ministris vt supra. Qui Psalmus nunquam prętermittitur, nisi in missis defunctorum, & in missis de tpe a Dñi ca Passionis inclusiue vsqz ad sabbatuz sanctum exclusiue, in quibus semel tantū dicta Alia Introibo, cuz ministris vt supra, sacerdos statim subiungat ℣. Adiutoriū nostrum. &c. vt infra. Cuz in fine Psalmi dicit Gloria patri &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona Introibo dextra manu producens signum crucis a fronte ad pectus, dicat ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terram.

Deinde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deinde caput, seque profunde altari inclinans, dicat **Confiteor deo** vt in ordinario. Et prosequitur eodem modo stans capite inclinato, donec a ministro vel ministris dictus sit **Misereatur.** Cum incipitur a ministris **Confiteor** caput erigat. Cum dicit, **mea culpa** ter pectus dextra manu percutiat. Si est coraz Pontifice, z Cardinali in loco sui Tituli, seu Cardinalatus, z corã Legato sedis Apostolicę, Patriarcha, Archiepiscopo, z Episcopo in corũ Prouincia, Ciuitate, vel diœcesi cõstitutis, vbi dicit, **Vobis fratres** dicat **tibi pater** similiter in fine, vbi dicit **Vos fratres** dicat **Te pater**, quod dicens summo Pontifici genuflectit, alijs Prælatis profunde inclinat. Cuz ministri, z qui intersunt (etiam si ibi fuerit summus Pontifex) respondent **Confiteor** dicunt **tibi pater** z **te pater** Facta a circunstantibus Confessione, celebrans stãs respõdet. **Misereatur vestri.** zc. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus signum Crucis, dicat: **Indulgentiaz** zc. Et stans capite inclinato prosequatur, **Deus tu conuersus** z quę sequuntur in Ordinario, clara voce vsque ad orationem **Aufer a nobis** zc. quam dicat secreto. Et tunc si coram summo Pontifice, aut alijs Prælatis vt supra, celebret, facta summo Pontifici genuflexione, alijs Prælatis profunda reuerentia, accedat ad infimum grdum ante medium altaris, z ibi dicit, **Aufer a nobis** zc. vt supra.

¶ **De introitu, Kyrie eleison, z Gloria in excelsis.** Cap. 29.

Dicto, **Aufer a nobis** zc. Celebrans iunctis manibus accedat ad medium altaris, vbi stans capite inclinato, z iunctis manibus super altare positis, ita vt digiti parui duntaxat frontem seu medium anteriozis partis tabulę, seu mensę altaris tangant residuo manuum inter altare z se retento pollice dextro super sinistrum in modum crucis posito (quod semper obseruatur cum manus iunctę super altare ponuntur) secreto dicat **Oramus te domine** zc. Quo dicto osculetur altare i medio, manibus extensis hinc inde super altare positis: quod in omni deosculatione altaris seruatur: sed post consecrationez pollicez ab indicibus non disiungantur. Osculato altari accedat ad cornu sinistrũ altaris, idest, Epistolę vbi stans versus altare, z producens a fronte ad pectus signuz crucis, incipat intelligibili voce, **Introitus** Missę z prosequatur iunctis manibus. Cũ repetit In-

tit Introitum non signat se vt prius, z eo repetito iunctis manibus ante pectus accedat ad medium altaris, vbi stans versus illud similiter manibus iunctis, dicat simili voce ter. **Kyrie eleison** ter, **Christe eleison** z iterũ ter, **Kyrie eleison** alternatiz cũ ministris. Si minister vel qui intersunt celebranti non respondeãt, ipse solus nomies dicat. Dicto vltimo **Kyrie eleison.** sacerdos ibidẽ vt prius stans z manus extendens, elevansque, z iungens, voce prędicta incipiat, si dicendum sit, **Gloria in excelsis,** cũ dicit, **Deo** caput Cruci inclinet, quo erecto stans iunctis manibus vt prius, prosequatur vsqz ad finẽ. Cuz dicit: **Adoramus te Gratias agimus tibi: Jesu Christe: Suscipe deprecationem nostram,** z iterum **Jesu Christe.** caput Cruci inclinet. Cuz dicit in fine, **Cum sancto spiritu** seipsum a frõte ad pectus signet, interim perficiens, **In gloria Dei patris. Amẽ.** In Missa solẽni sacerdos facta Confessione ascendat cũ ministris ad altare, quo per eũ osculato, ponat incẽsum in thuribulo, ministrante Diacono nauiculã, z thuriferario thuribulum. Antequaz ponat incensum, illud benedicat, dicens, **Ab illo benedicaris** zc. Postea Diaconus reddita nauicula thuriferario, accipiat ab eo thuribulũ, z det celebranti osculata prius eius manu, qui facta Cruci reuerentia, eaz ter incenset, deinde imagines z reliquias si adsint, postea candelabra semel singulis thuribulũ dicens, primũ a cornu epistolę candelabra, z illius postremã partẽ inferiorez, deinde superiorẽ, z procedens ante Crucem, facta ei reuerentia incensat alia candelabra in cornu Euangelij, z illius postremaz partem altaris inferiorẽ z superiorẽ, deinde totam anteriorem vsqz ad extremum altaris in cornu epistolę, facta Cruci reuerẽtia cuz ante eaz transit, z redito thuribulo ipsi Diacono, ab eo ipse solus incensetur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi stantibus, prosequat **Introitũ** z **Kyrie eleison.** Cuz vero intonat hymnuz, **Gloria in excelsis.** Diaconus z Subdiaconus, vnus post alũ, stẽt a tergo celebrantis, postea ascendant ad altare, z hinc inde cum celebrante hymnum submissa voce prosequantur vsque ad finem.

¶ **De Oratione.** Cap. 30.

Dicto hymno **Gloria in excelsis,** vel si non sit dicendus, co omisso, celebrans osculetur altare in medio, manibus hinc inde

hinc inde super illo vt supra extensis, tum iunctis ante pectus manibus, demissis ad terram oculis vertat se ad manum sinistram, hoc est, ad latus dextrũ versus populum, ꝛ extendens ac iungens manus ante pectus, vt prius, dicat voce prędicta, Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo iunctis vt prius manibus reuertatur per eandem viam ad librum, vbi extendens ꝛ iungens ante pectus manus, caputque Cruci inclinans, dicat Oremus. tũ extendat manus ante pectus, ita vt palma vnius manus respiciat alteram, ꝛ digitis simul iunctis, quorum summitas humerorum altitudinem distantiãq; non excedat, quod in omni extẽsione manuum ante pectus seruatur. Stans autem vt supra extensis manibus, dicat Orationem. Cum dicit, Per dñm nrm, iungat manus. Si aliter concluditur Oratio, Qui tecum, vel qui viuit cum dicit, in vnitate, iungat manus. cum nominatur nomen Jesus caput versus Crucem inclinat. Cum in Oratione nominatur nomen beatę Marię, vel Sanctoꝝ, de quib⁹ dicitur Missa, vel fit commemoratio, itez in Oratione pro Papa quando nominatur, caput inclinet. Si plures orationes sunt dicendę idem in eis in voce, extensione manuum, ꝛ capitis inclinatione, quod supra dictuꝝ est, obseruatur. Si altare sit ad orientem versus populum, celebrans versa facie ad populum, nõ vertat humeros ad altare, cum dicturus est, Dñs vobiscum, Orate fratres, Ite Missa est, vel daturus benedictionez, sed osculato altari in medio, ibi expansis ꝛ iunctis manibus vt supra, saluet populum. ¶ In quatuor temporibus, vel alias qñ dicendę sunt plures Orationes cum prophetijs, dicto Kyrie eleison in medio Altaris, reuertatur ad cornu Epistolę, vbi stãs ante librũ extensis ꝛ iunctis ante pectus manibus, ꝛ caput Cruci inclinãs, dicat Oremus, Flectamus genua ꝛ illico manibus super altare extensis, vt se ipsuꝝ ad altare sustineat, genuflectat: ꝛ sine mora surgens, eadem voce dicatur a ministro Leuate ꝛ manibus extensis dicat orationem vt supra, ꝛ in conclusione iungat. Dum autem legit Prophetiam manus teneat super librum, vel altare positas. In Missa solenni cum dz Dominus vobiscum ꝛ Oratio Diaconus ꝛ Subdiaconus stent retro post celebrantez, Flectamus genua dicatur a diacono, Subdiacono vero, Leuate illum primum genuflectente, hoc primum surgente.

¶ De

¶ De Epistola, Gradali, ꝛ aliis vsqꝫ ad Offertorium. Cap. xi.

Dictis Orationibus celebrans positis super librum, vel super altare manibus, ita vt palmę librum tangant, vel (vt placuerit) librum tenens, legat Epistolam intelligibili voce. Si celebret solenniter, legat de Missa voce cum ministris, similiter Graduale ꝛ Euangelium. Lecta Epistola respondetur a ministris, Deo gratias, ꝛ similiter stans vt prius, prosequatur Graduale, Alleluia, ꝛ Tractum ꝛ Sequentiam, si dicenda sint. Quibus dictis celebrans si priuatim celebret, ipsemet seu minister portet librum Missalis ad alteram partem altaris in cornu Euangelij, ꝛ dum transit ante medium altaris caput cruci inclinet, ꝛ Missale sic locet, vt posterior pars libri respiciat ipsum cornu altaris, ꝛ non ad parietem, siue ad partem eius contra se directam. Locato Missali in altari, celebrans redat ad medium altaris, ꝛ ibi stans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus leuatisque ad Deum oculis, secrete dicat, Munda cor meum, ꝛ Dominus sit in corde meo ꝛ Jube domne vt in ordinario. Quibus dictis vadat ad librum Missalis, vbi stans versus illum iunctis manibus ante pectus, dicat intelligibili voce, Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus signo crucis signet, primo librum super principio Euangelij, quod est dicturus, postea seipsum in fronte, ore, ꝛ pectore, dicens, Sequentia vel Initium Sancti Euangelij ꝛc. ℟. Gloria tibi Domine. Cum iunctis iteruꝝ vt prius manibus: stans vt supra prosequatur Euangelium vsque ad finem. Quo finito ministri respondant Laus tibi Christe, ꝛ celebrans eleuans parumper librum, osculetur Euangelium, prętquam in Missis Defunctorum, in quibus non osculatur, ꝛ nisi celebret coram summo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiscopo vel Episcopo in eorum residentijs, quo casu defertur cuilibet prędictorum osculandus liber, ꝛ ipse celebrans tunc non osculatur. Dicto Euangelio stans in medio Altaris versus Crucem eleuans ꝛ iungens manus, caputque cruci inclinans incipiat (si dicendum sit) Credo. cum dicit in vnum Deum. caput cruci inclinet, quo erecto stans ibidem iunctis ante pectus manibus, vt prius, prosequatur vsque ad finem. Cum dicit, Jesum Christum, caput cruci inclinet. Cum dicit,

Et incar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et incarnatus est, vsque ad Homo factus est inclusiue, genuflectit. Cum dicit Et vitam venturi seculi. Amen producit sibi manu dextra signum crucis a fronte ad pect⁹. In Missa solẽni Subdiaconus circa finem vltimę Orationis accipit ambabus manibus librum epistolarum deferens illum supra pectus, ꝛ facta Altari genuflexione in medio, vadit a parte epistolę cõtra altare, ꝛ legit epistolam, qua lecta redit ad celebrantẽ, osculatur eius manum, ꝛ ab eo benedicitur, prẽterquam in Missis Defunctorum. Deinde idem subdiaconus accipit Missale celebrantis, defert ac cornu Euangelij in Altare, ibi ministrans celebranti, qui lecto Euangelio, ꝛ per Diaconum delato libro euangeliorum ad altare, imponit incensum in thuribulũ. Deinde Diaconus dicit, Munda cor meum, genuflexus ante altare accepto libro euãgeliorũ de altari, ꝛ benedictione a celebrãte, osculataque illius manu vadit cuꝫ subdiacono a sinistris ad locum euangelij contra altare versus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acolithos tenentes candelabra accensa, dicit Dominus vobiscum, iunctis manibus: Cum dicit, Sequentia ꝛc. signat frontem, os, pectus, ꝛ librum. Postea ter librum incensat, hoc est in medio a dextris, ꝛ a sinistris, ꝛ prosequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans stat iunctis manibus a cornu epistolę versus Euangelium. Quo finito osculatur sacerdos librum a Subdiacono sibi delatum, ꝛ a diacono ter incensatur. Postea stãs in medio altaris versus crucem, incipit (si dicendum sit) Symbolum, stantibus post eum Diacono ꝛ Subdiacono, deinde ad altare accedentibus, ꝛ cum eo prosequentibus, vt dictuꝫ est ad Gloria in excelsis. Si quandoque celebrãs cantat Missaꝫ fine Diacono ꝛ Subdiacono, Epistolam cantat aliquis lector superpelliceo indutus, qui in fine nõ osculatur manũ celebrantis. Euangeliũ aũt cantat ipse celebrãs ad cornu Euangelij, qui ꝛ in fine Missę cãtat. Ite missa est vel Benedicamus dño Pro tpis diuersitate.

De Offertorio, ꝛ aliis vsque ad Canonem. Cap. 32.

DIcto Simbolo, vel si non sit dicendum, dicto Euangelio celebrans osculatur Altare in medio, ꝛ iunctis manibus ante pectus, ibidem a manu sinistra ad dextram vertit se ad populum, ꝛ extendens ac iungens manus dicit, Dñs vobiscum, ꝛ iunctis manibus reuertitur per eandem viam ad medium Altaris, vbi extendens ꝛ iungens manus, caputqꝫ cruci inclinãs, dicit Oremus tum iunctis vt prius manibus dicit Offertorium, ꝛ omnia quę vsque ad finem missę in medio altaris dicẽda sunt, dicit ibidẽꝫ stans versus ad altare, nisi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio siqui sint volentes offerre, celebrans accedit ad cornu Epistolę: vbi stans detecto capite latere suo sinistro altari verso, deponit manipulum de brachio sinistro, ꝛ accipiens illud in manum dextram porrigit summitatem eius singulis offerentibus osculandam, dicens singulis, Acceptabile sit sacrificium tuum omnipotenti Deo vel sic Cẽtuplum accipias ꝛ vitam ęternam possideas. Accepta omnium oblatione, celebrans reponit manipulum in brachium sinistrum: ꝛ reuertitur ad medium altaris: ꝛ si vult prędicare, aut populum suum de malis operibus ꝛ negligentijs, aut de obligatione quam habet erga ecclesiam vel pauperes arguere, conuersus ad populum faciat. Postmodũ facit generalẽ confessionem populo omnibus genuflexis in hęc verba. Signate vos signo sanctę crucis cum contritione peccatorum vestrorum, ꝛ dicatis sicut ego dixero.

COnfiteor Deo omnipotenti, ꝛ Sãctę Marię semper virgini: sancto Michaeli Archangelo, sancto Joanni Baptistę, sancto Joanni Apostolo ꝛ Euangelistę, Sanctis Apostolis Petro ꝛ Paulo, ꝛ omnibus Sãctis dei, ꝛ tibi pater, me grauiter peccasse loquendo, male operando, mentiẽdo, periurando, cogitando, delectatione peccati, videndo, audiendo, odorando, gustando, ꝛ tangendo: multa mala feci, q̃ facere non debuissem ꝛ multa bona omisi, q̃ facere debuissem, propter negligentiam meã: multos etiã meis malis exemplis scãdalizaui: ꝛ occasionẽ peccandi tribui: ꝛ ad peccandum induxi. De istis oĩbus ꝛ qualibuscunqꝫ pcis ꝛ transgressionibus meis q̃ feci, cõmisi, vel omisi a die ꝛ hora quibus baptizatus fui vsqꝫ ad hanc pśentẽ horam dolco ꝛ pęnitet me fecisse mala q̃ feci, vel omisisse bona q̃ facere potuissem: ꝛ dico meã culpam, ꝛ meam grauissimam culpam: ꝛ pcor oĩpotẽtẽ Deũ, q̃ per suã copiosissimã misericordiã indulgeat mihi oĩa peccata mea: ꝛ tu pater digneris me ab ipsis authoritate dei ꝛ ecclesię qua fungeris, absoluere: ꝛ salutarem pęnitentiam iniungere: ꝛ rogare Deuꝫ pro me misero peccatore.

Quc-

¶ Questa è vna breue ꝓfessione volgare cauata da q̃sta latina?

Pateni il segno della santa Croce con dolore & pentimento de' vostri peccati: & dite come dirò io: mi confesso all'omnipotente Dio, & alla gloriosa sempre Vergine Maria, & a san Michele Archangelo, a san Giouã Battista, a san Giouanni Apostolo & Euangelista, a' santi Apostoli Pietro, & Paolo, & a tutti i Santi, & Sante di Dio, & a voi Padre spirituale dell'anima mia, ch'io ho peccato grauamente, & spesse volte in mal dire, in mal'operare, in mal pẽsare: ho fatto di molti mali ch'io nõ douea fare, & dati di molti mali essempi, & scãdalizato il pssimo mio: di tutti questi & molti altri peccati, dalli quali mi saria potuto guardare & non mi son guardato, ne son dolente & pentito: & ne dico a Dio mia colpa & mia graue colpa: & prego Dio, che per sua infinita pieta & misericordia mi perdoni: & voi Padre per l'auttorita, che vi è cõcessa, mi absoluiate & preghiate la diuina bonta, che habbia misericordia di me misero pcõre. Tunc sacerdos eleuata manu dextra super populũ dicat. Parcat vobis omnipotens Deus. Quilibet vestrum in remissionem peccatorum suorũ dicat vn Pater noster, & vna Aue Maria: pro vnione, pace, & concordia sanctę mris Ecclesię, & pro salute totius populi Christiani quilibet dicat vn Pater noster, & vna Aue Maria. Et pro omnibus fidelibus defunctis, quorum aię sunt in purgatorio, vn Pater noster, & vna Aue Maria. Misereatur vestri ops Deus: & dimissis omnibus peccatis vestris, pducat vos in vitã ęternã. Amẽ. Indulgentiã, absolutionem, & remissionem oium pcõrum vestrorũ, emendationem vitę & obseruantiam suoꝝ pceptorum, vitam sanctam & exitum beatũ tribuat vobis ops & misericors Deus. Amen. Et benedictio Dei omnipotentis pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spirit⁹ ✠ sancti descendat super vos: & maneat semper, Amen. ¶ La indulgentia & pdonãza, che voi hauete acquistata p venire alla Chiesa, & deuotamẽte vdire la Messa & il diuino vfficio, & ogni altra buona opatione, cosi come io ve l'annuncio in terra, Dio ve le rappresenti in cielo ne' beni di vita eterna. Pax & benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris, & fi ✠ lij, & spiritus ✠ sancti descendat sup vos, & maneat semper. Amen. Et cõuersus ad altare faciat oblationẽ. Et si non sint qui offerant, vel si nõ fit facienda dicta ofessio,

dicto offert.

dicto offert. discooperiat calicẽ, & ad cornu Epłę sistat, & amota parua palla desuper hostiam, accipiat patenã cũ hostia, & ambabus manibus vsque ad pectus eam eleuatam tenens, oculis eleuatis ad Deũ dicat. Suscipe sancte pater &c. Si fuerint alię hostię non super patenã, sed super corporale, vel in alio vase pro Communione populi consecrandę, calicem illũ seu vas dextra discooperiat, & intẽtionem suam etiam ad illas offerendas: & ꝯsecrandas dirigens, dicat vt supra. Suscipe &c. vt in ordinario. Quo dicto, faciens signum crucis cum dicta patena ponit hostiam super corporale circa medium anterioris partis corporalis ante se, & patenam ad manum dextram aliquantulum subtus corporale. Si autẽ adsit vas seu calix cũ alijs hostijs cooperiat patena ipsa. Deinde accipiat calicẽ, purificatorio extergat, & accipiens ampullaꝝ vini de manu ministri, ponat vinũ in calicem. Deinde producat signum crucis super ampullam aquę, & dicat, Deus qui humanę substantię, imponens parum aquę in calice prosequatur, Da nobis per huius aquę, & vini mysteriũ. Si vero celebrat pro defunctis, nõ faciat signum crucis sup aquaꝝ sed imponat absque benedictione, dicens Orationem vt supra. Imposita aqua in calice, & finita Oratione pdicta, accipiat calicem discoopertum, & stans ante mediũ altaris ipsum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum sinistra pedem, cum dextra autem modum infra cuppam, intentis ad Deum oculis offerat, dicẽs. Offerimus tibi domine &c. qua oratione dicta faciat signuꝫ crucis cum calice super corporale, & ipsum in medio post hostiam collocet, & palla cooperiat. Deinde iũctis manib⁹ sup altare positis, capite inclinato dicit secreto. In spiritu humilitatis &c. Postea eleuans oculos, manusqꝫ expandẽs & statim iungens ante pectus (quod semper faciat quãdo aliquid est benedicturus) dicat. Veni sanctificator &c. cum dicit, & benedic. signet manu dextra Communiter super hostiam & calicem. Tũc iunctis ante pectus manibus accedat ad cornu Epistolę, vbi stãs ministro aquam fundente lauet manus, idest, extremitates digitorum pollicis & indicis, dicens Psalmum Lauabo inter innocentes cum Gloria patri &c. qui versus, Gloria pa. prętermittitur in missis defunctorum, & in missis a Dominica de Passione vsque ad sabbatũ sanctũ exclusiue. In Missa solen-

T ni dicto

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni dicto **Oremus**. Diaconus ꝛ Subdiaconus accedant ad Altare a cornu epistolę, Diacon⁹ amoueat calicē, detegat, det patenam cum hostia celebranti, Subdiaconus extergat calicez purificatorio, Diaconus imponat vinum, Subdiaconus interim ampullam aquę ostendens celebranti dicat **Benedicite pater reuerendę**, qui facto versus eam signo crucis dicat orationez, **Deus qui humanę** ꝛc. interim Subdiaconus infundat paulum aquę in calicem, Diaconus illum celebranti det ꝛ pedem calicis tangens, seu brachium dextrum celebrantis sustentans, cuz eo dicat **Offerimus tibi domine** ꝛc. postea positū in altari vt supra palla cooperiat: Subdiacono deinde ponat in dextra manu patenā, quam cooperiat, extremitate veli ab eius humero pēdētis qui vadit post celebrantem ante medium Altaris, ꝛ ibi stet in loco conuenienti Dicto **Deus qui sanctificator** vt supra, celebrans ponat incensum in thuribulum, ministrante Diacono nauicellam, dicens **Per intercessionez** ꝛc. vt in ordinario. Deinde accepto thuribulo per manu Diaconi incenset oblata, ter dicens thuribulum super calicem ꝛ hostiam in modum crucis, ꝛ ter circum calicem ꝛ hostiam scilicet bis a dextra ad sinistram, ꝛ semel a sinistra ad dextram, dispensans verba in qualibet incensatione hoc modo. In prima incensatione, **Incensum istud**. In secunda **a te benedictum**. In tertia, **ascendat ad te domine**. In quarta, **ꝛ descendat super nos**. In quinta ꝛ sexta **misericordia tua**. Deinde incenset Altare dicens **Dirigatur domine oratio mea** ꝛc. vt in ordinario. Et incēsatur ipse, vt supra. Postea Diaconus incenset Chorum, ꝛ postremo Subdiaconū tenentem patenā, ꝛ ipse Diaconus incensatur a thuriferario, ꝛ thurifer arius postea incenset populum. Celebrans lotis manibus cas tergat, ꝛ illis ante pectus iunctis reuertatur ad medium altaris, vbi stans oculosque ad Deum elevans ꝛ statim demittens manibus iūctis super Altare, capiteque inclinato dicat secreto. **Suscipe sancta Trinitas** ꝛc. Quo dicto manibus hinc inde extensis, ꝛ super altare positis, osculetur altare in medio: tuz iunctis manibus ante pectus, demissisque oculis ad terram, a sinistra manu ad dextram vertat se ad populum, ꝛ versus cum extendens ꝛ iungens manus, dicat voce aliquantulum elevata, **Orate fratres**, ꝛ secreto psequēz, **vt meū ac vestrū sacrificiū** ꝛc.

perficiat

perficit circulum, reuertens iunctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium altaris. Et responso a ministris vel circūstantibus, **Suscipiat ꝓpis sacrificiū de manibus tuis** ꝛc. alioquin per se ipsum, dicens **Sacrificiuz de manibus meis** ipse celebrans manibus ante pectus extensis vt fit ad Orationez stans in medio altaris versus librum dicat absolute sine alia interpositione **Oratione** vel **Orationes** secretas: cum dicit **Per dñm**, iungat manus: cū dicit **Jesum Chm**, caput iclinet, quod fāciat in prima oratione, ꝛ in vltima, si plures sint dicendę. Peruento aūt in cōclusione vltimę secretę ad verba illa, **Per omnia secla seculorum**, exclusiue: celebrans stans in medio altaris depositis super eo manibus hinc inde extensis, dicat conuenienti ꝛ intelligibili voce **Prefationē** Cū dicit **Sursuz corda** eleuet manus hinc inde extensas vsqz ad pectus. Cuz dicit **Gratias agamus dño**, iungat manus: cum dicit. **Deo nostro** Cruci caput iclinet. ℟. **Dignū ꝛ iustum est** elevatis ꝛ extēsis vt prius manibus, prosequatur **Prefationē** propriam, vel communez, vt tēpus requirit. Cū dicit. **Sanctus** iunctis ante pectus manib⁹, ꝛ inclinatus voce mediocri prosequit. Cuz dicit **Benedictus qui venit in nomine Dñi** ꝛc. signū Crucis sibi producat a fronte ad pectus. In Missa solēni cum dicit. **Prefatio** Diacon⁹ ꝛ Subdiaconus stans retro post celebrātē, ꝛ paulo antequam dicatur **Sanctus**, accedāt ad altare, vbi cū celebrante hinc inde dicāt **Sanctus ꝛ** ꝫ sequunt vsqz ad **Canonez**. Deinde Diaconus accedat ad sinistram celebrantis, ei assistens dū dicit **Canon**, nisi ali⁹ sacerdos assistet: Subdiacon⁹ vero tūc stet post celebrātē.

¶ De Canone Misse, vsque ad Consecrationem. Cap. 33.

Finita prefatione vt supra celebrans manibus iunctis super altare positis, ante medium altaris versus ad illud elevatis oculis ad Deum, ꝛ sine mora demissis, ꝛ profunde inclinatus incipiat Canonem, secreto dicēs **Te igitur**, ꝛc. vt in ordinario. Cum dicit **vti accepta habeas ꝛ benedicas** prius osculetur ante se altare: erigat se, ꝛ stet iunctis manibus ante pectus. Cum dicit **Hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia**, dextera manu ter signet communiter super hostiam ꝛ calicem. Deinde extensis manibus ante pectus prosequatur. **In Primis, que tibi offerimus**. ꝛc. Vbi dicit **vna cum famulo tuo Papa nostro N.**

Universidad de Deusto
Biblioteca

stro N. exprimat nomen Papę, sede autem vacante verba prędicta omittãtur: vbi dicitur, ℣ Antistite nostro N. specificetur nomẽ Patriarchę, Archiepiscopi, vel Episcopi ordinarij ĩ propria Diœcesi, qui si est vita functus, prędicta verba omittantur. Si celebrans est Ep̃s, Archiepiscopus, vel Patriarca omissis prędictis verbis, eorũ loco dicat. Et me indigno seruo tuo. Si vero celebrans est Papa, omissis verbis, vna cum famulo tuo Papa nostro N. ℣ Antistite nostro N. dicat, vna cum me indigno famulo tuo quem gregi tuo pręesse voluisti. Et continuant omnes vt sequitur. Et omnibus ortodoxis. ꝛc. Cũ dicit. Memento domine. eleuans ℣ iungens manus vsque ad faciẽ vel pectus, sic iunctis manibus ster pauliſper in quiete, demisso aliquantulum capite, faciens commemorationem viuorũ Christi fidelium ad ſtiam voluntatẽ, quorum nomina ſi vult ſecrete cõmemoret, non tamen neceſſe eſt ea exprimere, ſed mente tantũ eorum memoriam habeat. Poteſt etiam celebrans ſi pro pluribus orare intendit, ne circunſtantibus ſit moroſus, ante Miſſaꝫ in animo proponere ſibi omnes illos tã vinos, quaꝫ defunctos, pro quibus in ipſa Miſſa orare intendit: ℣ hoc loco generaliter vnico contextu ipſorum viuorum commemorationẽ agere, pro quibus ante Miſſaꝫ orare propoſuit in Miſſa. Cõmemoratione viuorum facta, demiſſis ℣ extenſis vt prius manibus, continuet. Et omnium circunſtantiũ ꝛc. Similiter ſtãs proſequatur, Communicantes. Cum dicit Jeſu Chriſti, caput cruci inclinet, in concluſione quando dicit Per eundẽ iungat manus, cum dicit Hanc igitur oblationem extẽdit manus ſuper oblata, ita vt palmę ſint apertę verſus ac ſupra calicem ℣ hoſtiam, quaſ ſic teneat vſqꝫ ad illa verba. Per Chriſtum dominum noſtrum tunc enim iũgat manus ℣ ſic proſequatur. Quam oblationem tu Deus in omnibus queſumus. ℣ cuꝫ dicit, benedictã, adſcriptam, ratam communiter ſignet ter ſuper hoſtiam ℣ calicem ſimul. Deinde cum dicit, vt nobis corpus ſeparatim ſignet ſemel ſuper hoſtiam tantũ, ℣ cum dicit, ℣ ſanguis. ſemel ſuper calicem tantum, deinde eleuans ℣ iungens manus ante pectuſ, pſequatur, fiat dilectiſſimi Filij tui Domini noſtri Jeſu Chriſti: inclinãſ caput cruci ſi opus fuerit extergit pollices, ℣ indices ſuper corporali ℣ dicit ſecrete vt prius. Qui pridie q̃ paſ-

pateretur, ℣ accipiens pollice ℣ indice ſiniſtrę manus hoſtiam, ℣ eam cum illis, ac indice ℣ pollice ſiniſtrę manus tenens ſtans erectus ante medium altaris, dicat Accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas: eleuanſque ad cęlum oculos, ℣ ſtatim demittens dicat, ℣ eleuatis oculis in cęlum ad te Deuꝫ patrem ſuum omnipotentem. caputque aliquantulum inclinans dicat tibi gratias agens, ℣ tenens hoſtiam inter pollicem, ℣ indicem ſiniſtrę manus dextra producat ſignum crucis ſuper eam dicens benedixit, fregit, deditqꝫ Diſcipulis ſuis dicens. Accipite ℣ manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cuꝫ alijs hoſtijs conſecrandis, diſcooperat manu dextra calicem, ſeu vas aliarũ hoſtiarum, ℣ cubitis ſuper Altare poſitis, ſtans capite inclinato, diſtincte, reuerenter, ℣ ſecrete proferat verba conſecrationis ſup hoſtiã, ℣ ſimul ſuper oẽs, ſi plures ſint conſecrandę, ℣ hoſtiã ſuam pollicibus ℣ indicibus tantum tenens, attente, deuote, ℣ continuate proferat verba conſecrationiſ, Hoc eſt enim corpuſ meum: Quibus prolatis celebrans tenens hoſtiam inter pollices ℣ indices prędictos ſuper altare, reliquis manuꝫ digitis extenſis ℣ ſimul iunctis (℣ hoſtijs ſi plures ſint conſecratę, in loco in quo a principio Miſſę ſunt poſitę ſup corporali vel alio vaſe vel calice dimiſſis) genuflexus eaꝫ adoret. Tunc ſe erigens, quantum commode poteſt eleuet in altum hoſtiam, ℣ intentis in eam oculis (quod ℣ in eleuatione calicis faciat) populo reuerenter oſtendat adorandam, ℣ mox ipſam reuerenter ſuper corporale reponat in eodẽ loco vnde eam leuauit, ℣ deinceps pollices ℣ indices non diſiungat, niſi quando hoſtiaꝫ conſecratam tangere vel tractare debet, vſque ad ablutionem digitorũ poſt communionem. Poſita hoſtia cõſecrata ſuper corporali genuflexus vſque ad terram hoſtiam ipſam veneretur: ſi adſit vas aliarum hoſtiarum patena cooperat. Interim dum celebrans eleuat hoſtiam, miniſter manu ſiniſtra eleuet fimbrias poſteriores planetę, ne ipſum celebrantem impediat in eleuatione brachiorum, quod ℣ faciat in eleuatione calicis. Celebrans adorato ſacramento ſurgat, ℣ diſcooperat calicem in quem, ſi opus ſit extergat digitoſ, quod ſemper faciat cum aliquod fragmentuꝫ digitis adhęreat, ℣ ſtans erectus dicat Simili modo poſtquaꝫ cęnatum eſt ℣ ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum

infra cuppam, aliquantulumque eleuans, ꝛ statim deponens dicat accipiens ꝛ hunc præclarum calicem ꝛc. cum dicit bñdixit, sinistra calicem infra cuppam tenens, dextra signet super eum, ꝛ prosequens dedítque discipulis suis ꝛc. ambabus manibus tenens calicem, videlicet sinistra pedem, dextra nodum infra cuppam, cubitis super altare positis, ꝛ capite inclinato, proferat secreto, ꝛ deuote vt supra verba consecrationis sanguinis. Hic est enim calix ꝛc. Quibus dictis reponat calicē super corporale ꝛ genuflexus sanguinem reuerenter adoret. Tunc se erigat, ꝛ accipiens calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum, ꝛ erectum, quantum commode potest ostēdat populo adorandum, dicens Hęc quotiescunq; feceritis ꝛc. mox ipsum reuerenter reponat super corporale in locum pristinum, ꝛ manu dextra palla cooperiat, ac genuflexus sacramentum veneretur. In Missa solenni cum celebrans dicit. Quam oblationem ꝛc. Diaconus accedat ad dexterā celebrantis, ꝛ ibi superiori gradu altaris genuflexus, cum sacramentum eleuatur fimbrias planetę eleuet, ꝛ quando opus est se erigens, calicē cooperiat, ꝛ discooperiat, ꝛ cū celebrante genuflectat. Reposito calice Diaconꝰ redeat ad librū, nisi alius assistat.

¶ De Canone post Cōsecrationē vsq; ad Orōnē Dñica L. 34.

Reposito calice, ꝛ adorato, celebrās stās ante altare, extensis manibus ante pectus dicat secreto, Vñ ꝛ memores ꝛc. iunga: manus ante pectus ꝛ cum dicit Hostiam puram ꝛc. manu dextra signet communiter super hostiam ꝛ calicem ꝛ semel super hostiam tantum, ꝛ semel super calicem tantum dicens panem sanctum vitę eternę, ꝛ calicem salutis perpetuę, deinde stans vt prius, extensis manibus prosequatur, supra quę propitio ꝛc. Cum dicit Supplices te rogamus ꝛc. inclinet se ante medium altaris, manibus iunctis super illo positis, cum dicit ex hac altaris participatione osculatur altare, cum dicit sacro sanctus filij tui iungat manus ꝛ dextra signat semel super hostiam tantum, ꝛ semel super calicem dicens Corpus ꝛ sanguinem sumpserimus. ꝛ cum dicit omni benedictione cęlesti, seipsum signet a fronte ad pectus signo Crucis cum dicit. Per eundem. Jungat manus. Cum dicit Memento Domine famulorum famularumque suarum, qui nos præcesserunt, ꝛc. statim ex-

tim extensis ꝛ iunctis manibus ante pectus, vel vsque ad faciē eleuatis, ꝛ intentis oculis ad sacramentum super altare, faciat commemorationem fidelium Defunctorū, de quibus sibi videtur eodem modo, vt dictum est de commemoratione vivorum. Qua commemoratione facta stans vt prius extensis manibus prosequatur, Ipsis domine, ꝛ omnibus in Christo ꝛc. ꝛ in fine ad Per eundem, caput inclinet. Cum dicit Nobis quoq; peccatoribus vocem aliquantulum eleuet, ꝛ dextra manu pectus sibi percutiat, ꝛ prosequatur, famulis tuis ꝛc. stans vt prius: cuz dicit, Per Christū Dominum nostrum, per quem hęc omnia Domine semper bona creas iungat manus ante pectus, deinde manu dextra ter signans communiter super hostiam ꝛ calicem dicat Sanctificas, viuificas, benedicis, ꝛ prębstas vobis. Postea discooperiat manu dextra calicē, ꝛ genuflexus reuerētiā faciat sacramento, tum se erigat ꝛ reuerēter accipiat hostiā inter pollicem ꝛ indicem dextrę manus, ꝛ cum ea super calicez, quem manu sinistra tenet circa nodum infra cuppam, signet ter a labio ad labium, dicens Per ipsum, ꝛ cum ipso ꝛ in ipso. Et cum hostia bis inter se ꝛ calicem a labio calicis incipiens signat dicens ꝛ tibi Deo patri omnipotenti, in vnitate Spiritus sancti omnis honor ꝛ gloria, Deinde tenens manu dextra hostiam super calicem, sinistra calicem, eleuet eam aliquantulum simul cum calice dicens: Omnis honor ꝛ gloria, ꝛ statim vtrunque deponens hostiam collocet super corporali, ꝛ digitos si fragmentum aliquod illis adhęreat, extergat in calice (quod semper si opus sit faciat cum hostiam sacram tetigit,) ac pollices ꝛ indices vt prius iungens, calicem palla cooperiat, ꝛ genuflexus vsque ad terram sacramentū veneretur. In Missa solenni cum celebrans dicit Per quem hęc omnia ꝛc. Diaconus facta sacramento genuflexione accedat ad dextram celebrantis, ꝛ quādo opus est discooperiat calicem, ꝛ cum celebrante adoret: similiter cooperiat: ꝛ iterū genuflectat. Postea vadat retro post celebrantem, vbi stet dum dicitur oratio. Dominica.

¶ De Oratione Dñica, ꝛ aliis vsque ad sanctā Cōmunionē. Cap. 35.

Celebrans cooperto adoratoq; calice erigat se, ꝛ more solito manibus extēsis hinc inde sup altare positis, dicat intelligibili voce. Per oīa scła scłoꝝ. ꝛc. Cū dicit Oremꝰ iūgat manꝰ ca-

put sacramento inclinens. Cum incipit, Pater noster extendat manus ꝛ stãs oculis ad sacramentum intentis prosequatur vsque ad finem. Responso a ministro, Sed libera nos a malo, celebrante, Amen manu dextra, pollice ꝛ indice non disiũctis, patenam accipiat inter indicem ꝛ medium digitos, quam tenẽs super altare erectam dicat secrete, Libera nos quesumus ꝛc. In Missa solenni cuꝫ in oratione Dominica dicitur, ꝛ dimitte nobis debita nostra Diaconus retro post celebrantem facta altari genuflexione vadat ad dextram celebrantis, ꝛ subdiaconus circa finẽ orationis Dominicę, reuertatur ad altare ꝛ offerat patenam Diacono, qui eam discooperat, ꝛ det celebrãti osculãs eius manum discooperatque ꝛ cooperat calicem quando opus est simul cum celebrante genuflectens. Antequam celebrans dicat da propitius pacem in diebus nostris, eleuat manu dextra patenam de altari, ꝛ seipsum cum ea signet a fronte ad pectus, ꝛ dicens Da propitius pacem in diebus nostris, patenam ipsam osculetur. ꝛ prosequens, vt ope misericordię tuę ꝛc. submittat patenam hostię, quaꝫ indice sinistro accommodet super patenaꝫ, discooperat calicem, ꝛ genuflexus in terra sacramentum adoret, tum se erigens accipiat hostiaꝫ inter pollicem ꝛ indicem dextrę manus, ꝛ cum illis, ac pollice ꝛ indice sinistrę manus eam super calicem tenens reuerenter frangat per medium dicens, Per eundem dominum nostrum Jesum Christũ filiũ tuum, mediam partem quam inter pollicem, ꝛ indicem dextrę manus tenet, ponat super patenam: de alia media quam sinistra manu tenet frangat cum pollice ꝛ indice dextrę manus particulam prosequens, Qui tecum viuit ꝛc. quam inter ipsos dextrę manus pollicem ꝛ indicem retinens, partem maiorem quã sinistra tenet adiungat medię super patenam positę interim dicens, in vnitate Spiritus sancti Deus. Et particulam hostię quam in dextra manu retinuit, tenens super calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam retinet, ꝛ intelligibili voce dicat. Per omnia secula seculorum. ꝛc. Amen ꝛ cum ipsa particula signans ter a labio ad labium calicis dicat Pax Domini sit semper vobiscum. Respõso per ministros. Et cum spiritu tuo particulam quam dextra manu tenet, ponat in sanguinem dicens secrete, Hęc commixtio ꝛ consecratio corporis ꝛc. Deinde pol-

de pol-

de pollices ꝛ indices super calicem aliquantulum tergat ꝛ iungat, calicem palla cooperat ꝛ genuflexus sacramentum adoret, surgat, ꝛ stans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato versus sacramentũ, dicat intelligibili voce, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, ꝛ dextra percutiens sibi pectus dicat. miserere nobis. qõ ꝛ tertio faciat, cuꝫ dicit dona nobis pacem. Tũc manibus iunctis super altare positis, capite inclinato oculisque ad sacramentũ intentis dicat secreto. Domine Jesu Christe ꝛc. Qua oratione finita, si est daturus pacẽ, osculetur altare in medio, ꝛ ei statim instrumentum pacis porrigatur a ministro iuxta ipsum ad dextram, hoc est in cornu Epistolę genuflexo ꝛ dicat. Pax tecum. Si non adsit qui pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam si illius datio missę cõueniat: nec osculetur altare, sed dicta prędicta oratione statim subiungat alias orationes vt in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, nõ percutiat pectus ad Agnus Dei, (qꝛ dicit, dona eis requiem, nec dicat primam orationem Domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis ꝛc. non det pacem, sed dicat alias sequentes Orationes, Domine Jesu Christe fili Dei viui ꝛ Perceptio corporis tui. Quibus Orationibus dictis, genuflectens sacramentum adoret, ꝛ se erigens dicat secrete, Panem cęlestem accipiam, Quo dicto dextra manu accipiat de patena reuerenter ambas partes hostię ꝛ collocet inter pollicem ꝛ indicem sinistrę manus, quibus patenam inter eundem indicem ꝛ medium digitos supponat, ꝛ eadem manu sinistra tenens partes huiusmodi super patenam dextera tribus vicibus percutiat pectus suum, interim etiaꝫ tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata. Domine nõ sum dignus, ꝛ secrete prosequatur, vt intres ꝛc. Quibus tertio dictis ex sinistra accipiat ambas partes prędictas hostię inter pollicem ꝛ indicem dextrę manus, ꝛ cum illa supra patenam signet seipsum signo crucis, dicens. Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam ęternam. Amen. Deinde reuerenter easdem ambas partes sumat, quibus sumptis deponat patenam super corporale, ꝛ erigens se iunctis indicibus ꝛ pollicibus ambas quoque manus ante faciem iungat, ꝛ aliquantulum quiescat in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde depositis manibus dicat secreto, Quid retribuam

bitam domino pro omnibus que retribuit mihi. ℣ discooperto calice accipiat patenã, ℣ eam diligenter cũ pollice ℣ indice dextrę manus super calicem extergat, ℣ ipsos digitos ne quid fragmentorũ in eis remaneat. Si vero adsint hostię consecratę super corporale positę pro alio tempore conseruandę, facta prius genuflexione reponat eas in vas ad hoc ordinatum, ℣ diligenter aduertat, ne aliquod fragmentum, quantumcunque minimum, remaneat super corporale, quod si fuerit, accurate reponat in calicem, post extersionem patenę iunctis pollicibus, ℣ indicib⁹ iterum genuflectat sacramento, surgat, ℣ calicem dextra manu infra nodum cuppę accipiat dicens **Calicem salutaris**, ℟. ℣ signans se signo Crucis cum calice dicat **Sanguis Domini nostri** ℟. ℣ manu sinistra supponens patenam calici, stans reuerenter sumat totum sanguinem cum particula in calice posita. Quibus sumptis dicat secreto, **Quod ore sumpsimus** ℟. postea super altare porrigat calicem ministro, ad cornu Epistolę, quo vinum fundente, se purificet, deinde abluat pollices ℣ indices super calicem, quos abstergit purificatorio interim dicens **Corpus tuum domine quod sumpsi** ℟. ablutionem sumat ℣ extergat deinde os ℣ cãlicem purificatorio, quo facto purificatorium extendat super calicem, ℣ desuper patenam, ac super patena paruam pallam, ℣ cooperit velo, plicat corporale ℣ reponit in bursam, quam ponit super calicem, ℣ collocat super altare vt prius.

¶ Si qui sunt communicandi in Missa, eos communicet ante quam sumat purificationem, ℣ antequam digitos abluat. Quibus communicatis dicat, **Quod ore sumpsimus domine** ℟. ℣ deinde se ℣ eos qui communicarunt purificans dicat, **Corpus tuum domine quod sumpsi**, ℣ alia faciat vt sup. In Missa solẽni diaconus stans retro post celebrãtem, cum in oratione Dominica dicitur, **Et dimitte nobis debita nostra** facta ibidem genuflexione altari vadat ad dextram celebrantis, ℣ patenam purificatorio abstergens det celebranti illius manum osculando, ℣ quando opus est, discooperiat, ℣ cooperiat, ℣ cũ celebrãte adoret calicem. Cum dicitur, **Mar domini** ℟. subdiaconus retro. post celebrantem facta altari genuflexione, vadat ad sinistram celebrantis, ℣ simul dicant, **Agnus Dei** Deinde facta ibidẽ sacramẽto genuflexione redeat post celebrantem. Diaconus vero a dextris

ro a dextris genuflexus expectat pacem, ℣ cum celebrans osculatur altare, ipse se erigens simul osculetur altare, ℣ a celebrante complexus accipiat pacẽ, respondens ei, **Et cũ spiritu tuo.** Postea iterum sacramento in altari adorato, vertat se ad subdiaconum retro post celebrantem, qui similiter a Diacono accepta pace, facta pr⁹ altari genuflexione, comitat⁹ ab acolytho vadat ad Chorum, ℣ det similiter pacem primo cuiusque ordinis, dignioribus prius, deinde minus dignis, ℣ reuersus ad Altare det pacẽ, acolytho qui ipsum comitauerat, qui ℣ alijs acolythis circa Altare det pacem, deinde vadat ad dextraz celebrãtis, ℣ quando opus est discooperiat calicem, accipiat ampullam vini, ℣ infundat quando celebrans vult purificare.

¶ De Cõtione, ℣ Orationibus post cõtionem dicendis Cap. 36.

CElebrante purificato, dum calicẽ collocat in altari, liber Missalis deferatur per ministrũ ad cornu Epistolę, ℣ collocetur vt in Introitu. In Missa solẽni Diaconus deferat librũ Missalis ad cornu Epistolę, postea vadat retro post celebrantẽ Subdiaconus vero vadat ad cornu Euangelij, vbi calicem mũdet, aptet cum purificatorio, plicet corporalia, reponat in bursam, ℣ illam ponat super calicem coopertum velo, quem collocet in altari vel super credentia vt prius, postea reddeat ad locũ suum retro post Diaconum. His expeditis celebrans stans legat Antiphonã quę dicitur. **Communio**, qua lecta iunctis manibus ante pectus vadat ad medium altaris, ℣ eo osculato, vertat se ad populũ, ℣ dicat **Dominus vobiscum**, redeat ad librũ ℣ dicat orationes Post communionem eisdem modo numero, ℣ ordine vt supra dictę sunt Collectę. Quibus dictis iungens manus ante pectus reuertat ad medium altaris, ℣ eo osculato vertat se ad populũ. ℣ dicat vt supra, **Dominus vobiscuz** Quo dicto stans iunctis manibus ante pectus versus populum dicat, si dicendum est, **Ite Missa est.** Quo dicto per eandem viaz reuertatur ad altare. Si vero non sit dicendum, dicto **Dominus vobiscum** reuertatur eodem modo per eandem viam ad medium altaris, vbi stans versus ad illud iunctis ante pectus manibus dicat **Benedicamus domino.** In Missis autẽ defunctorum eodem modo stãs dicat **Requiescãt in pace.** In Missa solenni hęc omnia eodem modo stans dicat diaconus, ℣ cum dicit,

cit, Ite Missa est celebrans quoque stet versus populum. In Quadragesima autem a feria Quarta Cinerum, vsque ad feriaz Quartam maioris ⁊ Hebdomadę, in feriali officio postquã celebrans dixit orationes post cõmunionem cum suis solitis conclusionibus antequam dicat Dominus vobiscum, stans in eodem loco ante librum dicat, Oremus. Humiliate capita vestra Deo extensis manibus subiungat eadez voce orationem super populum ibidem positam: qua finita osculetur altare ⁊ vertens seu ad populũ dicat Dñs vobiscũ ⁊ alia vt sup. In Missa solẽni dictos per celebrãtẽ Oremus, Diaconus vertẽs se ad populuz iunctis manibus dicat vt supra, Humiliate, ꝛc. quo dicto vertit se versus altare a tergo celebrãtis, ⁊ celebrãz dicat orationez.

¶ De Bñdictione i fine Misse, ⁊ Euãgelio Scĩ Joãnis. c. 37.

Dicto Ite Missa est vel Benedicam⁹ Domino, vt supra, Celebrans ante medium altaris stans iunctis manibus super altare, ⁊ capite inclinato, dicat secrete, Placeat tibi sancta Trinitas ꝛc. quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positis, ipsum in medio osculetur, tum erigens se adhuc stans versus illud, extende, eleuet, ⁊ iungat manus caputqz Cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos oĩpotẽs deus ⁊ iunctis manibus, ac demissis ad terrã oculis, vertẽs se ad populum extensa manu dextra, iunctisque digitis semel benedicat populo, dicẽs, Pater, ⁊ Filius, ⁊ Spũs sanctus, circulũ perficiẽs reuertatur ad cornu Euangelij, vbi dicto Dñs vobiscuz. ℟. Et cum spiritu tuo pollice dextro signans primũ signo Crucis altare seu librũ, deinde frontez, os, pectus, dicat, Initiũ scĩ euangelij secundũ Joãnem, vel Sequentia scĩ Euãgelij, est in rubricis generalibus, ⁊ ℟. Gloria tibi domine iunctis manibus legat Euangelium In principio vel aliud vt conuenit.

IN principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud Deum: ⁊ Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil, quod factuz est. In ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebris lucet: ⁊ tenebrę eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo: cui nomen erat Joãnes. Hic venit in testimoniuz: vt testimoniũ perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Nõ erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux ve-

lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: ⁊ mundus per ipsum factus est, ⁊ mũdus eum non cognouit. In propria venit: ⁊ sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, bis qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neqz ex voluntate viri, sed ex Deo nati sũt. Genuflexus dicit voce prędicta. Et verbũ caro factum est. Surgit ⁊ stans, vt prius perficit Euangelium eadem voce. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriaz eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratię ⁊ veritatis. Si celebrans in Altari vertit faciem versus populum, non vertat se, sed stans vt erat, benedicat populum vt supra, in medio altaris: deinde accedat ad cornu Euãgelij, ⁊ dicat Euãgeliũ sãcti Joãnis. Si celebrauit coram summo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apostolicę, Patriarca, Archiepiscopo, ⁊ Episcopo in propria, ciuitate, vel diœcesi sua existente, celebrãs dicto Placeat tibi sancta Trinitas ꝛc. dicat, Benedicat vos omnipotẽs deus, ⁊ conuertens se ad summum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prælatum suum capite inclinato quasi licentiã benedicendi petens prosequatur, Pater, ⁊ Filius ⁊ Spiritus sanctus, benedicens astantes a parte vbi non adest Põtifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prędicti. Si autez celebrauit coram Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo extra eorum titulum, ecclesiam, prouinciam, ciuitatẽ vel diœcesim constitutis, eis absq; alio respectu vt ceteris q̃ interfuit more consueto benedicit. Si autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi sancta Trinitas, vt supra, accedit ad cornu Euãgelij, ⁊ dicit euangelium sancti Joannis, prętermissa benedictione, quę in Missis defunctorum, non datur. Finito euangelio i fine Misse, si celebrauit coram summo Põtifice, Cardinale, Patriarca, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorum residẽtijs, Eccłia, vel loco Jurisdictionis eorum, conuertat se ad illum, coram quo ex prędictis celebrauit, ⁊ faciat reuerentiam cõuenientem. Si non celebrauit coram aliquo prędictorum, huiusmodi reuerentiam prętermittat. Quibus omnibus absolutis, extinguãtur per ministruz candelę: interim sacerdos cooperto capite accipiat finistra calicem, dextram ponens super bursam ne cadat, descendat ad infi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad infimum gradum altaris, ⁊ ibi in medio vertēs se ad illud caput inclinet: ⁊ facta reuerentia, precedente ministro, eo modo quo venerat redeat ad sacristiā, iterum dicēs Antiphonā, **Trus pueroꝝ**, ⁊ canticum, **Benedicite**. Si vero sit dimissurus huiusmodi vestes ante altare vbi celebrauit finito Euangelio predicto, ibidē deponat vestes, ⁊ dicat Antiphonā predictam. **Trū pueroꝝ** cum cantico, ⁊ alijs orationibus vt suo loco ponunt. In Missa solenni ola faciat vt supra, hoc excepto, quod ter populo benedicat, primo a cornu Epistolę dicēs **Pater** secūdo ante mediū altaris dicens ⁊ **filius**. tertio a cornu Euangelij dicēs ⁊ **Spiritus sanctus** ⁊ dicto Euangelio secundū Joannē, vel alio vt supra, celebrans discedat cum ministris ordine quo venerat.

¶ **De his quę omittuntur in Missa pro Defunctis** Cap. 38.

IN Missa pro defunctis ante confessionem nō dicitur Psalmus, **Iudica me deus**. Sed pronūciata Antiphona, **Introibo ad altare Dei** respōso a ministris, sed **ad deum qui lętificat** ⁊c. dicitur ℣. **Adiutorium nostrum ⁊ confessio** cum reliquis vt supra. In Missa solenni post confessionez non incēsetur altare. Cum celebrans ad altare incipit. **Introitum**, nō signet se, sed manu dextera extēsa faciat signum Crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur **Gloria patri** sed post Psalmum repetitur **Requiem ęternam** nec **Gloria in excelsis**, nec **Alleluia**, nec **Jube dōne benedicere**, nec **Dominꝰ sit in corde meo**, nec osculatur librum, in fine i Missa solenni subdiaconus finita Epistola non osculetur manum celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur celebrantis manum, non tenentur luminaria ad Euangelium, sed duo tantum acolythi sine candelabris teneāt medium subdiaconum, tenentem librum euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine celebrans, nec defertur liber euangeliorum osculandus. Item in Missa defunctorū non dicitur **Credo** nō benedicitur aqua in calicem fundenda, sed dicitur **Deus qui humanę substantię** ⁊c. In Missa solenni oblata ⁊ altare incensantur vt supra, incensatur solus celebrans, ⁊ non incensantur alij. Cum lauat manus, non dicitur **Gloria patri** in psalmo **Lauabo inter innocentes**. Subdiaconus non tenet patenam post celebrantem, sed tempore elevationis sacramēti incēsat sacramentum.

mentum. **Ad Agnus Dei** non dicitur **miserere nobis**, cuius loco dicitur **dona eis requiem** nec tertio **dona nobis pacem**. cuius loco dicitur **dona eis requiem sempiternam**, non dicit prima oratio ante communionem, scilicet, **domine Jesu Christe qui dixisti Apostolis tuis**. ⁊c. nec datur **pax**. In fine nō dicitur **Ite missa est**, nec **benedicamus domino** Sed **Requiescant in pace** Et non datur benedictio sed dicto **Placeat**, dicitur vt supra. **In principio erat verbū** ⁊c. Alia omnia vt in alijs Missis.

¶ Feria Missa si facienda est absolutio, celebrās retrahat se ad cornu epistolę, exuatur casula, accipiat plunale nigrum: subdiaconus medius inter duos acolythos deferentes cādelabra accēsa, deferat crucem, precedētibus duobus alijs acolythis vno cum thuribulo ⁊ naucula, alio cum aqua benedicta ⁊ asperforio, sequatur celebrās ⁊ Diaconus a sinistris. Subdiaconus cuz cruce sistat se in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos acolythos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte versus altare ⁊a sinistris Diaconus, ⁊ alij duo acolythi deferentes vas aquę benedictę, ⁊ thuribulum. Interim cantatur. ℣. Cum dicitur, **Kyrie eleison**, celebrans ponat incensuz in thuribulū ministrāte Diacono nauiculā, dicto **Pater noster**, accipiat asperforium de manu Diaconi, ⁊ facta altari reuerentia, comitante diacono a dextris ⁊ tenente fimbriam anteriorem plunialis, aspergat circuens locum paratum, cum transit ante crucem profunde inclinet, diaconus vero genuflectat, ⁊ rediens ad pristinum locum, de manu eiusdem diaconi accipiat thuribulum, ⁊ eodem modo quo asperserat, incenset. Postremo Diacono tenente librum oret iunctis manibus dicens **Et ne nos**, ⁊ versus **A porta inferi**, cum alijs, ⁊ Orationez, **Absolue quęsumus domine** ⁊c. vt in Ordinario, ⁊ post eam dicens. **Requiem ęternam** ⁊c. faciat crucē manu dextra super locū paratum, ⁊ dicto per Cantores **Requiescant in pace**. precedente Cruce redeat cum alijs ad sacristiam.

¶ **De his q̄ clara voce aut secreto dicenda sunt in Missa.** c. 39.

IN Missa primata clara voce dicitur **Antiphona ac Psalmꝰ** Ad Introitum **Confessio**, ⁊ quę sequuntur, excepta oratione, **Aufer a nobis** ⁊ **Oramus te domine per merita sanctorum tuorum** ⁊c. Item **Introitus, Kyrie eleison, Gloria i excelsis, Epi-**

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus, Epistola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertorius, Prefatio, Nobis quoq; peccatoribus solum hec tria verba. Item Per omnia secula &c. cum Pater noster, Pax domini, Agnus dei, Domine non sum dignus, Communio, Post cōmunionez, Ite Missa est, vel benedicamus domino, vel Requiescāt Euangelium In principio Alia omnia dicuntur secrete. In Missa solenni clara voce a celebrante dicūtur qñ intonatur. Gloria in excelsis, & Credo, Dñs vobiscū, Oremus, Oño, Dñs vobiscū, Oremus ante offertorium. Prefatio, Pater nr̄, Oño post cōiōnem, Alia omnia celebrante dicuntur secreto in Missa solenni.

¶ De Hora celebrandi Missam. Cap. 40.

MIssa priuata saltem post Matutinū quacunq; hora ab aurora vsque ad meridiem dici potest. Missa autem Conuentualis & solennis, sequenti ordine dici debet. In festis duplicibus, & semiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, dicta in choro Hora tertia. In festis simplicibus & feriis per annum dicta Sexta. In Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus & vigilijs que ieiunantur, dicta Nona. Missa autem defunctorum dici debet post Matutinum & primam diei, & vbi dicuntur eorum vigilie, mane post Matutinum dici, dictis huiusmodi vigilijs cum Laudibus, immediate dici potest Missa pro defunctis. Excipiunt ab hoc ordine dicendi Missam Conuentualem, Misse in nocte Natiuitatis Domini, que suo loco dicuntur, vel vbi alias ex dispensatione Apostolica disponatur.

¶ De ordine sedēdi, stādi, & genuflectēdi in Missa solēni. C. 41.

IN Missa solēni celebrans medius inter diaconū, & subdiaconum sedere potest a cornu Epistolę, iuxta altare, cum cantatur Kyrie eleison, Gloria in excelsis & Credo alio tēpore stat ad altare, genuflectit quando oportet vt supra. Item genuflectit quando legitur euangelium In principio, ad illa verba, & homo factus est. & euangelium Cum natus esset Jesus ad illa verba, & procidentes adorauerunt eum. Item Euangeliū ferie, iiij. post Dominicam quartam Quadragesimę, ad illa verba in fine, & procidens adorauit eum. Et cum diaconus cantat illa verba, ipse versus librum, celebrans & circunstantes versus altare genuflectant: subdiaconus vero tenens librum, & acolythi candelabra non genuflectant. Item genuflectat celebrans priuate

priuate, cum dicit, flectamus genua, non autem cum solenniter celebrat, sed diaconus, & subdiaconus, & circunstantes. Item celebrans & ministri genuflectant, cum dicitur in Quadragesima, Adiuua nos Deus. Item cum dī in Missa Spiritꝰ sancti. Veni sancte Spūs reple, &c. Item qñ legitur Passio. ad illa verba, expirauit, & quando cunque fiūt genuflexiones vt supra. Circunstantes autem in Missis priuatis semper genuflectant, preterquam ad Euangelium. In solennibus autem genuflectit ab ijs, qui non sunt prelati ad Confessionem cum suo psalmo, & ab omnibus quando eleuatur sacramentum, sed dum cantatur Introitus, Gloria in excelsis, Epistola, Graduale, Credo, Offertorium, & facta Cōione, dum cantatur sedetur, & alijs statur. In Missis feriarum Aduētus, Quadragesimę, Vigiliarum que ieiunantur, & quatuor Temporum, ac in Missis defunctorum circunstantes genuflectant ad Confessionem cum suo psalmo, ad Orationes dicto per celebrantem Sanctus, vsque ad Pax domini. & ad post communionem, excepta vigilia Paschę, & Pentecostes, ac Natiuitatis Domini.

¶ De Coloribus, & qualitate Paramentorum. Cap. 42.

PAramenta Altaris: celebrantis, & ministrorum sint coloris conuenientis officio & Misse diei secundum vsum Romanę Ecclesię, que quinque coloribus vti consueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro.

¶ Albo colore vtitur a vesperis vigilię Natiuitatis Domini vsque ad octauam Epiphanię inclusiue exceptis festis Martyrum, que infra eam veniunt. Feria quinta in cęna Domini, & Sabbato sancto in officio Misse, & ab alio die vsq; ad Sabbatum Pentecostes exclusiue, in officio de tempore, preterquam in Missa Litaniarum, & Rogationum. In festis beatę Marię, & per eius octauas, preterquam in benedictione candelarum, & processione, que fit in festo Purificationis eiusdem. Item in eius Missis votiuis. In Missa sāctę Trinitatis. In festo Corporis Christi. In festis Angelorū. In Festo sancti Joannis Baptistę. In festo Omnium Sāctorum. In principali festo sancti Joannis Euangelistę, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra sancti Petri. In Conuersione S. Pauli. In festo S. Petri ad Vincula. In festo Trāsfiguratio-

nis

nis Domini. In festis Cõfessoꝝ Pont. ꝛ non Pont. ꝛ Doctorum. In festis sanctarum virginum ꝛ non virginũ, dummodo non sint martyres. In Consecratione ꝛ Dedicatione ecclesię, ꝛ per octauas prędictorum festorum, quę octauas habeant, quando fit officium de octaua, ꝛ in Dominicis infra eas per annum occurrentibus.

℣ Rubeo coloze vtatur a vigilia Pentecostes in Missa vsque ad sabbatum sequentem inclusiue. In festis sanctę Crucis. In festo sancti Joannis ante portam Latinam. In Natali Apostolorum Petri ꝛ Pauli, ꝛ in festis aliorum Apostolorum, exceptis festo principali sancti Joannis Euangelistę post Natiuitatem, ꝛ festo Conuersionis S. Pauli, ꝛ Cathedrę sancti Petri, ꝛ eius Vinculorum. In festis sanctorum ꝛ sanctarum martyrum, excepto festo sanctorum Innocentum, quãdo nõ venerit in Dominica: si autem in dominica venerit vtatur rubeo: similiter in eius die octaua, ꝛ per octauas prędictorum festorum, quę octauas habent, quando fit de octaua, ꝛ in Dominicis per annum infra eas octauas occurrentibus.

℣ Viridi coloze vtatur ab octaua Epiphanię vsq; ad Septuagesimã, ꝛ ab octaua Pentecostes vsque ad Aduẽtum exclusiue, in officio de tempoze, excepta dominica Trinitatis vt supra: ac exceptis dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus coloz octauarum seruatur, exceptis etiam vigilijs, ꝛ quatuoz Tempozibus vt infra.

℣ Violaceo coloze vtatur a prima dominica Aduẽtus vsque ad Missam vigilię Natiuitatis Dñi inclusiue, ꝛ a Septuagesima vsq; ad officium ante Missam in vigilia Paschę inclusiue in officio de tempoze, excepta Feria v. in Cęna Dñi, in qua vtitur albo; ꝛ Feria vj. in Parasceue, i qua vtitur nigro, vt infra, ꝛ benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Prefationez dicens solus vtitur albo, ea autẽ finita violaceo vt prius. Item in officio vigilię Pẽtecostes ante Missam facta benedictione fontiũ inclusiue. In quatuoz Tpibus. In vigilijs, quę ieiunantur, exceptis vigilia, ꝛ quatuoz Tpibus Pẽtecostes. In Missa Litaniarum ꝛ Rogationum. In festo scoꝝ Innocentuz, qñ non venerit in die dñica. In benedictione candelarum in die Purificationis Beatę Marię, ꝛ in benedictione palmarum, ꝛ ipsa

Dominica

Dominica in palmis ꝛ in eozundem, ac generaliter in omnibus processionibus, exceptis processionibus sancti Sacramenti, ꝛ quę fiunt in solennibus diebus.

℣ Nigro coloze vtitur Feria sexta in parasceue, ꝛ in Missis Defunctorum.

℣ In officio Missę celebrans semper vtitur planeta super Albam. Si autez sit Eps, ꝛ solenniter celebrat, super Dalmatica ꝛ Tunicella. Pluuiale vtitur in processionibus, ꝛ benedictionibus, quę fiunt in altari. Item in officio Laudum, ꝛ Vesperarũ, quando solenniter dicuntur. Eodem vtitur assistens celebranti, in Missa Pontificali. Item quando celebrans post Missam Defunctorum facit in fine absolutionem. Cum celebrans vtitur pluuiali, semper deponit manipulum, ꝛ vbi pluuiale haberi non potest, in benedictionibus quę fiunt in altari, celebrans stat sine planeta cum Alba ꝛ Stola. Dalmatica ꝛ Tunicella vtuntur Diaconus ꝛ Subdiaconus in Missa solenni, ꝛ processionibus, ꝛ benedictionibus quandocunque Sacerdoti ministrant. In diebus vero ieiuniozum, ꝛ in Dominicis Aduentus, Quadragesimę (Dominica Gaudete, ꝛ Letare exceptis) in Cathedralibus ꝛ prȩcipuis Ecclesijs vtuntur planetis plicatis ante pectus, quam planetam diaconus dimittit cum lecturus est Euangelium, ꝛ tunc super sinistrum humerum super stolam complicatur, aut ponitur aliud genus stolę latioris in modum planetę plicatę, ꝛ facta communione resumit planetam vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus est Epistolam, quam legit in albis, ꝛ postea eam resumit vt prius. In minozibus autem Ecclesijs prędictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti ministrent, Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum stola ab humero dextro sub sinistrum pendente.

℣ Orationes dicendę cum sacerdos induitur Sacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

DA Domine virtutem manibus meis ad abstergendum omnem maculam, vt sine pollutione mentis ꝛ corpozis valeam tibi seruire. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Amictum, dum illud ponit super caput, dicat.

IMpone domine capiti meo galeam salutis, ad expurgandos diabolicos incursus. Amen.

¶ Ad Albam, cum ea induitur, dicat.

DEalba me Domine, & munda cor meum, vt in sanguine agni dealbatus, gaudijs perfruar sempiternis. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Ad Cingulum, dum se cingit, dicat.

PRęcinge me domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentię, & castitatis. Amen.

¶ Ad manipulum, dum imponit ad brachium sinistrum, dicat.

MErear Domine portare manipulum fletus, & doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Ad stolam, dum imponit collo, dicat.

REdde mihi Domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidi in pręuaricatione primi parentis, & quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, mercar tamen gaudium sempiternum. Amen.

¶ Ad Casulam, cum eam assumit, dicat.

DOmine, qui dixisti, Jugum meum suaue est, & onus meum leue, fac vt istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

¶ Gratiarum actio post Missam. Cap. 44.

Antiphona.

TRium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes Dominum. Quę Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera dñi domino: laudate & superexaltate eum in secula.

BEnedicite

BEnedicite angeli domini domino: benedicite cęli domino.
BEnedicite aquę omnes, quę super cęlos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.
BEnedicite sol & luna domino: benedicite stellę cęli domino.
BEnedicite imber & ros dño: benedicite oĩs spiritus dei dño.
BEnedicite ignis & ęstus dño: benedicite frigus, & ęstas dño.
BEnedicite rores & pruina dño: benedicite gelu & frigus dño.
BEnedicite glacies & nives dño: benedicite noctes & dies dño.
BEnedicite lux & tenebrę dño: benedicite fulgura & nubes dño.
BEnedicat terra dominum: laudet & superexaltet eum in secula.
BEnedicite montes & colles domino: benedicite vniuersa germinantia in terra domino.
BEnedicite fontes domino: benedicite maria & flumina dño.
BEnedicite cętę & omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli domino.
BEnedicite omnes bestię & pecora domino: benedicite filij hominum domino.
BEnedicat Jsrael dñm: laudet & superexaltet eum in secula.
BEnedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi domino.
BEnedicite spiritus & animę iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde domino.
BEnedicite Anania Azaria Misael domino: laudate & superaltate eum in secula.
BEnedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus & superexaltemus eum in secula.
BEnedictus es domine in firmamento cęli: & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula.

Psalmus.

LAudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
LAudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
LAudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio & cithara.
LAudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis, & organo.
LAudate eum in cimbalis bene sonantibus: laudate eum in cimbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.
GLoria patri, & filio, & spiritui &c. Deinde repetitur Antipho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dñm. Deinde sacerdos dicat. ℟. yrieelei. Christeelei. ℟. yrieelei. Pater noster. ℣. Et ne nos induc. ℟. Sed libe. ℣. Confiteantur tibi dñe oia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Lętabũtur in cubilibus suis. ℣. Non nobis dñe non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Dñe exaudi orat. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ, concede propitius, vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitiorũ.

Actiones nostras, ąs dñe, aspirando pręueni, ⁊ adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, ⁊ operatio a te semper incipiat, ⁊ per te cępta finiatur. Alia oratio.

Da nobis, ąs dñe vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum. ℟. Amen.

¶ Potest ẽt dicere sacerdos, si vult, post Missam oẽs sequẽtes orationes pro sui deuotione, vel partem earum ad libitum.

Anima Chri sanctissima sąnifica me, corpus Christi sacratissimum salua me, Sanguis Christi prętiosissime inebria me, Aqua lateris Christi purissima munda me, Sudor vultus Christi virtuosissime sana me, Passio Christi pijssima conforta me, O bone Jesu custodi me, Infra vulnera tua absconde me, Non permittas me separari a te, Ab hoste maligno defende me, In hora mortis voca me, Jube me venire ad te: ⁊ pone me iuxta te: vt cum Angelis ⁊ Archangelis tuis laudem te, per infinita sęcula sęculorum. Amen.

¶ Post Missam potest dicere sacerdos sequentes orationes.

Oratio sancti Thomę ad Deum Patrem.

Gratias tibi ago, dñe sancte pater oẽs, ęterne deus, qui me peccatorẽ indignum famulum tuum nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordię tuę, satiare dignatus es prętioso corpore ⁊ sanguine filij tui dñi nostri Jesu Christi. Et precor, vt hęc sancta cõio non sit mihi reatus ad pęnam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, ⁊ scutum bonę voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiscentię ⁊ libidinis exterminatio, charitatis ⁊ patiętię, humilitatis, ⁊ obe-

⁊ obedientię augmentatio: contra insidias inimicorum omniũ tam visibilium, ąs inuisibilium firma defensio. Motuum meorum tam carnalium, ąs spiritualium perfecta quietatio: i te vno ac vero deo firma adhęsio: atque finis mei felix consummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem pducere digneris, vbi tu cum filio tuo ⁊ Spiritu sancto, sanctus tuis es lux vera', sanctitas plena, gaudium sempiternum, ⁊ iucunditas consumata, ⁊ felicitas perfecta. Per eundem.

¶ Oratio ad beatissimam virginem Mariam.

O Serenissima ⁊ inclyta mater domini nostri Jesu Chri, virgo Maria regina mundi: quę eundem creatorem omnium creaturarum tuo sanctissimo vtero fuisti digna portare: cuius idem sacratissimum corpus ⁊ sanguinem sumpsi: ad ipsum pro me misero peccatore intercede digneris: vt quicquid in hoc ineffabili sacramento ignoranter, negligenter, irreuerenter, ⁊ accidentaliter omisi, tuis precibus sanctissimis mihi indulgere dignetur. Qui viuit ⁊ regnat ⁊c. Alia oratio.

Ave sanctissimũ corpus dñi cum in hoc sacramento contentũ: te ꝑfiteor labijs: te toto corde diligo, ⁊ totis visceribus ꝑcupisco: dignare (quęso) hodie infirmam animam meam, te salutarem victimam ⁊ fontem omnium gratiarum recipere cupiẽtẽ tam clemẽter ⁊ gratiose inuisere, vt medelã in corpore ⁊ anima, tua ex pñtia gaudeam inuenisse. Ne respicias dñe ad iniquitates, ⁊ negligentias meas, sed ad miserationes tuas infinitas. Tu nanque es, per quem orbis terrę creatus est, ⁊ sanatus: per quem oẽs herbę, ⁊ cunctę res virtuosę suas sortiuntur virtutes. Tu es agnus ille immaculatus, qui hodie pro totius mundi redemptione patri ęterno victimaris. O manna dulcissimum. O nectar suauissimum: confer ori meo tuę salutaris pñtię mellifluum gustum. Accende in me charitatem tuam: ⁊ extingue vitia: virtutes infundę: gratiam adauge: salutem mentis ⁊ corporis tribue. Inclina quęso cęlos tuos, ⁊ descende ad me: vt tibi coniũctus, ⁊ vnitus tecum pariter vnus efficiar Spiritus. O venerabile sacramentum, per te (quęso) omnes inimici mei repellantur: peccata dimittantur: ⁊ omnia mala per tuam prędentiam excludantur. Bonum propositum tribue, mores corrige, ⁊ omnes actus meos in tua voluntate dispone. Intellectus per te Je-

su dulcissime hoc nouo lumine illustretur, affectus inflammetur, spes roboretur: ⁊ vita mea emendata semper proficiat in melius: ⁊ tandem conferatur exitus bonus. Amen.

¶ Alia Oratio deuota.

VEni dñe Jesu Christe amor meus, ⁊ beatitudo mea, iucunditas mea, desiderium meum, ac vnica spes animę meę: veni in cor meum: intra in animam meam: ⁊ munda eam a vitiorũ sordibus, orna eam monilibus tuis: vt gratanter ⁊ delitiose in ea habites: ⁊ mihi misero securam ⁊ felicem in tuo amore quietem tribuas: qui dignaris quiescere super humilem ⁊ quietum ⁊ trementem sermones tuos: ⁊ delicię tuę sunt habitare cum filijs hominum. Veni (inquam) dulcissime dñe Jesu Christe in animam meam: ⁊ esto cum ipsa, atque munda eam. Veni dñe dilectissime, ⁊ in pręcordijs meis immorari ⁊ habitare digneris: vt per huius immortalitatis donum non damnandorũ iudicium, aut vindictam reorum incurram, sed tuo fultus auxilio atria virtutum, ⁊ pacis epulas, ⁊ Angelorum comunia lęta adire merear. Qui viuis ⁊ regnas in secula seculorum.

¶ Oratio Sancti Thome de Aquino.

ADoro te deuote latens deitas, quę sub his figuris vere latitas. Tibi se cor meum totum subijcit: quia te contemplãs totum deficit. Visus, gustus, tactus in te fallitur, sed solo auditui tute creditur. Credo quicquid dixit dei filius: nihil veritatis hoc verbo verius. In cruce latebat sola deitas, sed hic latet simul ⁊ humanitas. Ambo tamen credens atqꝫ cõfitens, peto qđ petiuit latro pęnitens. Plagas sicut Thomas non intueor: Deũ tamen meum te confiteor. Fac me tibi semper magis credere: in te spem habere: te diligere. O memoriale mortis dñi, panis verus, vitam prestans homini, presta meę menti de te viuere: ⁊ te illi semper dulce sapere. Pie pellicane Jesu dñe me immundum munda tuo sanguine. Cuius vna stilla saluuꝫ facere totum mundum posset omni scelere. Jesu quem velatum nunc aspicio, quando fiet illud, quod tam sitio: Vt te reuelata cernens facie visu sim beatus tuę glorię. Amen. ¶ Alia ofo ad deum filium.

TRansfige dulcissime Jesu medullas animę meę suauissimo vulnere amoris tui: vulnera viscera aię meę, vera fraterna ⁊ apostolica charitate: vt verę ardeat, lãgueat, ⁊ liquefiat aia mea solo

solo semper amore ⁊ desiderio tui: cupiat dissolui ⁊ esse tecum. Da vt anima mea te solum semper esuriat panem angelorũ, panem vitę cęlestis, qui de cęlo descẽdisti, ⁊ das vitam mundo, panem nostrum quotidianum supersubstantialem, habentẽ oẽ delectamentum, ⁊ oẽm suauitatis saporem. Te in quem desiderant Angeli prospicere, te semper sitiat cor meum fontem vitę, fontem sapientię, fontem ęterni luminis, hubertatem domus Dei: te cupiat, te cogitet, te somniet, te suspiret, te ambiat, te quęrat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur. Dia operetur in laudem, ⁊ honorem nois tui cum humilitate ⁊ discretione, cũ dilectione profectu ⁊ perseuerantia vsque ad finem. Vt tu sis mihi totus omnia in omnibus. Vt tu sis mihi semper tota spes mea, salus mea, fiducia mea, diuitię meę, dignitas mea, delicię meę, dilectio mea, oculus meus, amor meus, bonor meus, thesaurus meus: in quo solo fixa ⁊ firma ⁊ radicata sit semper mens mea ⁊ cor meum. Amen. ¶ Alia ozatio ad Deum filium.

DOmine Jesu Christe fili Dei vini, esto mihi propitius indigno peccatori. Et quia tu es vera via, dignare p hoc sacramentum corporis, ⁊ sanguinis tui, qđ accepi, omnem impietatẽ ac prauitatem priozis vitę meę in laudem ⁊ gloriã nominis tui transmutare. Et cum tibi ad iudiciũ fuero pręsentatus, noli me domine clementissime propter innumerabilia peccata mea dãnare: sed per hanc perceptionem redemptionis nostrę abira ⁊ a perpetratis facinozibus me digneris liberare. Qui viuis, ⁊ re.

¶ De celebratione duarum, vel triũ missarũ eadẽ die. Cap. 45.

SUnt nonnulli sacerdotes, ob raritatẽ clericozum, aut ecclesiarum paupertatem, duas parochiales ecclesias obtinentes, quibus a iure conceditur celebrare duas missas in die. Vi vel quicunque alij sacerdotes in casibus a iure permissis bis in die celebrare volentes, nõ debẽt in prima missa post sumptũ sanguinẽ se purificare, vel ablutionẽ digitorũ sumere, sed post sanguinis sumptionẽ digitos super calicẽ abluere, ⁊ ablutionẽ himõi in aliqõ vas mundũ reponere, ⁊ alia die, qua vnã missam tñ celebrabunt, post sanguinis sumptionẽ, vel eadẽ die post dictam secũdã missaz, de ea se purificare, seu post purificationẽ ⁊ ablutionẽ eiusdẽ secũdę misse eam sumere: Plures aũt q̃ duas missas vna die celebrare non licet, sola die Natiuitatis Saluatozis nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

stri Jesu Christi excepta: in qua quilibet sacerdos alias ad celebrandum dispositus pōt tres Missas celebrare: quod facturus ēt non debet in prima ꝛ secūda Missa se purificare, aut ablutionem digitorum sumere: sed eam in aliquod vas mundum reponere, ꝛ eam post purificationē tertię Missę sumere. Qui aūt eadem die plures Missas celebraturus, in prima vel secūda Missa se purificauerit, aut ablutionem sumpserit, non debet illa die alterius celebrare. Preterea sacerdos in die Natiuitatis prędictę duas vel tres Missas ꝛ sine aliqua intermissione celebraturus debet ante quamlibet Missarum huiusmodi dicere confessionem, ꝛ in fine cuiuslibet populo benedicere: ꝛ post primam ꝛ secundam Missas hmōi dicere Euāgelium sancti Joannis **In principio erat verbum, ꝛc.** Ac omnia alia facere ꝛ dicere, purificatione omissa, vt prefertur, quę in alijs Missis dicū. in quib⁹ vna tantum Missa celebrantur, dicuntur ꝛ fiūt. Post tertiā vero Missam loco dicti Euangelij sancti Joannis, dēt dici euangelium secundum Matthęum. **Cum natus esset Jesus ꝛc.** quod habetur in Missa diei Epiphanię Domini.

De Missa sicca nuncupata. Cap. 46.

Sunt ꝛ alij sacerdotes, qui in quadragesima, vel alijs diebus, in quibus duę Missę speciales habentur, vez vna de festo, ꝛ alia de Dñica, vel feria, celebrata altera earum, aliā pro deuotione sua legunt, absqz ꝓsecratione: quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione post Missam celebrataz, ꝛ euangelio sancti Joannis lecto, celebrans deponat casulā: ꝛ oībus alijs paramētis retentis, stās in cornu epistolę, versus ad altare detecto capite, legat absolute ex Missali introitum alterius Missę **Gloria in excelsis deo.** Si illud in prima Missa non dixit, ꝛ secūdę Missę conueniat: aliquin ipsum prętermittit. Idem obseruat de **Credo in vnum deum:** Subiungit absolute prętermissis. ℣. **Dñs vobiscum,** ꝛ **Oremus,** Orationē epistolā, Graduale, Alleluia, vel Tractum, Euangelium quod incipit **Sequentia** vel **Initium sancti Euangelij,** prętermisso ℣. **Dñs vobiscum.** Offertorium. Communionem. Et similiter omissis. ℣. **Dñs vobiscū,** ꝛ **Oremus,** Absolute subiungat post cōionez, omnia intelligibili voce legens: ꝛ sic ibi absque alia ceremonia officium ipsum terminet. Tum dicat secrete, seu competenti voce Antiphonā,

Trium

Trium puerorum ꝛc. Deponat omnia paramenta, prout superius post Missam ordinariam dictum est.

De eadē Missa sicca i mari ꝛ fluminib. celebrari solita L. 27.

In loco fluctuanti, vt in mari ꝛ fluminibus celebrare nō licet alicui. Consuecuit tamen in mari, pro populorum deuotione absqz ꝓsecratione Missa (quā sic cā vocant) dici per sacerdotez hoc ordine. In loco nauis ecclesiola nuncupato, parata est mēsa, supra quam ponat mappa munda, ēt non benedicta: ꝛ in medio partis posterioris eiusdez mensę crux, ac hinc ꝛ inde in cornibus posterioribus ipsius mensę duo candelabra cum duabus candelis ardentibus collocētur: vbi sacerdos Missaz hmōi dicturus afi dictam mensaz stans, accipiat superpelliceū, ꝛ desup stolā ab humeris dependentē: quaz transuersat ante pectus per modū crucis: ꝛ cingulo eam firmet. Vel ſm alios, oībus paramentis sacerdotalibus induatur ordine superius dato, omissa sola planeta, siue casula, qua non vtit. Sicque paratus stans ante mensaz p̄dictam faciat cōfessionem cū his, qui intersunt dicens. **In nomine patris, ꝛ filij, ꝛ spiritus sancti. Introibo ꝛc.** Prout hz supra in principio Missę, vsqz ad orationem **Oramus te domine, vt per merita ꝛc.** exclusiue: ascendat ad mensam p̄dictaz: ꝛ omisso illi⁹ osculo, stās in cornu epistolę legat **introitū, Missę Kyrieleis, Gloria in excelsis Deo** si est dicendum. **Dñs vobiscū** non vertendo se ad populum. **Oremus, ꝛ orationem ordinariam.** Deinde si placet, ꝛ dies ꝙueniat, faciat vnam vel duas cōmemorationes: legat **Epistolā, Graduale, Alleluia,** si est dicēdum, **vel tractū:** portet librum ad Cornu Euāgelij: dicat in medio mensę **Mūda ꝛc. Dñs sit in corde ꝛc.** deinde ante librum, **Dñs vobiscū, Sequentia ꝛc.** signando librum ꝛ se in fronte, ore ꝛ pectore. finito Euangelio osculetur textum: dicat **Credo,** si dies ꝛ officium requirat. **Dominus vobiscū** non vertendo se ad populum, **Oremus** Offertorium, Prefationem, Sanctus ꝛc. **Oremus** p̄ceptis salutaribus moniti ꝛc. Pater nr. Agnus dei. ꝛ det osculum pacis, si alias officio illius diei quod legit conueniat: reuertatur cum libro ad cornu Epistolę, dicat cōionem in eōdē loco **Dñs vobiscum** non vertendo se ad populum, Post cōionez, ꝛ cōmemorationes, si prius fecit ibidē, **Dñs vobiscū,** vt prius: ꝛ **Ite Missa est,** vel **Bñdicamus,** prout conuenit, aut

Requie-

Requiescant in pace si legit pro defunctis: quo dicto ibidem se vertat ad populum, ⁊ illi more solito benedicat, si non legit pro defunctis: pro quibus si legit benedictionē hmōi pretermittat. Tum dicat Dñs vobiscum. ⁊ signans seipsum in fronte, oꝛe, ⁊ pectore, continuet, Initium sancti Euangelij ſm Joannem. In principio ⁊c. vt supra. Quo finito, vestes sacras, quas recepit, ibidem deponat. Omnia premissa in hmōi Missa dicuntur voce intelligibili: ita ꝙ ab oibus illis, qui intersunt, audiantur.

¶ De eadē missa coꝝ infirmo, vel alia psona celebrāda. L.48.

Et si aliqñ accidat, ꝙ quis infirmus, vel alius velit missam audire, vbi non est sacerdos ad missam celebrandam dispositus, quia ipse eadem die celebrauit, vel ex alia legitima causa, poterit sacerdos in ecclesia vel alio loco conuenienti, vt premittitur, missam hmōi siccam legere in oibus ⁊ per oia, prout superius de missa nauali dictū est: ⁊ non debet in ea sacrum ostendere: etiaꝫ si illud in Ecclesia ibidē in loco suo sacro habeat paratum propter periculū offensionis. Ad laudem saluatoris nostri.

¶ Tractatus de defectibus in missa occurrentibus. Cap.49.

Defectus misse sunt, qñ requisita ad misse celebrationem deficiunt. Isti aūt defectus contingunt aut ex parte sacri, aut ex parte ministri, aut ex parte ministerij: qꝛ in sacro requirit panis triticeus, vinum de vite, aqua naturalis, ⁊ sunt hec ex parte materie. Ex parte vero forme requiruntur verba cōsecrationis, ⁊ intentio consecrātis. In ministro aūt requiritur exterius debitum vestimentū, ⁊ in coꝝpore ieiunū, ⁊ dispositio mētis ⁊ aīe quo dqꝫ sit rite ordinatus. Et in ministerio requirit, ꝙ missa cōpleatur. s. ꝙ sacrificium sit cōpletum ⁊ perfectū: ⁊ ꝙ sacerdos sumat sacrificium cōicando. Unde de his dicendū est per ordinē.

¶ Primo de defectu panis. Cap.50.

Sciendū est igitur, ꝙ conficiens in pane fermentato, grauiter peccat: qꝛ facit cōtra statutū ⁊ cōsuetudinē Ecclesie. Si vero cōficiatur in pane, qui incipit coꝝrūpi, silr grauiter peccat. Etiā conficiendo in azymo coꝝrupto ⁊ infecto pp irreuerentiā sacri: tñ talis panis si cōficiatur sacrm est. Sed si panis sit adeo coꝝruptus, ita ꝙ in eo deficeret spēs panis, non pōt cōfici, hoc est per verba sacri non efficitur coꝝpus Xpi: ⁊ ꝙ spēs maneat, pōt cognosci ex hoc: ꝙ ꝙntitas nō est soluta, nec alia accidētia ablata.

ta. Hec S. Tho. ⁊ Albertus. ¶ Item si grana alterius generis fuerint admista tritico in tanta quantitate, ꝙ aliaꝫ spēz faciant, siue ꝙ medium ꝙstituant, nō pōt ex eo ꝙfici sacrm, tamē ex modica quantitate non impeditur. S. Tho. ⁊ Albertus, ⁊ Petrus. ¶ Si panis sit de aqua rosacea ꝙfectus dubitatur iter Doctores, ⁊ S. Tho. dicit esse probabilius, ꝙ non possit confici. ¶ Si sacerdos infra Missam ante ꝙsecrationē aduertit hostiam non esse triticeaꝫ, vel esse coꝝruptam: remota illa hostia, aliam ponat: ⁊ a canone reincipiat. Si vero post ꝙsecrationē hoc aduertit, idem faciat ponendo aliam hostiam: ⁊ eam sumendo: sed nihilominus postea illam primam sumat: aut alijs sumendaꝫ tradat, vel eam reuerenter ꝙseruet. Petrus. Quod autem dicit hic Petrus ꝙ reincipiat a canone, S. Th. tñ dicit in simili casu esse reincipiendum tñ a verbis consecrationis, vt habes infra. Si vero sacerdos aduertat dictum defectum hostię postquaꝫ sumpserit: licet in isto casu variēt Doct. tamē S. Tho. tenet in Tertia parte, ꝙ debet aliam ponere hostiam, ⁊ consecrare, ⁊ sumere: qꝛ preceptum de perfectione sacri maioris est ponderis quaꝫ preceptum, ꝙ a ieiunis sumatur. ¶ Per id autem quod dicit Petrus: Si sacerdos infra Missam aduertat hostiam non esse triticeam, vel esse coꝝruptam, patet quid agendū sit, si nulla hostia fuerit posita, vel si posita fuerit perdita. Et per id quod dicit S. Tho. si aduertat de defectu hostię post eius sumptionem potest hoc idem intelligi, si aduertat etiam post sumptionē sanguinis, rursus ꝙ ponat nouum panem ⁊ nouum vinum ⁊ consecret, atqꝫ prosequatur, ⁊ sumat, ne sacrm remaneat imperfectum: quod magis expresse apparebit infra, vbi statim dicetur de defectu vini, ⁊ ponent magis expressa verba ipsius S. Tho.

¶ Quale esse debeat vinum, qō in cōsecratione sacri Eucharistię ministratur: ⁊ de defectibus eius, qui occurrere pſit. Cap.51.

De vino primo sciendum est, ꝙ si vinum factum est omnino acetum, non potest de ipso confici sanguis Christi: quia vinum differt ⁊ acetum, sicut viuum ⁊ mortuuꝫ, ſm Philosophū. Sed si vinum sit in via quasi accescendi, tunc idem est iudicium, quod de pane, qui est in via ad coꝝruptionem, scilicet ꝙ potest confici: peccat tamen huiusmodi conficiens grauiter, propter irreuerentiam sacramenti. Sanctus Thomas, ⁊ Albertus.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et addit Albertus, q̄ si vinum putridum sit tātum, q̄ vini natu-
rā perdiderit: non pōt ꝓfici. Quod si non est corruptū, sed in via,
pōt ꝓfici: sed tñ ꝓficiens peccat, vt dictū est de vino, qō tendit in
acetū. Et idē intelligendū de vino multuz pontico, siue acri. De
agresti nō potest ꝓfici. S. Tho. ⁊ Albertus. De musto pōt ꝓfici:
non tñ faciendum est de multum recenti ꝓpter impuritatez. S.
Tho. ⁊ ℙetrus. Si vino apponatur tanta aqua, q̄ non conuer-
tatur in vinuz, non ꝓficitur. Et non debet apponi aqua rosacea,
vel alia artificialis. Si tamen apponeretur in tam modica quā-
titate, q̄ in vinum conuerteretur, conficeretur. Hęc S. Tho. ⁊
ℙetrus. ¶ Item si sacerdos post ꝓsecrationem corporis. s. an-
te consecrationem sanguinis percipiat aut vinum, aut aquam
non esse in calice, debet statim apponere ⁊ consecrare. Si vero
post oīa verba ꝓsecrationis percipiat, q̄ vinum non fuerit posi-
tum, sed aqua: siquidē hoc percipiat ante sumptionez corporis,
debet deposita aqua si ibi fuerit, ponere vinum cum aqua, ⁊ resu
mere a verbis cōsecrationis sanguinis. Si vero hoc percipit
post sumptionē corporis debet apponere aliā hostiā simul cum
sanguine iterū ꝓsecrandā, ⁊ in fine sumere hostiam iterum cōse-
cratā ⁊ sanguinem, non obstante ēt si prius sumpsit aquam, quę
erat in calice: qz pręceptū de perfectione sacrī maioris pōderis
est, q̄ pręceptum, q̄ hoc sacrm̄ a ieiuno sumatur. Hęc S. Tho.
¶ Ex prędictis nunc verbis demonstrātur illa duo, quę supra-
dicta sunt, cum de defectu panis dictum est. Dicit ēt S. Thom.
q̄ non sufficit sacerdoti solam hostiam sumere ne imperfectum
remaneat sacrm̄: sed si solum sanguinem aliquis consecraret: ⁊
sumeret: ita remaneret sacrm̄ imperfectum, sicut si solam ho-
stiam consecraret, ⁊ sumeret. Tunc aūt solum sanguinem con-
secrasset ⁊ sumpsisset, si post sumptionem sanguinis cognosce-
ret, q̄ hostia non fuisset triticea, vel q̄ fuisset corrupta. Et vt hic
dicit S. Tho. etiam si solutum sit ieiunium, repetendum est sa-
cramentum, vt sit integrum. Et cum ℳissę celebritas termine-
tur benedictione sacerdotis, vt dicetur infra: non ita iudican-
dum est de defectibus ℳissę reparandis ante benedictionez sa-
cerdotis, cum adhuc stet officium ℳissę: sicut post benedictio-
nem, quando iam est solutum officium ℳissę: quia post bene-dic-
tionem, quicquid fieret, magis videretur iteratio ℳissę, quam

reparatio

reparatio defectus. Item ex verbis sancti Tho. immediate su-
pradictis apparet, q̄ in reparatione sacramenti imperfecti suf-
ficiat resumere a verbis consecrationis: inde tamen omnia ordi
nate sunt repetenda, quia vt dicitur .7. q.1. perfecta non possunt
dici sacramenta, quę perfectum non habent ordinē. Et S. Th.
dicit: q̄ immane est sacrilegium: si non perficiatur hoc sacramē
tum. Unde concilium Toletanum tulit sentētiam excōmunica-
tionis in eos, qui cum possint, non perficiunt istud sacramen-
tum: vt patet supra in loco decreti immediate allegato.

¶ De defectu aquę. Cap. 52.

Sacerdos si percipiat aquam non fuisse appositam in vino an-
te consecrationem sanguinis, ponat eam: ⁊ dicat verba con-
secrationis. Si autē percipiat post consecrationem sanguinis,
nullo modo debet postea aquam apponere: quia non est de ne-
cessitate sacramenti: ⁊ sequeretur corruptio sacramēti in aliqua
parte. Siquis tamen ante consecrationem scienter diuitteret
appositionem aquę, grauiter peccaret: quia ageret contra con-
stitutionem Ecclesię, ⁊ quia Dominū apposuisse creditur. Non
autem sufficit q̄ aqua apponatur, quando vinum adhuc est in
dolio, quia hoc non significaret aliquid: sed oportet, vt immine-
te oblatione apponatur ad sacramentum. Hęc S. Tho.

¶ De defectu formę. Cap. 53.

Pro notitia formę, sciendum est, q̄ Ambrosius in libro de sa-
cramentis dicit, q̄ hoc sacramentum conficitur in verbis, ⁊
sermonibus Christi. Ex quo dicto concludit S. Tho. q̄ forma
consecrationis huius sacramēti sit: Hoc est enim corpus meū:
⁊ Hic est enim calix sanguinis mei, noui ⁊ ęterni testamēti, my-
sterium fidei, qui pro vobis, ⁊ pro multis effundetur in remissio-
nem peccatorum. Illa vero verba, Accipite ⁊ manducate, per-
tinent ad vsum materię consecratę. Similiter illa verba. Hęc
quotiescunque ⁊c. pertinent ad vsum huius sacramenti: quia
vsus non est de necessitate sacramenti: vt dicit idem S. Tho.
Item illa coniunctio, enim, non est de substantia formę: tamen
dici debet secundum vsum ecclesię, qui vsus a beato ℙetro in-
tium sumpsit. Etiā beatus Tho. dicit, q̄ si prędictę formę mutē-
tur, nihil efficitur, ēt si videātur verba idem significare: similiter
si aliquid de dictis formis diminuitur. Si vero aliqui adderetur,

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod significationem non mutaret, nec errorem induceret, magnum peccatum esset: tamen cōficeretur fm Albertū. ¶ Dicit autem S. Th. q forma prędicta vtens pronomine demonstratiuo, ostendit q materia consecranda debet esse coram sacerdote. Unde sacerdos existens in domo sua non potest consecrare panem, qui est in arca, aut ēt in foro, vel vinum, quod est in cellario. Sed quantacunq; sit quantitas panis ꝛ vini, quę coram sacerdote ponitur, potest ab ipso consecrari. S. Th. ēt dicit, q si sacerdos non recordetur se dixisse ea, quę in cōsecratione communiter dīr, nō debet ex hoc turbari. Non enī qui multa dicit omnium recolit, quę dixit. Si tm sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse: siquidem non sunt de necessitate sacramenti, non debet resumere immutando ordinez sacrificij: sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum, quę sunt de necessitate sacramenti, scilicet formaz consecrationis: debet resumi ipsa forma, ꝛ cętera per ordinem recitari.

¶ De defectu intentionis ministri. Cap. 54.

NOn solum autem necessaria sunt ad conficiendum prędicta verba, sed etiam requiritur intentio: quia secundum Augustinum, in sacramentis sine intentione nihil agitur. Unde Sanctus Thomas dicit, quod ad perfectionem sacramenti requiritur intentio ministri, qui se subijciat principali agenti: scilicet vt intendat facere, quod Christus fecit ꝛ ecclesia: dicit, quod non est necessaria intentio actualis, sed sufficit habitualis: vt conficiatur. Puta, si sacerdos cum accedit ad altare ad celebrandum intendit facere quod fecit ecclesia, perficitur sacramentum. Sed si postea suspendatur eius intentio per aliam occurrentē cogitationē, nihilominus perficitur sacrm ex virtute intentionis propositę. Tm studiose curare debet minister sacri, vt ēt actualem adhibeat intentionem. Et dicit, q cum aliquis non intendit sacrm perficere, sed delusorie aliquid agere, talis peruersitas tollit virtutem consecrandi ꝛ virtutem sacri, prępue qm intentionem exterius manifestat. Si aūt intentio ministri peruertatur quantum ad id quod sequitur sacrm: puta, si sacerdos intenderet conficere corpus Christi, vt eo ad venefitia vteretur: quia prius non dependit a posteriori, talis intētionis peruersitas veritatem sacramenti nō tollit: sed minister ex tali

tali intentione grauiter peccat. Dicit enī Albertus, q si aliquę hostię ex oblitione remaneant in altari, aut aliqua pars vini, ꝛ sacerdos conficiat, illa non sunt ꝓsecrata: qz de eis nō intendit. ¶ Durandus aūt posuit casum. Si sacerdos habeat coram se vndecim hostias, ꝛ intendit consecrare decē, quęrit quot sint ꝓsecratę. Rndet distinguendo, q hoc potest primo duobus modis intelligi. Uno modo q numerus sit solum intentione, ꝛ non in opinione, intentio aūt sit quicquid sit corā se consecrare, verbi gza. Si aliquis habeat cōsecrare, ꝛ coram se habeat vndecim hostias, ꝛ opinatur esse decem, ipse vero intendit ꝓsecrare quicquid est, coram se, patet, q eius opinio fertur ad numerum, sed eius intentio nō fertur ad numerū: vnde quia effectus cōsecrationis sequitur intentionem, ꝛ non opinionem, omnes vndecim sunt consecratę. Alio modo potest intelligi prędictus casus, quando dicitur, habet coram se vndecim hostias, ꝛ intendit cōsecrare decem, vt non opinio, sed intentio feratur ad numeruz: ita scilicet, q non velit plus quam decem, sed tm decem consecrare, tunc in tali casu prędictus doctor facit secundam distinctionem, dicens, q hoc duobus modis contingere potest. Uno modo, q sciat veritatem numeri: alio modo q ignoret veritatē numeri. Et si sciat veritatē numeri. s. q hostię sint vndecim, ꝛ ipse decem tm consecrare intendit, aut decem distincte intendit consecrare, ꝛ patet, q illę decem tm sunt consecratę, de quibꝰ intendit: ꝛ vndecima, de qua non intendit, non est ꝓsecrata: Aut sacerdos scit esse hostias vndecim, ꝛ intendit cōsecrare decem, non distinguendo vel determinando, quas decem intendit, ꝛ ꝑ re, tunc nulla est ꝓsecrata, eo q intentio non fuit ad aliq̄ determinatā. Et cuz isto dicto satis cōcordat S. Thom. in 3. par. q. 63. vbi dicit, q minister sacrorum est sicut instrm principalis agentis. s. Christi vel ecclesię. Et cum tale instrumentum habeat cognitionem, requiritur, q per intentionez se determinet ad opꝰ: quod in virtute principalis agentis producere debet. Ideo sequitur q vbi non determinat se, nihil operat. Si vero sacerdos ignoret veritatē numeri hostiarum, ꝛ intendit decez hostias tm ꝓsecrare, dicit idem Durandus, q eodez modo distinguendus est, vtrum determinet quas decez intendit, vel non determinet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et rñdendum est sicut in casu immediate pcedenti. Sed dubitatur qñ, cum numeris ignoretur. Cui dubitationi rñdeatur: hoc posse contingere: q decem hostias videat extensas, t vna ibi lateat? Ipse autem intendit oēs, quas videt, t nullam aliam consecrare. Vel pōt esse, q decem ipse ibi posuerit, t vna erat ibi quā nescit: ipse vero intendit oēs illas quas posuit, cōsecrare. t redit hic casus in casum supra positum Alberti, quia tunc illa non est ꝓsecrata, quam nesciut ibi esse: t oēs alię consecrate. Si autem vnam plus ipse posuerit, quaz crediderit: vel alius vndecim posuerit: t ipse mandauit poni decem: t non intendit consecrare nisi decem tantum: tunc non est determinata eius intentio: t sicut supradictum est, nulla est consecrata.

¶ De defectu vestimentorum. Cap. 55.

Sciendum est, q ꝑm S. Tho. t Alber. t alios Theologos, si omittatur aliquid de his, quę ad ritū celebrationis pertinent, quilibet dimittens aliquid tale, puta, tꝑs debitum, altare tribus mappis coopertū, vestes, t hmōi, graviter peccat: nihilominus cōsecrat, si est ordinatus, t adsit eius intentio, t debita materia, t debita forma: sed grauissime peccat, si scienter hoc faciat. In his potes colligere quę sint illa, sine quibus nō cōficit. s. materia debita: t forma cū intētione: t ordo in conficiente. Quicquid horū quatuor deficiat, non ꝓficitur sacr̄m. Et istis quatuor existentibus, quibuscunqz alijs deficientibus, veritas adest sacri.

¶ Scōm Host. sufficit, q vnus sit pręsens in Missa, qui sacerdoti rñdeat: quamuis. de conse. dist. 1. dicatur q duo requiruntur. Mulier in Missa ministrare non potest. ¶ Etiam sine lumine nō debet aliquis celebrare. extra de celeb. Miss. c. ex parte.

¶ De defectibus dispositionis corporis. Cap. 56.

In conci. Toletano factuz fuit ꝑceptum sacerdotibus, q nullus sacerdos post potū cibūque, quantumcunque minimum sumptū, Missaz celebrare pręsumat. Et glo. ibidē dicit, q intelligitur de cibo, vel potu post mediaz noctē sumpto: qr in media nocte incipit dies ꝑm ecclesiā. Et nos videmus esse verū, quia tunc incipitur officiū diei. s. matutinū quasi pertinens ad mane illius diei velut initiū. Dicit ēt S. Th. q post sumptionem aquę vel alterius potus, aut cibi, aut ēt medicinę, in quātacunqz parua quantitate, non licet cōicare: nec refert vtrū nutriat, aut non, aut

aut per se, aut cū alijs: dūmodo sumatur per modum cibi, vel potus: reliquię tñ cibi remanentes in ore, etsi casualiter transglutiantur, non impediunt cōionez, qr non transglutiūtur per modū cibi, sed per modū saliuę, quę vitari nō pōt. Si aūt ante mediam noctem sit sumptus cibus vel potus, potest cōicare. Nec refert vtrum postea dormierit, vel vtrum cibus sit digestus, quantum ad rationem pręcepti: tamen posset impedire quantū ad turbationem mentis in hoc, quod tollitur deuotio.

¶ De immunditia corporali. Cap. 57.

De immunditia vero corporali dicit S. Th. q cum iste cibus non est corporis, sed mentis, ideo in eius sumptione magis est consideranda dispositio mentis, quam corporis. Et ideo dicit, q si immunditia corporalis sit perpetua, siue diuturna, non est abstinendum a communione: ne propter immunditiam corporis perdatur fructus mentis. Si autem immunditia sit temporalis, t potest purgari, non prohibetur, si est bene dispositus in mente. Tamen laudabile foret abstinere pro modico tempore. Si autem sacerdos infra Missam recordatur se non esse ieiunum quid faciendum sit, vide infra cap. 7. in fine.

¶ De defectibus dispositionis animę. Cap. 58.

Alter dictus, suspensus, t excōicatus etiam iniuste, cōicare nō debet: qr in talibus est defectus rei significatę. s. defectus vnitatis corporis mystici. Item quicunque cum conscientia peccati mortalis ad cōionem accedit, mortaliter peccat. Prime ad Cor. 9. Qui manducat t bibit indigne, iudicium sibi t c. Itē non sufficit ei qui communicare intendit, q sit solū contritus, immo si habeat copiam sacerdotis, qui cum possit absoluere, peccat sine confessione cōicando. Si vero non habet copiam, tunc si immineat necessitas cōicandi, vel celebrandi: puta, quia timetur scandalū populi: vel iā inceptum est mysterium sacri: vel aliquis infirmus loquelam amisit: t est in proposito confitendi: mutdo: si primo non possit confiteri. Hęc Pet. t Alber. t S. Thom. Sacerdos autem, qui cum conscientia peccati mortalis accedit ad altare, non solum peccat mortaliter propter cōionem, sed etiam quia exercet actus ordinis: vt ostēdunt S. Tho. t Alber. Verum pro sola executione actuz ordinis: sufficeret ei so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

la contritio sine confessione, vt dictum est. In nullo autem casu potest aliquis celebrare, vel communionem recipere sine contritione: quia mortaliter peccat.

¶ De pollutione. Cap. 59.

POllutio in somnis impedit cōmunionem, quando causata est a cogitatione precedenti, que fuerit peccatum mortale, si cōsensus fuerit in tali cogitatione de actu, vel si consensit in delectatione cogitationis. Si dubium est, vtrum in precedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, abstinendum est: nisi necessitas aliqua requirat, q celebret, siue cōicet. Si vero certum est q in precedenti cogitatione non fuerit peccatū mortale: vel si nulla cogitatio precesserit, que causa pollutionis fuerit: cōicari potest: nisi pollutio tm perturbauerit mentem ex cōmotione corporis, q deuotionem habere non possit: t cum fuerit abstinendum, tempus quo abstinendum est sunt. 24. horę. Hęc S. Tho.

¶ Si sacerdos post cōsecrationem inceptam recordetur se comedisse vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium t sumere sacramentum. Et si recordetur se peccatum commisisse, debet pēnitere, t dolere cum proposito confitendi, t satisfaciendi: t sic non indigne, sed fructuose potest sumere sacramentum. Et eadem rō est, si meminerit se cuicunq excōicationi subiacere. Debet enim assumere propositum absolutionem petendi, t sic per inuisibilem pontificem Jesum Christum absolutionem consequitur quantum ad hūc actum, per quem agit diuina ministeria. Si vero ante consecrationem alicuius p̄dictorum memor sit, tutius reputarem, t maxime in casu excōicationis, suspēsionis, t interdicti, ac manducationis q Missam inceptam deserat: nisi timeretur graue scandalum. Hęc sanctus Thomas.

¶ De defectibus Missam celebranti interdum occurrentibus. Capitulum 60.

SAcerdos, qui celebrat Missaz, debet semper sumere sacramētum integrū: vt dicitur supra in rubrica de defectu panis, t vini. Quod debeat sumere, patet de consec. dist. 2. relatum. Toties autem sumat, quoties celebrat: quia ipsum sacramentuz in sumptione complementum suę significationis accipit. Et intelligēduz est, nisi per violentiā impediatur, vel per infirmitatē, vel per mortem, vel huiusmodi. Et si plures Missas aliquis celebrat in vna

vna die, solum in vltima percipiat perfusionez, t nō in precedēti: q tūc nō esset ieiunus, nec aliā Missaz celebrare posset: extra de celeb. Miss. ca. ex parte. Sed si sacerdos post consecrationez infirmetur, t non habeatur alia hostia, nihilominus debet alius sacerdos requiri, qui. s. Missaz prosequatur ab infirmo nō completam: t hostiaz debet diuidere, t vnā partē ipse sumere, t aliaz infirmo dare. Hęc S. Tho. ¶ Item si sacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis, non oportet q per alium suppleatur: Si vero cōsecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel ēt consecrato vtroque, debet celebritas per alium expleri. vt 7. q. 1. c. nihil. S. Tho. Mūo autē Missa compleatur, ostendit prefatus canon supradicti concilij, dicens: Non enī aliud explementū initiatis mysterijs cōpetit, quam aut incipientis, aut subsequentis benedictione completa sint sacerdotis. Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos, ostendit in ipso eodem c. inferius, vbi dī. Nullus absque patenti pręuentu molestię minister vel sacerdos cum ceperit, imperfecta officia presumat omnino relinquere. Siquis autem hoc temerarie presumpserit, excōicationis sententię subiacebit.

¶ De perturbationibus occurrentibus Missam celebrantibus. Cap. 61.

POst tractatū de defectibus Missę, dicēdum est de perturbationibus interdum occurrentibus his, qui Missaz celebrāt. Turbatur autem Missa, aut propter scandaluz sacramenti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandaluz sacramenti est, si detur, aut si vomitu proijciatur. Scandaluz sacerdotis est, si sumere nequeat, aut propter commistionem alicuius rei abominabilis, vel periculi, aut propter apparitionem alicuius speciei, que non debet comedi, vel potari.

¶ Quando cadit corpus Christi. Cap. 62.

SI propter frigus, vel negligentiam, hostia dilabatur in calicem: propter hoc non est necesse aliquid reiterari: quia quod solum minima pars hostia mittatur in calicem hoc respicit corpus Christi mysticum: ideo prętermissio huius non facit imperfectionem sacramenti. S. Thom. ex concil. Aurelian. de cons. dist. 2. dicit: Qui bene non custodierit: aut qui sacrificium perdiderit in Ecclesia: aut cui pars eius ceciderit, t non inuenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit, 30. dies pniteat: de pnitentia vide in sequenti capitu.

¶ Quando cadit sanguis Christi. Cap. 63.

SI per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidez super tabulā, quę terrę adhereat, lingua lābatur, ⁊ tabula radatur. Sed si non fuerit tabula locus ipse radatur ⁊ comburatur: Cinis vero iuxta altare recondatur: ⁊ sacerdos. 40. diebus pniteat. Si vero super lapidē altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillā: ⁊ tribus diebus pniteat. Si super linteum altaris ⁊ ad aliud linteum peruenerit stilla, quatuor diebus pniteat sacerdos. Si vsq; ad tertiuz peruenerit, 9. diebus pniteat. Si vsque ad quartuz, 20. diebus pniteat. Prędictis aūt diebus debet sacerdos ieiunare, ⁊ a cōione cessare: pēsatis tñ ꝺditionibus negotij ⁊ psonę, pōt minui vel augeri ad pnām prędictaz. Hęc S. Th. Et idē intelligendum est in seq. cap. ⁊ abluantur tribus vicibus linteamina, quę stillam tetigerunt, calice suppposito: ⁊ aqua ablutionis iuxta altare ꝺdatur. de cōs. dis. 2. si per negligentiam. Pōt tñ sumi a sacerdote: nisi pp horrorem dimittatur: vt ponit S. Th. Et cautū est, vt pars illa lintei, siue pallę, post ablutionez ascindat ⁊ cōburatur: ⁊ cinis in altari condatur: Hęc S. Tho.

¶ De vomitu sacramenti. Cap. 64.

SIquis Eucharistiam euomuerit, si fit laicus, ⁊ per ebrietatem vel voracitatē euomuerit, 40. diebus pniteat. Clerici vero ⁊ monachi, presbyteri, diaconi ⁊ subdiaconi, 70. diebus pnitebāt. Episcopus autem 90. Si vero causa infirmitatis euomuerit, 7. diebus pniteat. de consec. dist. 2. cap. Siquis per ebrietatem. Et debet vomitus cremari, ⁊ cinis iuxta altare recondi: vt supra dictum est. Hoc tñ obseruandum, ꝙ vbicunqz species integrę inuentantur, sunt reuerenter conseruandę ⁊ sumendę: quia remanētibus speciebus, remanet ibi corpus Christi. Hęc S. Thom.

¶ De musca, vel aranea, vel veneno mistis cum sanguine Christi. Cap. 65.

SI musca vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum mistum fuerit, si sacerdos ante consecrationem hoc deprehenderit, debet calix ablui, ⁊ aliud vinum consecrandum apponi. Si vero aliquod eorum post consecrationem euenerit, debet animal caute capi, ⁊ diligenter lauari ⁊ comburi, ⁊ ablutio simul cum cineribus in sacrarium mitti. Quod si venenum ibidem esse

se deprehenditur, nullo modo debet sumi, nec alteri dari: ne calix vitę vertatur in mortem: sed diligenter in vasculo seruari debet: ⁊ ne sacramētum remaneat imperfectum, debet aliud vinū apponi: ⁊ sacerdos debet resumere consecrationem sanguinis denuo, ⁊ sacrificium perficere. Hoc intelligę si corpus nō sumpserit, quia tūc aliter faciendū esset, sicut suprādictum est in rub. de defectu panis ⁊ vini. s. ꝙ nouum panem apponat. Regula est autem, ꝙ nihil abominabile sumi debet occasione huius sacramenti. arg. de conse. dist. 2. si per negligentiam. Hęc S. Thom.

¶ De noua specie apparente. Cap. 66.

QUādo corpus Christi apparet in alia specie, cum vsus huius sacramenti sit per manducationem, quādo scilicet apparet in specie pueri, vel carnis cruentatę, vel simili modo, nō habet rationē cibi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Quod si omnibus appareat, debet cum reliquis poni. Hęc San. Thom.

¶ De horis canonicis a sacerdotibus dicendis, ex libro qui intitulatur Via salutis, edito a Fho Armando de Auzeria, Abbate S. Salnatoris de Lodona.

DIctum est supra de sacramēto Missę, ad quod prohibemur accedere nisi lotis manibus: idest sine laudibus Domini nostri Jesu Christi. Et ideo sancta mater Ecclesia septem laudes, idest horas canonicas instituit quolibet die Deo per clericos, ⁊ specialiter presbyteros offerendas. De quibus loquitur Psalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi domine: ⁊ transumptiue, 91. dist. 4. c. Presbyter. De celeb. Miss. cap. 1. ⁊ ibi plene in gl. fi. Nam sicut cadimus septies in dies per peccatum, vt habetur Luc. 17. ⁊ de pen. distct. 3. c. septies. ita resurgamus per septem horas, idest laudes canonicas: ⁊ primo dicendum est de hora matutinali.

¶ De matutinis. Cap. 67.

SIcut, ꝙ matutinum officiuz propter carnis illecebras domādas psallendo ⁊ orando, fuit a sanctis patribus institutum.

¶ Probatur, Eccles. 31. Vigilia honestatis tabescet carnes.

¶ Et dicuntur matutinę cōmuniter in media nocte, vt ait propheta: Media nocte surgebā ad confitendum tibi. ps 118. Et habetur transumptiue. 91. dis. presbyter mane, ⁊ de celeb. Miss. c. 1. Ratio est, qz Christus in eadē hora natus fuit. ¶ Secūda ratio

est: quia in illa hora captus fuit tempore passionis, ⁊ illusus a iudeis. ¶ Tertia ratio est: quia illa hora vel quasi surrexit, ⁊ infernum spoliauit, ⁊ venturus est iudicare seculum per ignem: prout multi dicunt, ⁊ habetur Matthei 25.

¶ De Laudibus. Cap. 68.

Laudes vero dicimus ad tentationes diaboli repellēdas. vnde Isa. 26. Expergiscimini ⁊ laudate, qui habitatis in pulvere. s. carnis. ¶ Item dicuntur ad coronam glie obtinendam, iuxta illud qō dr in Invitatorio quadragesime. Mō sit vobis vanū mane surgere añ lucē: qr pmisit dns coronaz vigilātib⁹. Et dicimus hoc officiū in signū, q iudei valde mane añ ortū diei q̄uenerunt ⁊ se q̄gregauerūt vt iterficerēt Jesum. ¶ Scda rō, quare i hac hora laudes deo vero canimus, est vt ei de eius natiuitate ⁊ captione ⁊ nra liberatione gras agamus, ⁊ eius aduentū cum gaudio expectemus. ¶ Tertia rō est, quare laudes illa hora dicim⁹, qr deus mūdū in mane creauit, ⁊ Aegyptios i mare submersit, ⁊ a mortuis resurrexit. Et ideo q̄sonum est, vt illa hora deo laudes debitas referam⁹, ne i mare hui⁹ mūdi cū Aegyptijs demergamur, ⁊ vt p nra creatione, ⁊ ei⁹ resurrectiōe gras deo reddam⁹.

¶ De Prima. Cap. 69.

Primam dicimus in signum, q ista hora Chs ad templum q̄ueniebat, ⁊ ppls mane ad eū venire festinabat. Et ideo nos exemplo eius ad horam primā vadimus: ⁊ in ortu solis eū dicimus. ¶ Scda rō quare ista hora prima dr, pōt esse, qr tali hora Christus ligatus Pilato fuit iudici presētatus, vt hr Matth. 27. ¶ Tertia ratio est, quia ista hora mulieribus apparuit, vt habetur Jo. 20. Et ideo in hac hora prima diei laudes deo exolvimus, vt ipsum imitemur, ⁊ sibi resurgenti ⁊ apparenti gras agamus, ⁊ vt tanquam olim principio ipsius diei primitias exoluamus.

¶ De Tertia. Cap. 70.

Tertiam dicimus in signū, q illa hora Chs linguis iudeorū morti fuit adiudicatus, vt hr de pe. dist. 1. periculose. ¶ Secunda ratio est, qr in hora tertia Spūs scūs super discipulos descendit. Unde cantat scā mr Ecclesia. Dum hora cunctis tertia, ⁊ Act. 2. cum fit hora diei tertia. ¶ Tertia rō est, quia tali hora Chs ad columnam fuit ligatus, ⁊ ibidem atrociter verberatus: deinde fuit in cruce positus, vt clare hūr ista omnia de Christi passione

passione in sacris Euangelijs. ⁊ de cons. dist. 1. nocte sancta.

¶ De Sexta. Cap. 71.

Sextā dicimus in signū, q in illa hora fuit Chs crucifixus manibus militum, vt hr Jo. 19. ⁊ de pe. dist. 1. periculose. ¶ Secūda ratio est quare in hora sexta oramus, quia ista hora Chs clauis q̄fixus est, ⁊ tunc tenebre per vniuersum mundū facte sunt. Mā sol, quasi lugens vestibus nigris se induit, vt crucifigentibus, deū lumē nō pberet, immo phiberet in quantū posset, prout legitur Lu. 23. ¶ Tertia ratio est, quare i hora sexta deū laudam⁹, qr tali hora Christus discipulis suis recumbentibus apparuit, ⁊ ipsis cernentibus est eleuatus in celum, Lu. 24. Mar. 16. Act. 1.

¶ De Nona. Cap. 72.

Nonam dicimus in signū, q Christus dei filius passus illa hora reddidit Deo patri spīm, dicens. In manus tuas ⁊c. vt habetur Lu. 23. ⁊ de celeb. miss. cap. In quadā. §. non ad esse homines. ¶ Secunda ratio est, quare hora nona deum laudamus, quia illa hora, vt legimus, miles cum lancea latus aperuit, vnde exiuit sanguis ⁊ aqua, vt hr Jo. 19. ⁊ de cons. dist. 2. c. 1. de summa trin. c. 1. in clc. ¶ Tertia ratio est, quia in hora nona cetus apostolorum ad orandū conuenire consueuerat. Act. 3. Et ideo nos exemplo ipsorum idē facere debemus, iuxta illud quod habetur de elec. c. significasti. 2. q. 1. c. Deus omnipotens.

¶ De Vesperis. Cap. 73.

Vesperas dicimus in signum, q Chs illa hora, cū sero factū esset, in cena sacrū corporis ⁊ sanguinis sui instituit, ⁊ pedes Discipulorum lauit, vt hr Jo. 12. ¶ Scda ratio est, quare in hora vespertina deū laudamus: qr ista hora Chs fuit depositus: prout hr Matth. 27. ¶ Tertia ratio est, quia in hora vespertina discipulis euntibus in castellum Emaus Christus in habitu peregrini apparuit, vt habet Luc. vlti. ⁊ 1. q. 1. Dominus in prima.

¶ De Completorio. Cap. 74.

Completoriū dicimus in signū q illa hora corpus Chi positū fuit in sepulcro, vt hr Lu. 23. ⁊ de q̄s. di. 1. cōsulto. ¶ Secunda rō est, quia in hac hora Christus sudauit guttas sanguinis seu sanguineas, vt habetur Lu. 22. de cele. miss. c. In quadam. §. pe. in fi. ¶ Tertia rō est, quia in hac hora deputata fuit custodia monumenti sui sacratissimi corporis, vt habet Matth. vlt.

¶ Quare

¶ Quare diuersimode horę incipiunt. Cap.75.

ET est notandum, quia contingit peccare tripliciter, scilicet corde, ore, ⁊ opere. Ideo tribus modis diuersis incipiũtur horę. Et matutinę quidem per Domine labia mea aperies. Cõpletorium per Conuerte nos Deus salutaris noster. Alię horę per medium, scilicet Deus in adiutorium meum intende. ¶ Domine labia, dicimus contra peccata oris. Deus adiutorium, contra peccata operis. Conuerte nos Deus, contra peccata cordis. ¶ Sed quia in peccato cordis ⁊ oris est aliquid operis, ideo per omnes horas dici dicimus, Deus in adiuto. Monachi autem in matutinis dicunt prius, Deus in adiutorium, ⁊ postea, Domine labia mea aperies. Et ratio est: quia sine auxilio Dei, nec corpus, nec labia ad eius laudem operari, vel aperiri possunt. Et ideo dicitur Joan.15. Sine me nihil potestis facere: ⁊ habetur transumptiue. 26.q.4.c. Episcopi eorum.

¶ Hymni, qui dicuntur ad horas dici, significant laudem.

¶ Psalmi, qui similiter dicuntur ad horas, significant bonam ⁊ diuinam operationem. ¶ Antiphonę significant charitatis copulam. ¶ Capitula, exhortationem boni operis, seu diuini. ¶ Responsoria significant bona opera. ¶ Versiculi significant fructus. ¶ Oratio, significat misericordiam Dei, quę precedit, ⁊ subsequitur hominem in bonis operibus.

¶ De his qui tenentur dicere horas canonicas. Cap.76.

ET nota q̃ sacerdos promotus ad sacros ordines: vel habens beneficium ecclesiasticum, tenetur ad istas septem horas dicendas, vt probatur, 91.dist.c. presbiter. ⁊ de cele. Missa. c. presbyter. ⁊ ar. de apostatis. ca.1. Et hoc verum est, nisi sint infirmi. nam tunc excusant. ar. 91.dist.ca. clericus victum. Et ex hoc patet q̃ nõ debẽt immiscere horas sub vna oratione, sicut aliqui faciũt male: sed singulas dicãt distincte. Debet autem clericus horas reddere in ecclesia, si põt, iuxta dictũ Psalmiste. In ecclesijs bñdicite dñm: Alias reddat vbi honeste ⁊ cõmode poterit. Debẽt ẽt se cõformare clerici iuxta modum ⁊ ordinem officiãdi suę ecclesię cathedralis. De cõse.dist.2. Institutio.12.dist. de his.

¶ Officium vero mortuorum prętermitti non debet: nisi dies solennis impediret: vt extra de celeb. Missa. ca. quidam enim. Et est ratio, quia quicquid possidemus, ex mortuis habuimus.

Quibus

¶ Quibus Eucharistię Sacramentum dispensandum sit, ⁊ quibus non. Cap.77.

DIcto superius qualiter sacratissimo corpus Domini nostri Jesu Christi sit rite consecrandum: restat nũc dicendũ quibus, ⁊ qualiter sit dispẽsandum. Vbi primum notandũ, q̃ sacerdos ex debito officij sui debet suos parochianos ⁊ subditos diligentius verbo ⁊ exẽplo informare, ⁊ inducere ad deuotionem tanti, tamque salutiferi sacramenti. De cele. Missa. ca. Sane. Nã in immensitate tanti sacramenti oculus caligat rationis: Credere enim iubemur, discutere prohibetur: sed ꝑ hm q̃ S. Ro. Ecclesia credit, eos ad credendum inducat: ⁊ q̃ ab ea deuiare nec in vita nec in morte intendant, vt accedat quod legitur. 24.q.4. Duo ista. De here. c. Ad abolendam. ⁊ eo. tit. ca. super eo. lib.6. Aduertendum est autem, q̃ sacerdos propter periculum effusionis sanguinis Christi, nõ communicat populum de sanguine ex calice, Sed hoc nihil refert, quia in hostia consecrata est totum corpus, ⁊ totus sanguis, anima ⁊ diuinitas Christi: ⁊ similiter in calice, consecrato sanguine, est totus Christus, sicut in hostia, vt prędictum est. Sacerdos autem rationabiliter suscipit vtrũq; in Missa: quia hoc facit in memoriaz passionis Domini nostri Jesu Christi: in qua totus sanguis Christi fuit a corpore separatus, ⁊ in terra sparsus.

¶ Quę sint quę impediant communicandum. Cap.78.

SAcerdos igitur sacramentuz Dñici corporis dispensaturus, debet illud dare oibus Chr̃i fidelibus, saltẽ semel in anno, postquam ad annos discretionis peruenerint, tam masculis, ꝙ fęminis. De pęn. ⁊ re. c. oĩs vtriusq; : nisi aliqõ impedimentũ occurrat. ¶ Impedimenta autem sunt ista. ¶ Primo, oĩs hęreticus, schismaticus, excõicatus. 1.q.1.c. Reperiũtur. Simoniacus, publicus ꝯcubinarius, ⁊ notorius peccator, vel ꝙfessus, vel conuictus, vel dãnatus de crĩe, ita q̃ nulla possit tergiuersatione celari, non est cõicandus, si in talibus perseueret: q̃ hoc sacrm dandũ est pęnitentibus, ⁊ non perseuerantibus in pctõ. Nã ex institutione ecclesię nullus debet cõicari, nisi prius ꝙfiteatur. c. oĩs. de pęni. ⁊ re. supra alleg. Eli, q̃n sacerdos scit aliquem publicum pctõrem, non debet eũ cõicare, nisi ꝙstet de emendationis ꝓposito. Si aũt seuerit pctũ subditi secretum, ⁊ ille in Pascha petit

communionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõionem in publico, ex officio tenetur ipsum cõicare. ext. de of. ord. c. si sacerdos, exemplo Chri, qui Judam cõicauit: quez sciebat esse traditorẽ. ¶ Scõo, non est cõicandus hystrio, magus, scenicus, leno, ꝛ alijs publicis ꝛ iniustis actibus deseruientes. De cons. di. 2. pro dilectione. ¶ Tertio, pueris ante annum discretionis, ꝛ amentibus ꝛ furiosis non est dandum hoc sacrm. Si tñ furiosus habet lucida intervalla, ꝛ deuote petit sacrm superueniente furia põt cõicari: nisi timeatur de vomitu, vel sputo, vel alia irreuerentia sacri. 26. q. 6. cap. is qui. Idem dicendum de phreneticis. ¶ Quarto, infirmati ꝛ petenti sacrm, si timetur de vomitu, non debet dari. prędicto. c. Is qui. ¶ Quinto polluto pollutione nocturna, quę ꝓuenit in causa pcti mortalis, puta, quia ꝓsensit in cogitationẽ turpem carnalem, vel quia studiose inebriatus est, vel crapulatus: si ex aliqua istarũ causaruz sequit pollutio: prohibendus est a cõione. Si vero ex dęmone, vel infirmitate, vel purgatione naturę hoc euenit: non est ei deneganda cõio. ¶ Sexto ꝓiugati debent per triduũ ante sacri cõionez abstinere ab actu carnali. De cons. di. 2. c. ois homo. Qui si voluptate ducti inuicem misceantur, prohibendi sunt a cõione. 33. q. 4. c. vir cũ propheta. Similiter si i delectatione, ebrietate, vel crapula non fuit deliberatio: q̃uis fuerit pctm̃ veniale non debet ei denegari sacrm. Melius tamẽ esset pro tali die abstinere a cõione. ¶ Septimo, prohibent a cõione pugnantes in duello. 2. q. 5. ca. monomachiã. ꝛ non debet ei dari cõio. ¶ Octauo, nõ ieiunis: nisi in necessitate. De cõs. dist. 2. c. liquido. 7. q. 1. ca. nihil. Non impedit cõionez, siquis lauando os, aliquid cibi, qõ inter dentes remãserat, vel modicũ aquę deglutiret, qz per modũ saliuę illud accepit: ꝛ ꝓtra voluntatẽ deglutiuit. Siquis ante mediã noctẽ cibuz sumpserit, siue dormierit, siue non, põt cõicare. Si vero post mediã noctẽ, nõ põt: nisi in mortis periculo ꝓstitutus. Hęc S. Tho. in 3. par. q. 30. ¶ Dandum est aũt hoc sacrm personis fidelibus, puris, ꝛ sine pctõ mortali existentibus: quia sacrm purũ est: ideo pure a puris sumendũ est: qz q aliter sumit, indigne sumit: ꝛ q mãducat ꝛ bibit indigne hoc sacrm, iudiciũ sibi manducat ꝛ bibit. 1. Cor. 11. Dęmoniacis si illud deuote petãt dari dz: quia posset esse causa suę liberationis. Mulieri puerperę, vel menstruũ patiẽti dari debet: sed melius est supersedere

re

re vsqz ad purificationẽ, pp reuerentiã sacri. Leprosis ẽt ꝛ morbo Gallico laborantibus, corrosis ꝛ consumptis labijs ꝛ dentibus, si timetur de periculo ciẽctionis, dari non debet, alias cõmunicandi sunt. Cõicandi sunt ẽt condemnati ad mortem, ẽt hęretici, si illud deuote petunt. 33. q. vlt. c. si. de pęn. ꝛ remiss. c. 1. in clem. Si aũt hẽ non poterunt, credant in Chm̃: quia hoc est spũaliter manducare. De consec. dis. 2. cap. vt quid paras. Excõicatorum nq̃ dari debet corpus Christi: nisi in articulo mortis, ꝛ illud deuote petenti: absoluto eo prius ab excõicatione: ꝛ prędicta cautione satisfactionis, sicut tenetur: ꝛ prędicto iuramẽto sacerdoti: ꝙ si sanabitur, pñtabit se illi, qui eum põt absoluere. Quod si nõ fecerit: reincidit in eandem sniam excõicationis. Siquis excõicatus, vel notorius peccator mittit pro confessore vt cõfiteatur, ꝛ interim amittit loquelam, si ostendit signa contritionis facta fideiũssione a parentibus vel amicis, absoluetur ꝛ communicabitur. Idem fiat si sensum perdiderit, ꝛ probari possunt signa contritionis. Hęc ex sacris Theologis in 4. sent. excerpta sunt.

¶ De triplici Eucharistię sacramẽti sumptione. Cap. 79.

TRes esse huius sacramenti sumendi rationes ex patruz traditione docuit sacra Tridentina Synodus. Sess. 3. cap. 8. Primo, sacramentaliter tñ, quo modo peccatores sumunt, qui sine debita aię, corporisqz ꝑparatione sumere audẽt, atqz hi nullos ex sacramento fructus percipiunt, imo damnationẽ. Secundo, spũaliter tñ, atqz ita sumunt illi, qui desiderio ac voto propositum illum cęlestem panẽ edunt, qui tametsi nõ oẽs, maximos quidẽ vtilitatis fructus fide viua, quę per dilectionẽ operatur, inde percipiunt. Tertio, sacramentaliter ꝛ spũaliter: hoc modo sumunt, qui adhibita debita pręparatione ad hoc sacramentum sumendum accedunt, bique amplissimos atque vberrimos ex ipso fructus consequuntur.

¶ Modo communicandi populum in Ecclesia, tam in Pascha, quam in alijs diebus. Cap. 80.

CIrca formam cõicandi populuz in ecclesia, hic ritus seruandus est. Sacerdos reconciliatis pęnitentibus, se debet ad Missam prępparare, ꝛ tot particulas consecrare, quot populo suo sufficere credit. Finita Missa, retentis paramentis, vel si non celebrauit, pro tunc indutus superpelliceo cum stola, ce-

reis

rcis accensis, conuersus ad cõicandos genuflexos coram altari, facto primum signo crucis super se, ⁊ admonitis oibus, q̃ se signent faciat eos dicere **Confiteor**, sicut in Missa dr. Vel si magis expediens iudicauerit faciat eis confessionem, sicut hr supra in cap. de ritu celebrãdi Missam, post offertoriũ. Lap. 22. fol. 80. Finito **Confiteor**, vel prędicta cõfessione, sacerdos dicat. **M**isereatur vestri omnipotens deus: ⁊ dimissis oibus peccatis vestris, perducat vos cum oibus suis sanctis in vitã ęternã. Amẽ. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oremus. Oro.

DEus, cuius indulgentiam omnes rogamus, memento famulorum famularumq; tuarum, qui lubrice terreni corporis fragilitate nudati sunt: da quęsumus, vẽniam confitentibus parce supplicibus: vt qui suis meritis accusantur, tua miseratione saluentur. Per Christum. Oremus. Oratio.

DEus misericordię, Deus pietatis, Deus indulgentię, indulge, quęso, ⁊ miserere his famulis ⁊ famulabus tuis: vt delictorum, quę nobis coram te suo ore confessi aperuerunt, nulla in eis macula reseruetur in terris: ⁊ per pęnitẽtię luctum ad tua mereantur venire promissa, per Christum. Oratio.

DEus noster Jesus Christus, qui dixit discipulis suis, quęcũq; ligaueritis super terrã, erũt ligata ⁊ in ęlis, ⁊ quęcũque solueritis super terram, erunt soluta ⁊ in ęlis: de quorum numero, quamuis indignos, nos esse voluit: ipse vos absoluat per ministeriũ nr̃m ab oibus pctis vestris: q̃cunq; cogitatione, vel locutione, aut operatione negligenter egistis: atq; a nexibus pctorũq; vestrorũ absolutos perducere dignetur ad regna ęlorum. Qui viuit ⁊ reg. Tunc sacerdos conuersus ad altare, inclinans se profunde coram sacramẽto accipiat particulas super patenam: ⁊ vnam in manibus accipiens ostendat oibus, dicens. Dicatis omnes, sicut ego dico. Dñe non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tãtum dic verbo ⁊ sanabitur anima mea. Et repetat scõo ⁊ tertio eadẽ verba in vulgari. Quo tertio repetito, dat corpus Dñi oib⁹ successiue dicẽdo. Corpus dñi nr̃i Jesu Christi custodiat, ⁊ perducat te in vitam ęternam. Faciẽdo signũ Crucis cũ hostia super singulos. Et sic cõicet oẽs, qui sunt in primo ordine. Qui posteaq̃ sacr̃m sumpserint, surgant, ⁊ alii veniant: ⁊ siñ cõicent. Et postq̃ cõicauerint, accipiãt ablutionẽ

ex

ex calice, quem aliquis minister tenebit a dextris altaris pãno inuoluto pede calicis, ad quẽ oẽs tergunt os suum. Et sic purificati genuflectant coram altari donec oẽs fuerint cõicati. Quo facto sacerdos super eos dicat. ℣. Ostende nobis dñe misericor. ℟. Et salutare tuũ da. no. ℣. Dñs vo. ℟. Et cũ. Oremus. Oro.

DEus, qui nobis sub sacro mirabili passionis tuę memoriam reliquisti, tribue, quęsumus, ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructũ in nobis iugiter sentiamus, Qui viuis ⁊ reg. Oremus. Oratio.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde, vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dñm nostrum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem ⁊c. ℟. Amen. Postea benedicat eis dicens. Et benedictio Dei omnipotentis, pa ✠ tris ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritꝰ ✠ sancti, descẽdat super vos, ⁊ maneat semper. Amen. Quo dicto si tunc celebrauit dicat euangelium, In principio. Et eo dicto, omnes recedunt.

¶ Ordo ad communicandum infirmum. Lap. 81.

CUm aliquis infirmus fuerit communicandus, sacerdos pulsare faciat cãpanã, aliquot ictus dando ex vna sola parte cãpanę ad conuocandos conuicinos, qui volunt sociare corpus Chri. Quibus congregatis ⁊ intortitij accensis sacerdos cum superpelliceo, stola, ⁊ pluuiali paratur, ⁊ duo clerici: quorum vnꝰ portet lanternam cum lumine, ⁊ alter aquam benedictã, ⁊ cãpanulam, ⁊ libellum processionalẽ: qui habeant superpellicea. Et accipit sacerdos corpus Domini reuerẽter, ⁊ ponat duas particulas ad iñimum in tabernaculo, quod pãniculo serico cooperiat: hñs pannũ sericũ longũ super scapulas suas: ⁊ portans corpus Dñi añ faciẽ sũã eleuatũ, vadit ad domũ infirmi: ⁊ póst eum alter clericꝰ q̃ portat lãternã, sequat: ⁊ si fieri põt, put Rome fit quasdã ymo pśone deferãt baldachinũ sup corpus Dñi ⁊ sacerdotẽ. Póstea sacerdos, ⁊ illi q̃ portãt intortitios, debĩc alij mares, ⁊ fęminę sequant. Intrãdo i camera infirmi parẽt locus aliqs. q̃ sit coopertus mappa albissima: sup quo sacerdos possit reclinare tabernaculũ corporis Chri. Ibi ẽt parent cyathi cũ vino ⁊ aqua. Ingressus sacerdos cũ corpore Chri camerã dicat. **Pax huic domui.** ℟. **Et oibus habitãtibus in ea.** Deinde depósito tabernaculo

Universidad de Deusto
Biblioteca

naculo super locum paratum, accedens ad infirmum aspergat eum aqua benedicta, dicens Aſiam. Asperges me. ℣. Miserere mei Deus. Gloria. ℟ repetitur Aſia Asperges me. Qua repetita dicat sacerdos. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dñe exaud. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, infirmitatis humane singulare prȩsidium, auxilij tui super infirmū famulum tuum oñde virtutem: vt ope misericordię tuę adiutus, ecclesię tuę sanctę incolumis repñtari mereatur. Per Chm. Deinde infirmus dicat. Cõfiteor, si scit: vel sacerdos faciat ei confessionem sicut superius in ordine celebrandi Missaȝ. fol. 80. Postea dicat Misereatur ℟ Indulgẽtiam. Postea absolutionem, Dñs Jesus Christus vt supra in generali cõione. ca. immediate prȩcedenti. Postea sacerdos elȩuet corpus Dñi de pyride vel calice, ℟ ostẽdat infirmo, dicens. Credis q̄ hic sit Christus saluator mundi? Quo dicente, Credo, Dicat sacerdos Dic sicut ego dico: Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tm̄ dic verbo ℟ sanabitur anima mea. Quo dicto ter, sacerdos dans infirmo Eucharistiã dicat Accipe frater vel soror viaticuȝ corporis domini nr̄i Jesu Chr̄i: qui te custodiat ab hoste maligno, ℟ perducat in vitam ȩternam. Amen. Postea sacerdos lauet digitos suos cum vino puro ℟ aqua, ℟ tradat infirmo lotionem nihil dicens. Peracta cõione sacerdos dicat. ℣. Domine exau. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟ Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine sancte pater ops, ȩterne Deus: te fideliter deprecamur: vt accipienti fratri nostro vel sorori nostrę sacrosanctū corpus dñi nr̄i Jesu Chr̄i filij tui taȝ corpori, q̄ aīę prosit ad remediū sempiternuȝ. ℟. Amen. Et hoc dicto, iterum aspergat aquam benedictam, ℟ dicat Dñs vobiscum. Oremus. Oratio.

EAudi nos dñe sancte pr̄ ops, ȩterne deus: ℟ mittere digneris sanctum Angelū tuuȝ de cȩlis: qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat oēs habitantes in hoc habitaculo. Per Christum. ℟. Amen. Quo dicto reuertatur ad ecclesiam,

ciam dicendo p̄s Miserere mei Deus. Reuersus igitur ad Ecclesiam sacerdos cuȝ corpore Dñi, dum fuerit ante chorum, vel ante altare sacramenti, vertat se ad eos, qui sacrm associauerūt genuflexos, vel faciat eis breuem confessionem ℟ absolutionē, ℟ annunciet indulgentiam dierum ducentorum illis, qui sacrm cū lumine sunt prosecuti: qui vero sine lumine centuȝ dies p quolibet. Postea dicat super eos oronē. Dñs vo. Oremus. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tuę memoriam reliquisti, tribue, quȩsumus, ita nos corporis ℟ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis ℟ regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Postea eleuato tabernaculo cū corpore Domini, faciat signuȝ crucis super eos omnes, ℟ reponat sacramentum in loco suo.

¶ Caueat sacerdos, q̄ non det corpus Christi alicui infirmo, nisi fuerit in bono sensu, ita q̄ cognoscat illud bene ℟ aperte, quod quantumcunque infirmus confessus fuerit peccata sua. Sacerdos communicato infirmo, debet eis bonis verbis persuadere, q̄ si necesse fuerit, detur sibi sacramentum extreme vnctionis.

¶ Si ep̄s infirmatur, ℟ vult corpus Dñi post confessionē sumere sacerdos celebrãs Missam pro eo in camera, faciat oēs ceremonias prȩfatas, excepto q̄ reseruet particulam pro episcopo, ℟ non totum sanguinem sumit, sed partem eius reseruat pro episcopo, quã post corpus Dñi ei dat. Sacerdotes aũt infirmi, quãdo se cõicãt, debent habere stolam a collo pẽdentem, ℟ sic cõicare se debẽt. 23. dist. c. ecclesiastica. Alia omnia, vt supra seruantur. Sacerdos parochialis debet visitare infirmos sȩpe. De celebr. c. 1. ℟ stare ieiunus vsque ad horam congruam celebrandi: ℟ si celebrat, non debet sumere purificationem propter necessitatem, scilicet possibiliter occurraȝ, nisi alū habeat: per quez possit supplere: vt no. Panor. in d. ca. ¶ Item sacerdos parochialis pōt sacra conferre peregrinis ℟ hospitibus confluentibus ad ecclesiam suam: Fm Panor. in d. ca. ℟ mortuos ibidez sepelire: nisi alibi elegerint sepulturam: ℟ eo casu debet habere quartam.

¶ De custodia sacramenti Eucharistię. Cap. 82.

VLtimo dicendum est de custodia sacramenti Eucharistię, quę maxima cum reuerentia ℟ custodia sub clauibus firmis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

simis debet conseruari, ne ad manus maleficorum deueniat: ne, quod ecclesię, ꝛ christiano populo datum est ad salutem, diabolo operante ad perniciem conuertatur. de celebr. Miss. ca. Sane. De custo. Euch. ca. Statuimus. ¶ Sacerdos autem in hoc negligens, si per eius incuriam ꝛ malam custodiaꝫ corpus Domini fuerit male expositum, debet tribus mensibus ab officio suspendi: ꝛ si quid nefarium inde factum fuerit, maiori pęna est puniendus. Aduertat etiam sacerdos, ne hostię consecratę in magno numero ꝓ conseruatione consecrentur, ne corrũpantur a vermibus: ꝛ adeo firmo vase includi debet, ne a muribus corrodantur: ꝛ in ipso vase lineus panniculus, qui purificatorium dicitur, ponatur: in quo hostię reponantur, vt melius cõseruẽtur. Sępius autem mutandę sunt hostię: antiquę sumẽdę sunt, ꝛ recentes consecrandę. Quod si aliquando a vermibus corrodantur, si species integrę remanent: quia ibi est corpus Christi, reuerenter ꝛ diligenter a vermibus sunt purgandę, ꝛ sumendę: vermes vero cõburendi sunt super patenã: ꝛ cineris in sacrario reponi debent. Debet etiam sacerdos ante corpus Christi tenere lampadem accensam, quia ibidem est corpus domini nostri Jesu Christi. Qui est vera lux, quę illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundum. Jo. 1. c. Et debet sacerdos non solũ cõseruare diligenter sacrm Eucharistię: verum ẽt oĩa ad illud ordinata debet tenere munda ꝛ nitida: sicut paramenta, calices, corporalia, altaria, ꝛ ecclesiam: alias peccat mortaliter: quia hoc ei in iure ꝓcipitur. De custo. Euch. ca. reliqui. Nec debet permittere in ecclesijs poni supellectilia, vasa ꝛ alia ad laicos pertinentia, nisi in casu bellorum, aut incendiorum repentinorum, aut propter alias necessitates vrgẽtes: ꝛ eo casu cessante necessitate ad loca pristina reportentur. ¶ Ex concil. Turon. Cap. 4. Omnis presbyter habeat pyxidem, aut vas tanto sacro dignũ: vbi corpus Dñicum diligenter recondatur, ad viaticum dandũ recedẽtibus a seculo. Semperqꝫ super altare habeatur Eucharistia obserata propter mures ꝛ nefarios hoĩes: ꝛ de septimo in septimum diem semper mutetur. i. a presbytero illa sumatur: ꝛ alia, quę eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur: ne forte diutius obseruata, mucida, (quod absit) fiat. ¶ Ex Epistola Clementis Papę. Capit. 28. Presbyter semper Eucharistiam

stiam habeat paratam: vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet: ne sine communione moriatur.

¶ De pęnitentia male seruantis sacramentum Cap. 83.

EX concil. Aurelian. ca. 6. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, vt a vermibus consumptum ad nihilum deuenerit, tres quadragesimas in pane ꝛ aqua pęniteat. Si integer inuentus fuerit in eo vermis, comburatur: ꝛ cinis sub altari cõdatur: ꝛ qui neglexerint, quaternis diebus suam negligentiam soluãt. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium. 20. dies expleantur ieiunio. Conglutinatum vero, septem dies qui in causa sit pęniteat. ¶ Ex concil. Remen. c. 3. Corporale, super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo ꝛ purissimo linteo sit: ꝛ nec in eo alterius generis materia preciosior aut vilior miscetur, ꝛ nunquam super altare remaneat, nisi in tempore Missę: sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice ꝛ patena in mundissimo loco recondatur. Et quando abluitur a sacerdote, diacono: vel subdiacono: primo in ecclesia, in loco ꝛ vase ad hoc ꝓparato abluatur: eo ꝙ ex dominico corpore ꝛ sanguine infectum sit. Post hęc a lauandario nitide lotio paretur.

¶ Casus prohibiti ꝛ concessi tempore generalis interdicti ecclesiastici.

ISti aũt sunt casus ꝓcessi, ꝛ prohibiti tẽpore generalis interdicti secundũ dñm Jo. And. de Calder. Bononiensem famosissimũ vtriusqꝫ iuris doct. ¶ Primo ꝓferri põt baptismus, cũ officio cathecumenoꝝ. ¶ Item cõfirmatio põt ꝓferri, ꝛ chrisma ꝓfici. ¶ Itẽ pęnitentia imponi põt, ꝛ absolui: remanẽtibus alijs circunstantijs. ¶ Item infirmis põt dari corpus Chri in pręsentia astantiũ. ¶ Itez corpus Chri põt portari cum lumine, ꝛ cãpana pulsari. ¶ Itez pulsari potest campana pro prędicatione, ꝛ prędicari. ¶ Item non debet pulsari aliqua campanula pro diuino officio ad ꝓgregationem clericorum. ¶ Item non debet pulsari aliqua campana, vel campanula pro funere. ¶ Item laici possunt pulsare campanam ad ostendenduꝫ tempus horarum, sicut Tertiam, ꝛ Nonam ꝛc. ¶ Itẽ potest pulsari ad Aue Maria. ¶ Itez famuli sacerdotũ in Ecclesia nõ collegiata possunt admitti ad diuina, non autem collegiata. ¶ Item sacerdos potest mutare famulum ꝛ alium recipere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel ēt si ille moreretur: dum tñ ille electus sic, nō esset in alia ecclesia collegiatus vel intitulatus. ¶ Itē archipresbyteri rurales, qñ ꝓficiūt baptismū, pñt accipere p̄sbyteros rurales. ¶ Itē laici admitti pñt ad crucē adorandā in parasceue. ¶ Itē extrema vnctio nō pōt dari nec a laicis, nec clericis. ¶ Itē cōmēdatio aiaruꝫ fieri pōt tā a laicis, qꝫ clericis. ¶ Itē pōt fieri officiū circa sepulturam clericorum, sed non laicorum, voce submissa, sine cantu exclusis secularibus, non pulsatis campanis p̄sente corpore. ¶ Item clerici qui sunt interdicti non possunt celebrare, nec laici diuina audire in Ecclesia extra ciuitatem, nec in ciuitate interdicta, nec ēt peregrim existētes. ¶ Item mulieribus pregnantibus, vbi timetur de morte, pōt dari corpus Christi. ¶ Item ecclesię pñt consecrari ꝛ reconciliari, ꝛ altaria stantia, ꝛ viatica, ꝛ paramēta, ꝛ vasa sancta, ꝛ oratoria cōsecrari, sed tamen secrete. ¶ Item in quatuor festis priuilegiatis .s. Natalis Dñi, Paschę, ac Pentecostes, ꝛ Assumptionis Virginis. ca. alma. de sen. exc. in 6. non potest fieri officium circa funus publice, nec clericis, nec laicis, nec debent laici in cemeterijs sepeliri. ¶ Itē in p̄dictis quatuor festis pōt alia Missa priuata cātari, ꝙ Missa de festo: dummodo Missa de festo nō omittatur. ¶ Item in p̄dictis quatuor festis clerici beneficiati non pñt in alia ecclesia officiare, si aūt non hñt ecclesias, pñt: dico tñ non collegiataꝫ: dico ēt si p̄sbyter non careat clerico: potest etiā in collegiata celebrare. ¶ Itē in p̄dictis quatuor festis, sequens completorium cantari non potest. ¶ Item clerici diuersarum ecclesiarum in ciuitate interdicta non possunt extra ecclesiam dicere simul officium: extra ciuitatem tamen possunt: dummodo ipsi clerici non sint interdicti. ¶ Item clerici possunt dare substitutos, seu vicarios loco sui: si ex hoc habent priuilegium, vel ab homine, vel a iure, dummodo non sint officiati alibi, si aūt alias, non possunt. ¶ Item moniales, seu sorores per episcopū approbatę ꝛ confirmatę, non habentes ꝓprium sacerdotem determinatum pñt alium pretio cōducere, qui eis Missam celebret, ipsis p̄sentibus: dūmodo nō sint interdictę, nec sacerdos aliam habeat ecclesiam: ꝛ talis potest eis sacra cōferre per totum annum. ¶ Item laici interdicti nō possunt extra ciuitatē se cōmunicare, nec audire diuina: si autē nō sunt interdicti, ꝛ ex spe-

ex speciali priuilegio ad diuina admittātur, non possunt in quatuor diebus priuilegiatis communicare: nec etiam clerici interdicti possunt communicare: si autem nō sunt interdicti, possunt. ¶ Itē panis, ꝛ fructus oliuę, ꝛ huiusmodi possunt secrete benedici, ꝛ dari clericis, ꝛ laicis: in festis vero priuilegiatis possunt publice benedici, ꝛ dari. ¶ Item benedictio sponsorum pōt fieri in die aliquo priuilegiatorum in alijs aūt non. ¶ Itē non potest fieri aliquod officium mulieribus post partum, nisi in diebus priuilegiatis. ¶ Item fieri potest benedictio mensę p̄sentibus secularibus: cum non sit de horis canonicis, nec competat ratione alicuius ordinis: potest enim laicus hoc facere.

¶ Finit quartus Tractatus libri Sacerdotalis de sacramento Eucharistię.

¶ Incipit quintus tractatus primę partis libri Sacerdotalis, De sacramento extremę vnctionis, ꝛ ei annexis, ꝛ consequentibus. De materia, forma, ministro, effectu sacramenti extremę vnctionis, ꝛ quibus corporis partibus dari debeat, ꝛ an debeat iterari. Cap. 1.



EXtremę vnctionis sacramentum debet dari laborantibus in extremis. Et istud sacramentū inducit mundationem a peccatis. Circa quod plura aduertēda sunt, videlicet,

Materia, Minister,
Forma, Effectus,
Quibus dari debeat,
Quibus corporis partibus, Et an possit reiterari.

¶ Materia sacramenti extremę vnctionis, quę sit. Cap. 2.

MAteria huius sacri est oleum oliuarum, ꝛ non aliud oleum, ab epo prius sanctificatum, ꝛ benedictum: Quod sacramētum Christus instituit qñ apostolos ad p̄dicandum missos docuit oleo vngere infirmos. Marc. 6. Et beatus Jacobus in canonica sua .s.c. dicit: Infirmatur quis in vobis, inducat p̄sbyteros ecclesię: ꝛ orent super eum, vngentes eum oleo sancto,

Et tale oleum vocatur Oleum infirmorum, non cathecumenorum. Unde diligenter aduertat sacerdos, ne vnum pro alio ministret: de Sacra vnct. c. Unctio. Et si errore hoc fecerit, debet caute suppleri per sacerdotem. de Sacramentis iterandis vel non, cap. 1. in fine.

¶ Forma huius sacramenti, quę sit. Cap. 3.

FOrma huius sacramenti sunt verba, quę profert Sacerdos quãdo inungit infirmum. s. Per istam vnctionem ꝛ suaꝫ pissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, per auditum ꝛc. Et licet varię sint formę huius sacramenti, tamen melius est vti forma S. Romanę Ecclesię, quę est mater ꝛ magistra aliarum Ecclesiarum. ¶ Ex concilio Florentino. Forma sacramenti extremę vnctionis hęc est. Per istam vnctionem ꝛ suam pissimam misericordiam indulgeat tibi dns quicquid deliquisti per visum, similiter in alijs membris.

¶ Minister huius sacramenti quis sit. Cap. 4.

MInister huius sacramenti est solus Sacerdos, ꝛ non alius. Quod patet in prędicta authoritate sancti Jacobi. cap. 5. vbi ait, Inducat presbyteros ꝛc. 25. dist. 5. Sed quęritur, ꝛ cap. sequen. Hec est de necessitate, quod sint plures sacerdotes presentes, sed vnus solus cum clerico potest sacramentum conferre. De verbo. signifi. ca. quęsiuit. Si tamen sint plures sacerdotes melius est. Et ille qui inungit, debet dicere verba, ꝛ cęteri respondere, ꝛ assistere, ꝛ pro infirmo orare.

¶ De effectibus huius sacramenti. Cap. 5.

EFfectus huius sacramenti est multiplex. ¶ Primus est consolidatio spiritualis debilitatis per peccatum inductę. Dicit enim S. Tho. q talis vnctio dicitur quędaꝫ spiritualis sanatio, quia datur contra quandam inhabilitatem, vel ineptitudinem, quę in nobis remanserunt ex peccato actuali, vel originali, vel venialium peccatorum remissio. ¶ Secundus effectus est sanitas corporalis, si diuina sapiẽtia id nouerit infirmo vtiliter expedire. ¶ Tertius est: quia per istud sacrm remittuntur peccata venialia ꝛ mortalia, quę ignorat: vt in eadem authoritate beati Jacobi. Et si in peccatis fuerit dimittentur ei. Jacobi. 5. cap. ¶ Quartus est diminutio pęnę pctõ mortali debitę. ¶ Quintus est gratię augmentum, quę in hoc sacro confertur ꝛ augetur,

tur, nisi ob exponatur: ꝛ ex consequenti, gloria. ¶ Sextus est interior lętitia, ꝛ robur contra dęmonis insidias, quę potissime tũc insunt. ¶ Septimus arctatio diabolicę potestatis, quę non est ita potens sumpto sacramento. ¶ Octauus est protestatio decedentis, q permanserit in fide militantis ecclesię, ex qua vadit ad ecclesiam triumphantez: tanq̃ miles, qui fideliter pugnauit.

¶ Quibus dari debeat hoc sacramentum. Cap. 6.

HOc sacramentum dari debet solis infirmis adultis ꝛ pẽnitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: ꝛ illis, qui instanter petunt illud ꝛ petierunt, licet tunc nihil intelligant propter mortis anxietatẽ, vel phrenesim, vel aliud accidens: pueris autem, ac cuntibus ad pugnaz, aut alio modo in periculo casuali mortis positis, ac etiam ad mortem damnatis non datur.

¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Cap. 7.

DAndum est autez hoc sacrm in illis corporis partibus, ꝛ locis, per quę morbus in animã intrauit. Et quia quinque sensus sunt illi, per quos potissimum hõ peccat: ideo in illis locis dandum est. ¶ Ex concil. Floren. prędicto. Hoc sacrm infirmo, de cuius morte timetur, dari debet. Qui vngendus est in oculis pp visum: in auribus pp auditũ: in naribus pp odoratuz: in ore pp gustum, vel locutionem: in manibus pp tactum: in pedibus pp gressum: in renibus pp delectationem ibidem vigentem. Hęc ibi. Mulieribus non vnguntur renes propter honestatem. Et siquis non haberet oculos, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinqua dictis sensibus, vel locis, qui inungi deberent. Inunguntur ẽt renes: quia in eis incentiuum libidinis consistit. Ideo Saluator noster Luc. 12. dicit Sint lumbi vestri precincti, ꝛc. Non debent autẽ scapulę inungi, quia vnctę fuerunt in baptismo. Nec manus presbyteri vngendę sunt interius, sed exterius: qz prius ab epo interius inunctę fuerunt in ordinatione sacerdotij. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungat, ne inunctus decedat. dis. 5. ca. bap.

¶ An hoc sacramentum possit reiterari. Cap. 8.

POtest autem reiterari hoc sacrz totiesq̃, quotiesq̃ infirmus morti appropinquare videtur. Sed in eadem infirmitate, si fuerit longa, ꝛ timetur de periculo mortis, poterit reiterari semper.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si vero sit infirmitas breuis, non reiteratur, nisi reciduauerit. Nec est expectandum ad inungendum infirmum vsque ad vltimum: quia tunc nullum sensum, vel deuotionē habere potest. Et debet dari etiā illud recusanti, dūmodo sit pēnitens, ipsum ligando per manus, ꝛ pedes, ꝛ brachia, ꝛ sic inungi. Qui negligunt recipere hoc sacramentū, vel contemnunt, grauiter peccant: ꝛ tempore interdicti ecclesiastici hoc sacrm non debet conferri. Sacerdotes curati, qui renuunt, aūt negligūt hoc sacramentū conferre, nō cuadunt pctīm mortale. Sacerdos quolibet anno debet sacrum oleū mutare: ꝛ vetus in Ecclesię lāpadibus ad comburendū ponere. Et si contrariū faceret, grauiter peccaret. de cōse. dist. 4. Siquis de alio. Et si sacrū Chrisma, vel oleum cathecumenorū, vel infirmorum, ex vsu defecerunt: debet super illa imponi oleum non benedictum, ꝛ totum efficitur benedictum. De consec. Eccle. vel Alta. c. quod in dubijs. Sacerdos nō debet petere in collatione huius sacramēti pecūniā: quia simoniacus esset: sponte tamen oblatā potest recipere. 1. q. 3. c. vlti. Et si infirmus petierit hoc sacramentum, ꝛ antequā sacerdos veniat, loquelam amiserit, vel notitiam, nihilominus sacerdos eum inungat. 26. quęst. 5. cap. his qui. ꝛ de senten. excōmun. cap. a nobis. 2. quia in tali casu etiam deberet baptizari: ꝛ a peccatis absolui. De baptis. ꝛ eius effect. capitu. maiores. Sacrum Chrisma, oleum cathecumenorum, ꝛ oleum infirmorum seruari debet in Ecclesia, in loco decenti, ac sub clauium custodia, non tamen in eodem loco, vbi Eucharistię sacramentum seruatur propter eiusdem reuerentiam.

¶ Ordo ad vngendum infirmū fm Romanam Curiā. Cap. 9.

Sacerdos vncturus infirmum, in primis accipiat oleum sanctum, deinde ordinate procedat, dicendo ps. Miserere mei. vt dictum est supra in cōmunione. Cum autem peruentum fuerit ad locum, vbi iacet infirmus, sacerdos intrans dicat ℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde stans ante egrotum dicat ℣. Adiutorium nrm in noie dñi. ℟. Qui fecit cęlum ꝛ terram. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

Adesto dūc supplicationibus nostris, ꝛ me indignum, qui primum misericordia tua indigeo, clementer exaudi: ꝛ quē non electione meriti, sed dono gr̄ę tuę cōstituisti huius operis ministrū, da fiduciā tui numeris exequendi, ꝛ ipse in nr̄o ministerio, qō tuo virtutis est operare. Per Chrīstū. Oremus. Oratio.

Introcat domine Jesu Christe dominū hanc sub nostrę humilitatis ingressu ęterna felicitas, diuina prosperitas, serena lętitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dęmonum: adsint angeli pacis: dominumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica domine super nos nomen sanctum tuum: ꝛ bene ✠dic nostrę conuersationi: sanctifica nostrę humilitatis ingressum: qui sanctus ꝛ pius es: ꝛ permanes cum patre ꝛ spiritu sancto in scla sclorum. ℟. Amē. Ozo.

Oremus ꝛ deprecemur dūm nr̄m Jesum Christum, vt benedicendo bene ✠dicat hoc tabernaculum, ꝛ oēs habitantes in eo: ꝛ det eis angelum bonum custodem: ꝛ faciat eos sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua: auertat ab eis omnes contrarias ptātes: eripiat eos ab omni formidine, ꝛ ab omni perturbatione: ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorum. ℟. Amen. Deinde dicat hanc orationem.

Exaudi nos domine sancte, pater oēs, ęterne Deus, ꝛ mittere digneris sanctum angelum tuum de cęlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Et ponatur imago crucifixi ante oculos infirmi: vt eam possit respicere. Deinde in modum crucis aspergat ęgrotum aqua benedicta postea domum, dicendo ante, Asperges me domine. cum ℣. Miserere mei Deus. ꝛ Gloria pa. ꝛ Sicut erat. ꝛ repetitur Ańa Asperges me. vt supra. Deinde immediate faciat ęgrotus confessionem: ꝛ dicat. Confiteor. Quo dicto sacerdos dicat.

Dominus noster Jesus Chs te absoluat: ꝛ ego absoluo te ab oi vinculo excōicationis maioris, siue minoris, suspensionis, vel interdicti, ꝛ ab omnibus pctis tuis: ꝛ restituo te vnitati, ꝛ cōioni sanctę matris Ecclesię absolutum. In noie pa ✠tris ꝛ fi ✠lij ꝛ spūs ✠sancti. Amen. Et tūc oēs clerici astantes dicat, legendo septem psalmos pniales. Dum aūt psalmi dīr, vel cum dicti fuerint, sacerdos infuncto pollice in oleo seō dicat absolute,

IN nomine pa ✠tris, ꝛ fi ✠lij, ꝛ spiritus ✠sancti: extinguatur in te oīs virtus diaboli, per impositionem manuum nostrarum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostrarum: imo per inuocationem oīum sanctorum Angelorū, Archangelorū, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrū, Confessorum, Virginum, atq; omnium simul Sanctorum. ℟. Amen. Quo dicto, faciat signum crucis de oleo sancto in corpore ęgri in septem locis subscriptis, ad vnamquamque crucem, propriam orationem dicendo. Ad oculos.

PEr istam sanctam vn ✠ ctionem, ꝛ suam pissimā misericordiam, parcat tibi dñs, quicquid deliquisti p visum. ℟. Amen. Minister vero tergat locum inunctū, cū stuppa, reponens eā in vase mundo: ꝛ sic faciat post quamlibet vnctionem. Ad aures.

PEr istaz sanctā vn ✠ ctionez, ꝛ suā pissimā misericordiā parcat tibi dñs quicquid deliquisti per auditū. ℟. Amen. Ad nares.

PEr istā sanctam vn ✠ ctionē, ꝛ suam pissimā misericordiam, parcat tibi dñs quicquid deliquisti p odoratū. ℟. Amē. Ad labia.

PEr istam sanctam vn ✠ ctionem: ꝛ suam pissimaz misericordiam, parcat tibi dominus quicquid deliquisti per gustum, ꝛ locutionem. ℟. Amen. Ad manus.

PEr istam sanctam vn ✠ ctionez, ꝛ suā pissimā misericordiaz, parcat tibi dñs quicquid deliquisti p tactū. ℟. Amen. Ad pedes.

PEr istā sanctā vn ✠ ctionē, ꝛ suā pissimā misericordiam, parcat tibi dñs quicquid deliquisti per gressum. ℟. Amē. Ad lūbos.

PEr istam sanctam vn ✠ ctionem, ꝛ suam pissimam misericordiam, parcat tibi dominus quicquid lumborum delectatione deliquisti. ℟. Amen. Postea dicat sacerdos.

VNgi te oleo sancto in noīe Patris, ꝛ Filij, ꝛ Spiritus sancti. Et non lateat in te immūdus spūs, ꝛ dolor, siue insanabilis languor, neq; in membris tuis, neq; in medullis, neq; in cōpaginibus mēbrorū tuorū: sed virtus Chīi altissimi in te corroborretur. Dīn sicut vngit Samuel Danid in regem prophetam olei operatione, omnipotentis virtute, sic suo sancto medicamine te vnxi quatenus per huius mysterij operationem, ꝛ per hāc sacrati olei vnctionem, atq; nostraz deprecationez, virtute sanctę Trinitatis medicatus atq; refectus, prestinam ac meliorata recipere merearis sanctitatem a domino omnipotente. Qui viuit ꝛ regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

PEr istam sanctam vnctionem, ꝛ per Dei virtutem, ꝛ pei mysterij nostri benedictionez, sanctificet ab omni sorde peccati

ti manus ꝛ os, cor quoque ac sensus, visus, auditus, gustus, tactus, ꝛ odoratus, ac totum corpus tuū, ꝛ anima tua: ꝛ idoneus efficiaris ad inuocandum atque sanctificandū Deum ꝛ benedicendum nomen eius. Reddat tibi dñs lętitiā salutaris tui, ꝛ spū principali cōfirmet te, ꝛ spūm scīm innouet in visceribus tuis: ꝛ ne auferat illū a te. Sed benedictio Dei Pīris, ꝛ Filij, ꝛ Spūs sancti descendat super te: copiosaq; super caput tuū defluat: ꝛ in extrema corporis tui descendat. Interius exteriusq; te repleat, atque circundet: ꝛ sit semper tecum. Per Chīistum. ℟. Amen.

SAnct te Deus, pater omnipotēs, qui te creauit. Sanct te Jesus Chīistus, qui pro te passus est in cruce. Sanct te spiritus sanctus, qui tibi in baptismo infusus est. Sancta trinitas vnus Deus gratiam suam ad profectum salutis animę ꝛ corporis in te augeat: ꝛ ab omni malo te liberet, ac in bono vigiter conseruet. Qui viuit ꝛ regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Quibus omnibus peractis, ꝛ a clericis psalmis ꝛ litanijs lectis, sacerdos dicat Kyrieelei. Chīeele. Kyrieeleison. ℣. Pater noster sub silentio. ℣. Et ne nos inducas in ten. ℟. Sed libe. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orat. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Deus, qui per Apostolū tuū locutus es: Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesię, ꝛ orent super eum vngentes eum oleo sancto in nomine domini: ꝛ oratio fidei saluabit infirmum, ꝛ alleuiabit eum dominus: ꝛ, si in peccatis sit, dimittentur ei: cura (quęsumus) Redemptor noster gratia Spiritus sancti lāguores istius infirmi: ꝛ sua sana vulnera: eiusque dimitte peccata: atque dolores cunctos cordis ꝛ corporis ab eo expelle: plenamque ei interius exteriusq; sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordię tuę restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre ꝛ Spiritu sancto vnus ꝛ regnas in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oratio.

REspice, quęsumus domine, famulum tuū in infirmitate sui corporis fatiscentem: ꝛ animam refoue quam creasti: vt

castigationibus emendatus se sentiat tua medicina saluatum: Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

DOmine sancte, pater oꝑs, eterne deus qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporibus, factur aꝫ tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui nois benignus assistis: vt famulum tuum N. ab egritudine liberatum, ⁊ sanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque ecclesie tue sanctisqꝫ altaribus tuis, cuꝫ omni desiderata prosperitate restituas. Per Chm̃ dm̃ no. ℟. Amen. Oratio.

DOminus Jesus Christe apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te sit, vt te cõseruet: ante te sit, vt deducat: post te sit, vt te custodiat: sup te sit: vt te benedicat. Qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat in secula seculorum, Amen.

Postea stuppa proiciatur in ignem. His omnibus peractis reuertantur ad ecclesiam: ⁊ Crux remaneat coram infirmo.

¶ Ordo vngẽdi infirmũ sm̃ vsum Patriarchatus Venetiarũ.

SAcerdos accedere volens ad vngendum infirmum: sumpto suppelliceo, ⁊ stola, ⁊ libello cũ ministro ad infirmuꝫ accedat, Et ibidem superpelliceo ⁊ stola paratus accedens ad lectum infirmi dicat. Pax huic domui, ⁊ oibus habitantibus in ea. Et aspergat infirmum, ⁊ thalamum, ⁊ astantes aqua benedicta. Quo facto paucis verbis infirmum consoletur: ⁊ hortetur ad habendam spem ⁊ fiduciam in domino Deo. Et postea dicat. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spir. Oremus. Oratio.

OMnipotens, ⁊ misericors Deus, immensam pietatẽ tuam humiliter imploramus: vt ad introitum humilitatis nostre in tuo nomine hunc famulum tuum N. in hoc habitaculo iacentem fessum salutifere visitare digneris, sicut visitasti Tobiam ⁊ Sarram, socrum Petri, puerumqꝫ Centurionis, atque eum restituas pristine sanitati anime ⁊ corporis, vt recepta ipsa pristina sanitate gratiarũ tibi in ecclesia tua referat actionez. Per Christum. ℟ Amen. Deinde sacerdos intingens pollicem in oleo sancto infirmorũ vngat caput infirmi in modũ crucis, dicens.

VNgo caput tuũ oleo scificato. In noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sci: vt more militis vncti ꝑparatus ad luctamen, possis aereas superare cateruas: ꝑ Xꝑm. ℟. Amen. Et ertergatur stuppa locus unctus, ⁊ ponat in vase mũdo. ¶ Ad oculos.

Ungo

VNgo oculos tuos oleo sanctificato. In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid de illicito visu deliquisti, huius olei vnctioni expietur. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum vi. ⁊c. ℟. Amen. ¶ Ad aures.

VNgo has aures sacrati olei liquore, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid delectatione noxii auditus admissum est medicina spirituali euacuetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad nares.

VNgo has nares oleo sacrato, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid noxio vapore cõtractuꝫ est ab odore superfluo: ista emendet vnctio, vel medicatio. Per Christum dominum nostrum. ℟ Amen. ¶ Ad labia.

VNgo labia ista consecrati olei medicamento, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid gustu superfluo ⁊ inordinato, vel otiosa vel criminosa peccasti locutione, diuina clementia miserante hac vnctione expurgetur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. ¶ Ad pectus.

VNgo pectus tuum oleo sancto: vt hac vnctione protectus, fortiter stare valeas aduersus aereas cateruas, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti, sit hec vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis ⁊ corporis. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum. ℟. Amen. ¶ Ad scapulas.

VNgo has scapulas, siue in medio scapularum oleo sacro, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt ex omni parte spirituali protectione munitus, valeas diabolicos impetus viriliter contemnere, ac procul possis eos robore superni inuaminis repellere: Per Christum dominum nostrum. Qui tecum viuit ⁊ regnat. ℟ium. Amen. ¶ Ad manus.

VNgo has manus oleo sanctificato, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spiritus ✠ sancti: vt quicquid illicito, vel noxio tactu, vel opere peregerunt, per hanc vnctionem euacuetur. Per Christum dominuꝫ nostrum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟ium. Amen. ¶ Ad pedes.

VNgo hos pedes oleo benedicto, In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti: vt quicquid superfluo, vel noxio incessu commiserunt, ista aboleat vnctio, vel medicatio. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ℂ Benedictio super infirmum inunctum.

BEne ✠ dictio Dei omnipotentis cum angelis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio domini nostri Jesu Christi cum apostolis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio Spiritus sancti cum septem donis suis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sanctę Ecclesię catholicę cum filijs suis electis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sanctę Marię Virginis matris domini nostri Jesu Christi cum filiabus suis sanctis sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio sancti Petri principis Apostolorum ⁊ omniu3 apostolorum sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio quatuor Euangelistarum Christi, cum quatuor Euangelijs, ⁊ quatuor passionibus Christi sit super te. ℟. Amē.

Bene ✠ dictio sanctę Crucis Christi, cum virtute Altissimi sit super te. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Adā per passionem filij tui domini nostri Jesu Christi. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Noe, ⁊ filios eius post diluuium. ℟. Amen.

Bene ✠ dic domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Abraham propter fidem suam. ℟. Amen.

Bene ✠ dic Domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Moysen per decem verba legis, quę dedisti ei in monte Sinai. ℟. Amen.

Bene ✠ dic Domine famulum tuum, sicut bene ✠ dixisti Dauid, propter eius deuotionem ad te, ⁊ propter fortitudinem manuum suarum. ℟. Amen.

Bene ✠ dictio omnium gentium celestiū sit super te. ℟. Amē.

Fiant merita ⁊ orationes omnium sanctorum tecum in diebus ⁊ noctibus: in verbo ⁊ facto, in cogitatione, ⁊ omni tempore cōmendo te sub potestate sanctissime Trinitatis. ℟. Amen.

Illuminet faciem tuam super te dominus, ⁊ misereatur tui. ℟. Amen.

Conuertat dominus vultum suum ad te: ⁊ det tibi pacem. Qui vivit ⁊ regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

In

In nomine ℙa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spirit9 ✠ sancti accipe sanitatem mentis ⁊ corporis. ℟. Amen.

Hęc vnctio per istud signum sanctę cru ✠ cis, ⁊ per oleum sancti ✠ ficatum, ⁊ per donum sancti ✠ Spiritus fiat tibi ad sanitatem ⁊ sempiternam salutem. ℟. Amē. Deinde dicat Sacerdos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spir. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui es saluatio, ⁊ redemptio nostra, qui es vera salus, ⁊ medicina, ⁊ a quo omnis sanitas, ⁊ medicamentum venit, qui apostoli tui voce instituis, vt languidos olei liquore tangentes vngamus: postulamus misericordiam tuę pietatis: ⁊ quęsumus, vt respicias propitius super hunc famulum tuum ab illa summitate celorum, vt quem languor curuat ad exitum, ⁊ virium contractio pertrahit ad occasum medela tuę gratię saluti restituat castigatum. Extingue in eo libidinū ⁊ febrium actus, ęgritudinum ⁊ cupiditatum tormenta, dissoluę superbię inflationem, tumoremque compesce: vlcera ⁊ putredines vitiorum euacua, viscerum interna, cordiumque ac medullarum, ⁊ cogitationum sana discrimina: conscientiarum atque plagarum abducito cicatrices phȳsicis, ⁊ phantasiaticis adesto periculis: veteresque atque immensas remoue passiones: opera carnis sanguinisque materiam compone: ac delictorum illi veniam propitiatus attribue: sicque illum iugiter custodiat pietas tua: vt nec ad corruptionem aliquando sanitas, nec ad perditionem, te auxiliante perducat infirmitas fiatque illi hęc olei sacra perunctio concita morbi przsentis expulsio, ⁊ peccatorum omnium optata remissio: te concedente Saluator mūdi. Qui cum ℙatre ⁊ Spiritu sancto vivis ⁊ regnas, ℙer omnia secula seculorum. ℟. Amen.

PRopitietur dñs cunctis iniquitatibus huius infirmi: ⁊ sanet omnes languores illius: redimatque de interitu perpetuę mortis vitam eius: ⁊ corroboret ⁊ satiet in bonis omnibus desiderium ipsius. Qui vivit ⁊ regnat in secula seculorū. ℟. Amen.

COncede nobis dñe famulis tuis: vt orantes cum fiducia dicamus ℙater noster. totum. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Libera nos, quęsumus Domine: ab omni malo: ⁊ custodi nos semp in omni opere bono Jesu Christe author omnium bonorum.

ℂ Bene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Benedictio cinerum, in quibus ponendus est infirmus moriens: ⁊ cilicij quo cadauer defuncti est inuoluendum. Cap. xi.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Domine exaudi orati. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus, qui non mortem, sed pniam desideras peccatorum, fragilitatem, conditionis humanę benignissime respice ⁊ hos cineres, quos causa proferendę humilitatis, atque promerendę venię famulo tuo imponi, ⁊ cilicium quo eum indui decreuimus, bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt qui se cinerem esse ob prauitatis suę meritum, ⁊ in puluerem reuersurum se cognouit, peccatorum omnium veniam, ⁊ prędmia pęnitentibus repromissa a te misericorditer cōsequi mereatur. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum viuit ⁊ reg.

¶ Exorcismus cineris.

EXorcizo te cinis in nomine Dei pa ✠ tris omnipotentis, ⁊ in nomine Jesu ✠ Christi Filij eius, ⁊ Spūs ✠ sancti, qui te per ignem in fauillam cōuerti pręcepit: vt sicut iussione Dei per sanctum famulum suum Moysen cinis vitulę in populo aspersus oēm congregationem sanctificauit Jsrael, ita ⁊ tu exorcizatus in nomine sanctę Trinitatis, ⁊ in terra ⁊ cilicio aspersus efficias, vt in famulo Dei nō lateat diabolus, sed manifestetur atque expellatur: vt purus ⁊ sincerus inueniatur. Per dominuz nostrum Jesum Christum, qui venturus est iudicare viuos ⁊ ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem. ¶ Alem benedictio cilicij.

BEne ✠ dic dñe hoc cilicium, quod famulus tuus pro humilitatis ⁊ pęnitudinis suę deuotione indui appetiuit: vt sicut Niniuitarum populo in cinere ⁊ cilicio pęnitenti pepercisti, ita ⁊ famulus tuus humiliationis ⁊ professionis suę indutus vestimēto, a te creatore suo oium indulgentiam consequatur delictorū. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc aspersis cinerib⁹ ⁊ cilicio aqua benedicta, imponat ytrūque super infirmum: vel etiam defunctum, ⁊ dicat sequentem orationem. Oremus. Oratio.

IAduat te dñs vestimento salutis: ⁊ qui vt nobis humilitatis ostenderet formam, vilibus voluit indui pannis in presepio, ipse te faciat corde contrito ⁊ humiliato sibi assistere: vt sicut

cut habitum hunc abiectionis te fecit extrinsecus induere, ita ipse vestimento immortalitatis ⁊ stola iucunditatis te intrinsecus induat. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filiuz Dei: qui cum Patre ⁊ Spiritu sancto viuit ⁊ regnat Deus in secula seculorum. ℟. Amen. Tunc super infirmum sacerdos cineres aspergat, ⁊ cilicium super eum ponat. Si autez taz mortuus fuerit, similiter eum aspergat ⁊ cilicium eum induat.

¶ De oratione facienda in visitatione infirmorum. Cap. xii.

CUm sacerdos aliquam personam infirmam decumbentem visitauerit, ⁊ aliquam orationem super eam facere voluerit, poterit vti forma infrascripta, videlicet. ¶ Primo intrans domum, vel cameram infirmi dicat. ℣. Pax huic domui, ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et accedens ad lectulum infirmi, cum dulciter salutet, ⁊ ad patientiam hortetur, ⁊ aliqua verba sancta pro ipsius exhortatione ⁊ consolatione dicat. Et quia infirmitas corpora is frequentius euenit propter infirmitatem spiritualem, vt in c. Cum infirmitas, de pęni. ⁊ remis. hortetur eum, vt si cito velit sanari ab infirmitate, etiam si infirmitas non sit multum grauis, integram ⁊ veram confessionem faciat de omnibus peccatis suis. Postmodum sacerdos dicat. Charissime, si dominus tibi prestare dignabitur sanitatem, non proponis de cętero pro viribus tuis a peccatis cauere, ⁊ eius mandata pro posse seruare? Quo promittente, dicat sacerdos. ℣. Adiutoriū nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣ Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

IMtrocat, quęsumus dñe Jesu Christe, domum hanc sub nostrę humilitatis ingressu ęterna felicitas, diuina prosperitas, serena lętitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus dęmonum, adsint Angelis pacis, domumque hanc deserat effugata discordia. Magnifica dñe super nos nomen sanctum tuum: bene ✠ dic cōuersationi nostrę: sanctifica nostrę humilitatis ingressum: qui sanctus ⁊ pius es: ⁊ permanens cum patre ⁊ spiritu sancto in secula sec. ⁊ cęs. Dñe ne in furore. j. fo. 58. ℣. Dominus vobiscuz. ℟. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti Euangelij secundum Matth. ℟. Gloria tibi domine. Dñs sacerdos dicit, Sequētia sancti, signu crucis faciat sup

Universidad de Deusto
Biblioteca

se in fronte, super os, ⁊ super pectus, ⁊ similiter super infirmum: maxime si fuerit masculus: si vero femina fuerit, dum sacerdos se signat, per semetipsam in locis predictis se signet: ⁊ hoc idem in sequentibus Euangelijs observetur.

In illo tpe: Cum introisset Jesus Capharnaum: accessit ad eū Centurio rogans eum, ⁊ dicens: Domine puer meus iacet in domo paraliticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego veniam, ⁊ curabo eum. Et rñdens Centurio ait: Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tñ dic verbo, ⁊ sanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: ⁊ dico huic, vade: ⁊ vadit: ⁊ alio, veni: ⁊ venit; ⁊ seruo meo, fac hoc: ⁊ facit. Audiens aūt Jesus miratus est, ⁊ sequentibus se dixit: Amē dico vobis, nō inueni tantā fidem in Jsrael. Dico aūt vobis, q̄ multi ab oriente ⁊ occidēte venient: ⁊ recumbent cū Abrahā Jsaac ⁊ Jacob in regno celorū: Filij aūt regni eijcient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Et dixit Jesus Centurioni: Vade ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer eius ex illa hora. Oremus. Oratio.

Domine sancte, pr̄ oēs, eterne deus, qui benedictionis tue gratiam egris infundendo corporibus, factura tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationez nominis tui benignus adiuste: vt famulum tuum ab egritudine liberatū, ⁊ sanitati donatum dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atq̄ ecclesie tue sancte cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Psalmus.

Conserua me dñe, qm̄ speraui in te: dixi dño, deus meus es tu, q̄ bonorum meorum non eges. Sanctis qui in terra sunt eius: mirificauit oēs voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominū eorum per labia mea. Dñs pars hēditatis meę, ⁊ calicis mei: tu es qui restitues hēditatē meā mihi. Funes ceciderunt mihi in pclaris: etenim hereditas mea pręclara est mihi. Benedicā dñm qui tribuit mihi intellectū: insuper ⁊ vsq̄ ad noctez increpuerunt me renes mei. Prouidebaz dñm in conspectu meo semper: q̄ a dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lętatum est cor meum, ⁊ exultauit lingua mea: insuper ⁊ caro mea

mea requiescet in spe. Q̄ m̄ non derelinques animā meam in inferno: nec dabis scm̄ tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. Dominus vobiscum. Sequētia sancti Euangelij secūdū Marcum. ℟. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Recūbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Jesus: ⁊ exprobrauit incredulitatem illorum, ⁊ duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderant. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum prędicate Euangelium omni creaturę. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, condemnabitur: Signa autem eos, qui crediderint, hęc sequentur. In nomine meo dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ęgros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem Jesus, postq̄ locutus est eis, assumptus est in celum: ⁊ sedet a dextris Dei. Illi autem profecti prędicauerunt vbique domino cooperante, ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis. Oremus. Oratio.

Virtutum celestium Deus, qui ab humanis corporibus oēz languorem ⁊ oēz infirmitatem pręcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo: vt fugatis infirmitatibus ⁊ viribus, receptis nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per Christum dominum. ℟. Amen. Psalmꝰ.

Exaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto: ⁊ de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: ⁊ holocaustū tuum pinguē fiat. Tribuat tibi fm̄ cor tuum, ⁊ oē cōsilium tuū cōfirmet. Lętabimur in salutari tuo: ⁊ in nomine Dei nr̄i magnificabimur. Impleat dñs oēs petitiones tuas: nunc cognoui quoniā saluū fecit dñs Chm̄ suum. Exaudiat illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dexterę eius. Hi in curribus, ⁊ hi in equis: nos autē in nole dñi Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, ⁊ ceciderunt: nos aūt surreximus, ⁊ erecti sumus. Dñe saluum fac regem: ⁊ exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Dñs vo. tc. Sequentia sancti Euange. Fm Lucam. ℟. Gloria tibi domine.

In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: ⁊ dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus, ducebãt illos ad Jesum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Oremus. **Oratio.**

DOmine sancte, pater oꝑs, ęterne Deꝰ, qui fragilitatẽ humanę cõditionis infusa virtutis tuę dignatione confirmas: vt salutaribus remedijs corpora nra ⁊ mentes vegetentur: super hunc famulũ tuum ꝓpitius intende: vt oĩ necessitate corporeę infirmitatis exclusa, gra ĩ eo pristinę sanitatis perfecta reparetur. Per Chm. ℟. Amen. ℣. Inclina dñe aurem. fol. 59. Dominus vo. **Sequentia sancti Euang. ſm Joan.** ℟. Gloria tibi domine.

IN illo tempore: Erat dies festus Judęorum, ⁊ ascendit Jesus Jerosolymã. Est aũt Jerosolymis ꝓbatica piscina, q̃ cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus hns. In his iacebat multitudo magna languentiũ, cęcorũ, claudorũ, aridorũ, expectantiũ aquę motũ. Angelus aũt dñi ſm tps descendebat in piscinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinã post motionẽ aquę, sanus fiebat a quacũq; detinebãtur infirmitate sua. Erat aũt quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habẽs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentẽ, ⁊ cognouisset, quia multus iã tps haberet, dixit ei: Vis sanus fieri? Rndit ei languidus. Dñe hoĩem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatũ tuum, ⁊ ambula. Et statim sanus factus est homo, ⁊ sustulit grabatum suum, ⁊ ambulabat. Erat autẽ Sabbatus in illa die. Dicebant ergo Judei illi, qui sanctus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatus tuum. Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuum, ⁊ ambula. Interrogauerũt ergo eum: quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, ⁊ ambula? Js autẽ, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum Jesus in templo: ⁊ dixit illi: Ecce sanus factus es: iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Oremus. **Oratio.**

REspice dñe famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem: ⁊ animam refoue quam creasti: vt castigationibus emendata,

emendata, continuo, se sentiat tua medicina saluatã. Per Chriſtũ. ℣. Qui habitat in adiuto. fol. 60. Ańa. Media vita in morte sumus: quem quęrimus adiutorem, nisi te domine: qui ꝓ peccatis nostris iuste irasceris. Sancte Deus, sancte fortis, sancte ⁊ misericors saluator, amarę morti ne tradas nos. ℣. Ne proijcias nos in tempore senectutis: cum defecerit virtus nostra ne derelinquas nos dñe. Sancte Deus, ⁊c. ℣. Muro tuo inexpugnabili circunciṅge nos dñe: ⁊ armis tuę potentię protege nos semper Deus noster. Sancte Deus, ⁊c. ℣. Aspice dñe de sede sancta tua, ⁊ cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuam ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide tribulationem nostrã. Sancte Deus ⁊c. Gloria. Sancte Deus ⁊c. Kyrieeleiſon, Chriſte elei. Kyrieelei. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Miserere mei domine, qm infirmatus sum. ℟. Sana me domine, qm conturbata sunt ossa mea. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede ꝓ nobis. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Esto ei domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Domine exaudi orationem. ℟. Et clam. ℣. Dominus vo. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oremus. **Dño.**

OOmnipotẽs sempiterne Deus, infirmitatem famuli tui ꝓpitius respice: atque ad protegendum, eum dexteram tuę maiestatis extende. **Oratio.**

COncede hunc famulum tuum, quęsumus domine Deus, perpetua mentis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a ꝑsenti liberari tristitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. **Oratio.**

DEus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas, concede ꝓpitius, vt a quibus tibi ministrãtibus in cęlo semper assistit, ab his in terra vita nra muniatur. **Dño.**

DEus, qui facturę tuę semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris: ⁊ famulum tuum ex aduersa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: ⁊ visita salutari tuo: ⁊ cęlestis grę pręsta ei medicinam. Per do.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hāc oratiōnem febricitantibus valere certum est.

Completa vltima oratione sacerdos vtr̄aq; manum ponat super caput infirmi, & dicat orationem de B. Vincenti, videlicet.

SUper egros manus imponent & bene habebunt. Et esus Adrię filius, mundi salus & dominus meritis beati Vincentij cōfessoris sui sit tibi clemens & propitius. Amen.

Postea dicat. Initium sancti Euangelij secundum Joannem.

IN principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat: & vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: & tenebrę eam non comprehenderūt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Nō erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sūt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratię & veritatis.

Postea subiungat dicens.

DOminus Jesus Christus apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te conseruet: ante te sit: vt te deducat: post te sit, vt te custodiat: super te sit, vt te bene ✠ dicat: qui cum patre, & spiritu sancto in vnitate perfecta viuit & regnat in secula seculorum. Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti descendat super te, & maneat semper. ℟. Amen.

Prędicta oratio super infirmos potest abbreuiari ad libitum.

De petitionibus faciendis infirmo morienti valde vtilibus. Cap. ij.

SOlent frequenter a personis secularibus ex deuotione aduocari sacerdotes: vt assistant morientibus. Ideoque taliter aduocari poterunt in tali tempore infrascriptam formam seruare, vel aliam, vt eis visum fuerit. Et primo

primo ingredientes cameram infirmi dicant. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Postea accedentes ad infirmum, cum dulciter salutent, & consolentur. Et si viderint eum morti proximū, si tñ adhuc sit capax rationis, hortentur ad plenam subiectionē sui ipsius diuinę & bonitati & voluntati. Et cum viderint eum paratum ad moriendum, sacerdos petat ab eo infrascriptas petitiones per ordinem, morose & distincte, vt eas infirmus percipere possit, videlicet. Sacerdos. Credis omnes articulos fidei, & totam sacram scripturam, ꝑm expositionē sanctorū Doctorū & catholicorū? Rñdeat infirmus. Credo. Sacerdos. Detestaris tu, & reprobas oēs hęreses, & superstitiones a sancta mr̄e Eccl̄a catholica dānatas, & reprobatas? Respōdeat infirmus. Reprobo. Sacerdos. Gaudes mori in fide dñi nostri Jesu Chr̄i? Rñdeat infirmus. Gaudeo. Sacerdos. Cognoscis te multū offendisse dñm Deū creatorem tuū, a quo tanta beneficia recepisti, & a quo habes quicquid boni habes? Respōdeat infirmus. Cognosco. Sacerdos. Doles ex corde de omni offensa contra dñm deum, teipsum, & proximum tuum, qualitercunq; commissa? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de oi negligentia, & omissione bñ operandi, & de ꝓtempto gratiarum a dño deo tibi datarum? Rñdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles de hoc, non timore mortis, vel cuiuscūq; pęnę, sed solum ex consideratione offensę diuinę bonitatis, quam offendisti? Rñdeat infirmus. Ita doleo. Sacerdos. Desideras recordari oīum peccatorum tuorum oblitorū, vt de ipsis habere possis specialem contritionem, & dolorem, & pniam? Rñdeat infirmus. Desidero. Sacerdos. proponis de cętero, si Deo placuerit te de hac ęgritudine sanatum, deinceps toto tempore vitę tuę cauere a peccatis mortalibus, & vitā tuam mutare: & potius quodcunq; dānum tpale, & corporalem mortem sustinere, ꝙ de cętero deum per peccatum mortale offendere? Rñdeat infirmus. Propono. Sacerdos. Rogas deum, vt te in hoc sancto proposito conseruet? Rñdeat infirmus. Rogo. Sacerdos. Parcis oībus inimicis tuis, qui verbo, vel facto, tibi vel tuis in aliquo nocuerunt, amore dñi dei tui, a quo etiā tu veniaz tuorum petōrum petis, & hoc non solum verbo, sed corde, & firma voluntate? Respondeat infirmus. Parco. Sacerdos. Vis omnia integre

restituere illis a quibus acquisiuisses, accepisses, vel habuisses per te vel per alios iniuste ꝛ indebito modo, ꝛ per hoc totam facultatem tuam, si aliter satisfacere non posses exponere, ꝛ eidem renunciare? Rñdeat infirmus. Volo: ꝛ paratus sum. Sacerdos. Credis non propijs meritis, sed passionis dñi nostri Jesu Christi virtute, ꝛ merito ad gloriam peruenire? Respondeat infirmus. Credo. Sacerdos. Credis ꝙ dñs noster Jesus Christus pro nostra salute mortuus sit: ꝛ ꝙ ex propijs meritis, vel alio modo nullus possit saluari, nisi i merito passionis eius? Respondeat infirmus Credo. Sacerdos. Redde ei gratias toto corde: quantum potes: ꝛ te ipsius passioni recõmenda: ꝛ ipsam corde cogita, ꝛ ore quantum potes nomina. Respondeat infirmus Reddo. Sacerdos. Doles ꝙ non potes recordari de oĩbus peccatis tuis, quibus dñm Deum offendisti, in quocunque loco, ꝛ cum qualicunque persona, quę si recordareris, confitereris integraliter? Respõdeat infirmus. Doleo. Sacerdos. Doles, ꝙ postquam veniam de peccatis tuis a dño Deo consecutus es: recidiuans reuersus es ad eadem, vel similia, vel maiora peccata? Respondeat infirmus Doleo. Sacerdos. Si occurrerit tibi diabolus, ei semper appone merita passionis Christi. Respondeat infirmus Apponaz. Sacerdos. Si te tẽtauerit de fide, dicas te omnia credere, ꝛ confiteri, quę credit, ꝛ confitetur sancta catholica ꝛ apostolica Ecclesia. Rñdeat infirmus Dicam. Sacerdos. Si dñs Deus voluerit te fm tua peccata iudicare, dicas: Dñe Deus, ego pono mortem dñi mei Jesu Christi inter me ꝛ iudicium tuum: ꝛ quamuis meruerim ęternam mortem propter peccata mea, interpono tamen meritum passionis eiusdem loco meriti, quod ego miser deberem habere, ꝛ non habeo: Item dñe pono candẽ passionem ꝛ mortẽ Dñi mei Jesu Christi inter me ꝛ iram tuam: ꝛ in manus tuas domine commendo spiritum meum. Rñdeat infirmus. Dicam, Non erit desperandum, vel dubitandum de salute illius, cui supra positas petitiones corde crediderit, ꝛ ore confessus fuerit. Finitis prędictis petitionibus cum cęperit in agone mortis infirmus certare, poterunt lege infra positę passiones omnes, vel aliquę ipsarum, sicut necesse fuerit, ꝛ etiam repeti. Et cum viderint infirmũ signis euidentibus morti proximum, intermittentes passiones, faciant recom-

mendationem animę: vt infra. fol. 170. Prius tamen infirmus facere debet sequentes protestationes.

De protestationibus faciendis a moriente Cap. 14.

Prima protestatio.

IN nomine sanctissimę Trinitatis, Patris, ꝛ Filij, ꝛ Spiritus sancti. Ego N. ptestor corã te sanctissime Angele Dei diuina pietate ex vtero matris mihi deputato: ꝛ coram te patre meo N. ꝛ coram oĩbus vobis circunstantibus: ꝙ in ea vera fide catholica, quam sancta Romana ꝛ apostolica profitet Ecclesia, ꝛ in qua omnes decesserunt sancti, mori desidero, ꝛ volo: Nec ad momentum temporis diutius viuere affecto, nisi quantum diuinę placuerit pietati, cui in omnibus conformiter meam subijcio voluntatem.

Secunda protestatio.

Item protestor, ꝙ sub tua angelica protectione, ꝛ adiutorio diuinę gratię discedam: ꝛ sic mori intẽdo absque oi desperatione ꝛ fidei dubitatione: ita ꝙ neque magnitudo, nec numerositas meorũ peccaminũ in barathrum desperationis me immergere debent: cum sciam, ꝛ veraciter credam vnam deifici fm sanguinis guttam in ara crucis effusam, fuffecisse in redemptionez totius humani generis, si ita placitum fuisset diuinę pietati.

Tertia protestatio.

Protestor ꝙ in casu, vbi ex pusillanimitate spiritus propter tremendũ diuinũ iudiciũ, cui astare habeo, aut demonis tentatione, seu debilitate rationis (quod Deus auertat) aliquã inciderem desperationem, aut fidei dubitationem, hoc ipsum pro nunc sana mente existens reuoco, cassо, ꝛ pro non tali facto habere volo, eo ꝙ nõ ato sano ꝛ deliberato hoc ipsũ eueniet, submittens me totaliter diuinę pietati.

Quarta protestatio.

Protestor etiã, ꝙ cuz diuina misericordia nulli peccatori cõtrito ꝛ ꝓfesso remissionem suorũ peccaminũ denegat eaz desideranti, ꝙ eandez misericordiã ꝛ remissionẽ mihi impertiri velit, toto corde desidero: ꝛ pro illã consequi pen merita amarissimę suę mortis, ꝛ virtutẽ pretiosissimi sanguinis sui, ꝓ me effusi, in ligno sanctissimę Crucis, ꝛ per merita ꝛ preces sanctissimę suę Matris, ꝛ omnium sanctorum Angelorum, ꝛ electorum.

Quinta protestatio.

Protestor etiam super hanc petitionem, humili prece porrectam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctam, vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eorum hominum, quos ab ęterno prędordinauit, in extremo iudicio esse saluandos: ſi, ⁊ in quantum pro meis peccatis exigentibus tandiu pęnas purgatorias substinere debeam, dummodo in ęternum non secludar a sua pietate. ℂ Commendatio.

His protestationibus prędmissis sanctissime Angele Dei tibi extremam meam volũtatem ⁊ affectionem pro testamento animę meę cõmendo, tria mihi ex testamento saluatoris misericorditer impertiri rogans. Primo vnũ lacrymosum intuitũ ⁊ dolorosum suspiriuz: ex innumeris quos in cruce pendens tribus horis viuus habuit ad mitigandum dolorosos meos singultus ⁊ gemitus, ⁊ suspiria, quibus nũc premor. Et vt ipsa mater omnis gratię mecum condidiuere velit vnicum cordis sui virginei gemitum dolorosumque suspirium ac lacrymosum intuitum, ex innumeris, quos sub cruce stando suspirijs ⁊ lacrymis habuit, filium vt redemptorẽ humani generiz intuendo: Suscipiẽdo me in numeriz eorũ pctorũ, qui veniã ⁊ salutem ad minus in extremo iudicio per sua sanctissima merita ⁊ preces ꝯsequuntur. Secundo succurrat tua angelica pietas: vt, qñ miserum cor meum scindetur, ⁊ aĩa mea misera a corpore separabitur, tunc inueniaz placabilẽ iudicem: intuitu illius diuinę charitatis, in qua amorosum cor tuum scindebatur in cruce pro salute mundi: ⁊ sua diuinissima aĩa a diuinissimo corpore separabat. Vltimo sanctissime Angele Dei, cõmendo tibi extremam horã vitę meę: vt exitum aĩę meę gubernando, ⁊ ab hostibus salutis me protegendo super has protestationes velis esse, vbi ⁊ quotics opus fuerit cõtra omnia pericula salutis, fidelis testis: ⁊ protector.

℣ Isti sunt tres Pater noster. ⁊ tres Aue Maria. cum tribus orationibus, quę debent dici pro animabus morientiũ omniuz: ⁊ multum eis prodest, ſi dicantur deuote. Lap. 15.

℣ Primus Pater noster, Kyrieeleiſ, Christeeleiſ, Kyrieeleison, Pater noster. in memoria agonię Domini nostri Jesu Christi, Aue Maria gratia plena, Dominus ⁊c. Oratio.

Domine Jesu Chriſte per agoniam, ⁊ oꝛonem tuam sanctissimam, qua oraſti pro nobis in monte oliueti: qñ factus est sudor tuus sicut guttę sanguinis decurrentis in terram, obsecro te, vt multitudinẽ ſudoris tui sanguinei, quẽ prę timoris tui angustia

gustia copiosissime pro nobis effudisti, offerre ⁊ ostẽdere digneris Deo Patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui: ⁊ libera eum in hac hora mortis sue ab omnibus angustijs suis, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre ⁊ Spiritu sancto viuis ⁊ regnas in secula seculorum. Amen. ℂ Secundus Pr̃ noster, Kyrieeleiſon, Christe eleiſon, Kyrieeleiſ, Pater noster. in memoria omnium passionum domini nostri Jesu Christi, ⁊ Aue Maria gratia plena, Dominus tecum. Oratio.

Domine Jesu Chriſte, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te, vt omnes amaritudines passionum ⁊ pęnarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuiſti in cruce, ⁊ maxime in illa hora, quãdo sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo sanctissimo, offerre ⁊ ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima huius famuli tui: ⁊ libera eũ in hac hora mortis ab omnibus peccatis ⁊ passionibus, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre ⁊ Spiritu sancto viuis ⁊ regnas in secula seculorum.

℣ Tertius Pater noster dicitur in memoria ineffabilis charitatis Domini nostri Jesu Christi. Kyrieeleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrieeleiſon. Pater noster, qui es in cęlis, sanctific. ⁊c. ⁊ Aue Maria gratia plena Dominus. Oratio.

Domine Jesu Chriſte: qui per os prophetę dixiſti, In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans tui: obsecro te: vt eandem charitatem tuam, quę te de cęlo ad terram, ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, ⁊ ostendere digneris Deo Patri omnipotẽti pro anima huius famuli tui: ⁊ libera eum ab omnibus passionibus, ⁊ pęnis, quas pro peccatis ſuis timet se meruisse: ⁊ salua animam eius in hac hora exitus sui in gloria ęterna. ⁊ tu pissime domine Jesu Chriſte qui redemiſti nos pręcioſissimo sanguine tuo, miserere animę huius famuli tui: ⁊ cum introducere digneris ad semper virentia, ⁊ amęna loca paradiſi: vt viuat ibi amore inuisibili, qui a te ⁊ ab electis tuis separari nunquam potest. Qui cum Patre ⁊ Spiritu sancto viuis ⁊ regnas in Trinitate perfecta per infinita. ⁊c. ℟. Amen. ℂ Postea ſi adhuc vixerit subiungende sunt infraſcriptę orationes cum totidem, Aue Maria.

ℂ Ora-

Orationes dicendę in agone mortis ad beatam virginem Mariam. Cap. 16.

Prima oratio.

MEdiatrix Dei ꝛ hominū, misericordię fons inexhaustus effundens riuos copiosę gratię, Maria te rogo dulcissima mr̃ dn̄i nostri Jesu Christi per illā perturbationē, quaz habuisti in corde tuo pijssimo; tunc ꝛ deinceps cū Simeon sanctus ꝛ senex prophetando diceret: tuā ipsius aīam pertransibit gladius: vt petas quatenus idez benedictus filius tuus de largissima clementia sua donet huic famulo tuo per eandem perturbationem tuā, indulgentiaz oīuz petōrū suorū, Et vt eum liberet ab omnibus malis preteritis, presentibus, ꝛ futuris. Amen. Aue Maria.

Secunda oratio.

Auxiliatrix Dei ꝛ hominū, ꝛ pacis eternę condimentū. Maria te interpello speciosissima regina celi, p illā dolorosam perturbationē quaz habuisti in corde tuo benignissimo: pro eo q̄ filium tuū amantissimū per triduū amiseras: vt roges cuius quatenus ipse pp eandem turbationem tuam huic famulo tuo dignetur dare plenam cognitionē, perfectam contritionē, ꝛ purā cōfessionē, spem firmā, certam securitatē a Deo nunq̄ separādā: ꝛ ita perfectū ꝛ verū amorem: vt cū illo amore tantā mereatur mercedē in celo acquirere: ac si ei multis annis cū perfectione sanctissimę vitę diligentius seruisset. Amen. Aue Maria.

Tertia oratio.

Reparatrix debilū, ꝛ vulneratę animę efficacissima medicina Maria te p eto gloriosa dn̄a per illā perturbationē, quā habuisti in corde tuo clemētissimo, pro eo q̄ perfidi Judei captiuauerunt ꝛ detinuerunt desiderabilem vnigenitū vteri tui filium: de quo cognouisti in spiritu, q̄ volebat, ꝛ q̄ pati debebat pro salute humani generis: quatenus deprecceris eundem filium propitiatorē seculi: vt ipse propter candē turbationem tuam de omni captiuitate, ꝛ ab oī tribulatione corporis ꝛ aīę angustiarum ꝛ periculorū, ꝛ tētationibus dęmonū famulū tuuz clementer eripiat: ꝛ ab oībus malis in perpetuum tueat. Amen. Aue Maria.

Quarta oratio.

Illuminatrix cęcorum: ꝛ lucerna salutiferę gratię Maria te flagito dulcissima dn̄a mr̃ Dei, per illā turbationez tuam, quam habuisti

habuisti in corde tuo propitiatissimo, pro eo quod amantissimus filius tuus a Judęis crudelissimis in conspectu tuo, cum clauis acutissimis sine omni miseratione vinificę crucis patibulo fuit affixus: vt postules ab eodem filio tuo, quatenus per eādem turbationem tuam ignem veri amoris, cum igne amoris ꝛ passionis suę in corde huius famuli tui accedant: quo ipse summus sacerdos ligno crucis ipsum subijciat, nutriat, ꝛ in altari cordis eius iugiter ardeat, ꝛ flammescat: vt in commemoratione sue sanctissimę Passionis ꝛ mortis, eiusdem sacratissimę Passionis suę non obliuiscatur. Et si ex infirmitate valida, vel ex alia causa quacunque impediente, memor esse nequiuerit: per eundem acerbę passionis suę dolorem in hora mortis suę ex multiplici misericordia tua tantam mercedem in cęlis percipere mereatur: ac si omnes dies suos consumpsisset in memoria suę sacratissimę Passionis. Amen. Aue Maria.

Quinta oratio.

Aduocatrix omnium peccatorum: quos damnabiliter moles vitiorum deprimit, finisq̄ nostrę miserię Maria te deprecor, venerabilissima mundi domina, per illam intolerabilem turbationem, quam habuisti in corde tuo benignissimo in illa hora, cum filius tuus cunctis desideratus gentibus, ac omnibus vere amabilis de cruce depositus cum recentibus vulneribus, ꝛ proprio sanguine rubricatus datus fuit a Joseph in sinum tuuz, qui est corona iucunditatis omnium beatorum in cęli solio: vt propter eandem perturbationem tuam: ipse famulum suum pręuenire dignetur abundantia gratiarum suarum, ꝛ copiosę misericordię suę: vt det corpus suum, ꝛ animam suam in potestatem tuam, ꝛ in sinum pijssimę misericordię tuę: quam cunctis deuote postulantibus clementer aperis in ęternum. Et ad illud signum gemebundum sic eum recipi affectuosissime deprecor propter illum dulcissimum infantulum tuum candidum, ꝛ rubicundum, electum ex millibus: Qui thesaurus totius felicitatis tuę extitit ꝛ est: Quem in sinu tuo delicatissimo propijs lactasti vberibus: vt in presenti vita, ꝛ precipue in extremis suis te videre mereatur cum gaudio: ꝛ tuę miserationi gratias agere valeat in secula seculorum. Amen.

Titulo.

¶ Litania. pro infirmo moriente.

¶ Ordo commendatiõnis animę. Cap. 17. Prius fiant litanię breues. Si autem sit femina dicatur Pro ea.

Kyrie eleison.	Christe eleison. Kyrie eleison.
Sancta Maria	ora pro eo.
Omnes sancti Angeli & Archangeli	orate pro eo.
Omnis chorus Justorum	orate pro eo.
Sancte Abraham	ora pro eo.
Sancte Joannes Baptista	ora pro eo.
Omnes sancti Patriarchę & Prophetę	orate pro eo.
Sancte Petre	ora pro eo.
Sancte Paule	ora pro eo.
Sancte Andrea	ora pro eo.
Sancte Bartholomęe	ora pro eo.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistę	orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes	orate pro eo.
Sancte Stephane	ora pro eo.
Sancte Laurenti	ora pro eo.
Sancte Clemens	ora pro eo.
Sancte Vincenti	ora pro eo.
Omnes sancti Martyres	orate pro eo.
Sancte Siluester	ora pro eo.
Sancte Gregori	ora pro eo.
Sancte Nicolae	ora pro eo.
Sancte Augustine	ora pro eo.
Omnes sancti Pontifices & Confessores	orate pro eo.
Sancte Benedicte	ora pro eo.
Sancte Bernarde	ora pro eo.
Sancte Dominice	ora pro eo.
Sancte Francisce	ora pro eo.
Omnes sancti Monachi & Eremitę	orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena	ora pro eo.
Sancta Lucia	ora pro eo.
Sancta Catherina	ora pro eo.
Sancta Cęcilia	ora pro eo.
Omnes sanctę Virgines & Viduę	orate pro eo.
Omnes Sancti & Sanctę Dei	orate pro eo.

Pro-

Propitius esto	libera eum dñe.
Ab ira tua	libera eum dñe.
A mala morte	libera eum dñe.
A pęnis inferni	libera eum dñe.
A potestate diaboli	libera eum dñe.
A bomni malo	libera eum dñe.
Per mortem tuam	libera eum dñe.
Per sanctam resurrectionem tuam	libera eum dñe.
Per mortem & sepulturam tuam	libera eum dñe.
Per sanctam crucem tuam	libera eum dñe.
Per admirabilem ascensionem tuam	libera eum dñe.
Per gratiam Spiritus sancti paracliti	libera eum dñe.
In die iudicij	libera eum dñe.
Peccatores	te rogamus audi nos.
Ut ei parcas	te rogamus audi nos.
Ut ei indulgeas	te rogamus audi nos.
Ut ad veram pęnitentiam eum perducere digneris	te rog.
Kyrie eleison.	Christe eleison. Kyrie eleison,

¶ Deinde pro vicino morti, cum in agone sui exitus anima visa fuerit anxiari, dicantur hę orationes.

¶ Commendatio animę ante mortem.

PRoficiscere anima Christiana de hoc mundo, In nomine Dei Patris omnipotentis, qui te creauit: In nomine Jesu Christi filij Dei viui, qui pro te passus est: In noie Spiritus sancti, qui in te fusus est: In noie Angelorũ & Archangelorum: In nomine Thronoꝝ, & Dñationum: In nomine Principatuuꝫ & Potestatũ: In nomine Cherubiꝫ & Seraphim: In nomine Patriarcharum & Prophetarũ: In nomine sanctorum Apostolorum: In nomine sanctorum Martyrum & Confessoꝝ: In nomine sanctorum Monachoꝝ & Eremitarum: In nomine Virginum & omnium Sanctoꝝ, & Sanctarũꝫ Dei. Hodie sit in pace locus tuus: & habitatio tua sit in sancta Sion. Per eundem Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

DEus misericors, Deus clemens, Deus, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentiũ deles, & pręteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice propitius super hunc famulum tuum N. & remissionem

sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi omniū peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renoua in eo piissime pater quicquid terrena fragilitate corruptus, vel quicquid diabolica fraude violatum est: t vnitati corporis ecclesię membrum redemptionis amnecte. Miserere domine gemituum, miserere lacrymarum eius: t non habentem fiduciam nisi in tua misericordia, ad tuę sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum. Qui tecum. ℟. Amen. Oratio.

COmmendo te omnipotenti Deo charissime frater, vel soror, t ei cuius es creatura committo: vt cum humanitatis debitum morte interueniente persolueris, ad authorem tuum, qui te de limo terrę formauerat, reuertaris. Egredienti itaque animę tuę de corpore splendidus Angelorum cętus occurrat. Iudex Apostolorum tibi senatus occurrat. Candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium te confessorum turma circūdet. Iubilantium te virginum chorus excipiat: t beatę quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat. Mitis atque festiuus Christi Jesu tibi conspectus appareat, qui te inter assistens sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi terrorimus satanas cum satellitibus suis: in aduentu tuo te commitantibus angelis contremiscat: atque in ęternę noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus t dissipentur inimici eius: t fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Et iusti epulentur, t exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur t erubescāt omnes tartareę legiones, t ministri satanę iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Constituat te Christus filius Dei viui intra paradisi sui semper amęna vireta, t inter oues suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absoluat, atque ad dexteram suam in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas: t prędens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum contemplationis diuinę dulcedine potiaris in secula seculorum. ℟. Amen. Alia oro.

SUscipe=

SUscipe dñe animam famuli tui in locum sperandę sibi salutionis misericordia tua. ℟. Amen. Libera domine animam famuli tui ex omnibus periculis infernorum, t de laqueis pęnarum, t ex omnibus tribulationibus. ℟. Amē. Libera aiaz famuli tui, sicut liberasti Enoch, t Eliaz de communi morte mūdi. ℟. Amen. Libera domine aiaz famuli tui, sicut liberasti Noe de diluuio. ℟. Amen. Libera dñe animā famuli tui, sicut liberasti Abraham de Ur Caldęorū. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. ℟. Amen. Libera domine aiam famuli tui, sicut liberasti Isaac de hostia, t de manu patris sui Abrahę. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, sicut liberasti Loth de sodomis, t de flamma ignis. ℟. Amen. Libera domine aiaz famuli tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorū. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, sicut liberasti Danielē de lacu leonum. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis, t de manu regis iniqui. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, sicut liberasti Susannā de falso crimine. ℟. Amē. Libera domine animam famuli tui, sicut liberasti Dauid de manu regis Saul, t de manu Golię. ℟. Amen. Libera dñe aiam famuli tui, sicut liberasti Petrū, t Paulū de carceribus. ℟. Amen. Et sicut beatissimā Teclā virginez t martyrē de tribus tormentis atrocissimis liberasti, sic liberare digneris aiam huius famuli tui: t tecum facias in bonis congaudere cęlestibus. ℟. Amen. Alia Oratio.

COmmendamus tibi domine animā famuli tui N. precamur= que te dñe Jesu Christe saluator mundi: vt eam propter quā ad terram misericorditer descendisti, patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce dñe creaturam tuam non ex dijs alienis creatam, sed a te solo Deo viuo t vero: quia non est Deus alius pręter te: t non est fm opera tua. Lętifica dñe animam eius in conspectu tuo: t ne memineris iniquitatum eius antiquarum, t ebrietatum, quas suscitauit furor sine feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit, tamen patrem t filium t spiritum sanctum non negauit, sed credidit: t zelum Dei in se habuit: t Deum qui fecit omnia adorauit. ℟. Amen. Alia Oratio.

DElicta iuuētutis t ignorātias eius ne memineris, quęsumꝰ dñe: sed fm magnaz misericordiam tuam memor esto illius

in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi: collectētur illi Angeli: in regnum tuum dñe seruum tuum suscipe. Suscipiat euz sanctus Michael Archāgelus Dei, qui militie celestis meruit principatum. Veniant illi obuiam sancti angeli Dei: t perducant eū in ciuitatem celestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus, cui a Deo claues regni celestis tradite sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Joannes electus Dei Apostolus t Euāgelista: cui reuelata sunt secreta celestia. Orent pro illo oēs sancti Apostoli: quibus a dño data est potestas ligādi, atqz soluēdi. Intercedant pro eo omnes sancti t electi Dei: qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exuti, peruenire mereatur ad gloriam regni celestis. Prestante domino nostro Jesu Christo, qui cuz Patre t Spiritu san. tc.

De tentationibus, in quibus homo tentatur a diabolo in exitu anime sue: t de remedijs ad expellendas eas. Cap. 18.

Beatus Gregorius dicit, q antiquus hostis, s. diabolus multipliciter conatur tentare quemlibet christianum maxime in articulo mortis. Et inter alia specialiter de tribus dicit, q qñ in illa agonia homo laborat in extremis, t iam amisit visuz corporalem t auditum, tunc diabolus prepārat graues tentationes. Et primo tentat de fide, preparando diuersas imaginationes. Hoc quando fit, vel credit verisimiliter tale fieri, vt dicit beatus Augustinus, statim debet homo firmiter cogitare, q tentatio est diabolica: t debet homo dicere in corde suo, licet non possit ore.

¶ Dñe Jesu Christe ego verus catholicus suz, t credo aīa, quę credit, t tenet sctā Ecclesia Ro. t in ista fide volo mori. Et tunc inimicus recedit confusus. Veruntñ statim inimicus est preparatus cuz alia tentatione. s. de petō desperationis, ita q tunc reducuntur ei ad memoriaz multa petā, que hō cōmisit: t spāliter qñ hō habet aliqua per obliuionē inconfessa. Et tunc hō incipit turbari, t titubare, t cogitare quomodo ipse posset saluari: t reputabit quasi impossibile. Unde dicit idez, statim debet homo cogitare hanc esse tentationez diabolicam: t debet dicere in corde suo.

¶ Domine Jesu Christe tu effudisti sanguinem tuum in cruce propter peccata nostra, placeat tibi q merita sancte passionis

nis tue deleant peccata mea, de quibus recordatus fui, t confessus sum: t de alijs meritum passionis tue suppleat. Hoc dicto, statiz tentatio recedit. Videns diabolus, q non potest hze victoriā per istos modos, vt dicit idez, apparet ei in pulcherrima figura dicens. Ego sum Chz̄s creator t redemptor tuus: me ergo adora: Unde dicit idē, q hic debet esse hō valde cautus, t non credat sibi: sed dicat: Si tu es Christus ille qui assumpsit carnem de virgine Maria, t natus est ex ipsa remanēte virgine, t fuit passus in cruce vsque ad mortem pp peccata nostra: t descendit ad inferos ad liberandū sanctos pz̄es, t resurrexit tertia die: t ascēdit ad celū die ascensionis, t in die iudicij debet venire ad iudicandū viuos t mortuos: Si tu es ille, ego te adoro: aliter non adoro. Tunc diabolus videns se omno victum t confusum, recedit penitus, t amplius non reuertitur ad tentandum. Postmodum iste talis, qui istis resistit, t vincit tentationes diabolicas, habet cōsolationem cum angelis, t expectat coronam de victoria.

¶ Sequentes orationes dicende sunt super agonizante in transitu deuote, morose, t intelligibiliter, vt infirmus audire possit. Oremus. Oratio Cap. 19.

O Sācta Trinitas pater, fili, t spūs alme, oēs eterne Deus tua immensa attracti ac moti pietate, pro anima famuli tui N. nunc in extremis laborantis, te deprecari compellimur. t ipsam sacratissime domine tue pissime omnipotentie commēdamus, vt illam ab insidijs, aspectu quoqz t terrore demonum custodiēdo tuearis: ne fidē repente perdens quam tenuit, pessime desperationis labatur in foueam: ne diffidentie tentationibus cedat, ne preteritorum scelerū recordatione desperet. Exaudi rex gloriose pp tuā suauissimā t clemētissimam bonitatez pro ea interpellantes. Exaudi (inquaz) per orationes patriarcharū, per merita prophetarū, per suffragia aplorum, per victoriā martyruz, p fidē confessorū, per virginū puritatē, per deuotā intercessionē omniū, qui tibi ab initio placuerunt, t tecū modo regnantes in excogitabili felicitate letantur. Ab ipsa domine iactantiā repelle: tribue cōpunctionem, suscita fletuz, cor eius mollifica, ab oībus insidijs inimici illaz tuere, fidei tue lumine confirma, gr̄e tue infunde charitatē: vt in te rex oīpotens, t in tua pietate cōfidens omniū culparū vera contritione ab intimis visceribus cōcutiatur.

Clemẽtissime dñe oĩa iniqua desidera ab illa rescinde, ignea tela diaboli extingue, largire fontem lacrymarum, quibus iniquitatum suarum tergat maculas, vincula disrumpat. Fac eam dñe salubriter petere, audire quę petit, atque celeriter exaudi. Si pie respicis, viuet: si desperaueris, perijt. Si iustitia vteris, ante oculos tuos mortua fetet: si misericorditer, vt tuam bonitatem decet, asperaueris, a desperationis barathro reuocatur. Respice domine sancte, pater dilecti filij tui vulnera ⁊ cruorem. Domine Jesu Christe rex pijssime, qui venisti redimere perditos: noli damnare redemptos. Da illi dñe cor pium, quod te timeat: sensum vigilem, qui te intelligat: simplicẽ oculũ ⁊ intentionẽ rectã, qua te sequatur. Dñe Jesu Chriſte fili pĩs misericordiarum, ⁊ reginę misericordię gloriosę virginis Marię, aię huius famuli tui miserere: ⁊ eã de maiestatis tuę sede clementer aspiciens, ab illa repelle tenebras, ⁊ eã splendoribus tuę claritatis illustra. Clementissime dñe Jesu a tua pietate culparũ eius remissionẽ humiliter petimus, qui Deo patri mundum tuo cruore gratum reddidisti. O fons pietatis non possuisti esse crudelis: Tuę dilectissimę genitricis precęs ne spernas. O gloriosa regina mundi Maria: virgo pulcherrima: virgo misericors, quę genuisti regem velut rosa decora, illos tuos misericordes oculos ad seruum tuum N. misericorditer converte: tu quę pctorum aduocata prędicaris: prima eorũ spes: quę nulli claudere potes sinũ tuę pietatis. O misericordię mr: ecce tps patrocinandi, qñ famulus tuus N. iudicẽ iratũ sentiens protectionis tuę grã flagitat. Eia ergo aduocata nostra occurre velociter. O Gabriel archãgele, qui salutez mũdo nũciasti. O scẽ Michael, qui draconẽ Acheronti expugnasti. O sctẽ Raphael, qui filiũ Tobię iusti salubriter deduxisti. O Angele custos huius Dei seruuli. O cęlestes Angelorũ omnium chori, nec nõ patriarcharũ, prophetarũ, aplorũ, martyrũ, confessorũ, sacerdotũ, leuitarũ, monachorũ, eremitarũ, virginum, oĩumq; iustorum, per amorem ineffabilez agni immaculati Jesu Christi regis vestri, qui vos de mundo elegit, cuius lęta visione gaudetis, vos pro huius nostri fratris, vel sororis anima deprecamur: vt eã vestris pcibus iuuare dignemini: quatenus diaboli faucibus erepta saluetur, ⁊ vbę iucundissimę societati lęta iungat. O rex clementissime Deus omnipotens saluator mũdi

Jesu

Jesu pie, qui omnium iñ te sperantium misereri consueuisti propter orationes Dei genitricis, ⁊ omnium sanctorum Angelorũ ac electorum Dei famulo tuo N. quęsumus, miserere: quatenus in passionis tuę merito ac sanguine a peccatorum suorum maculis ablutus eternaliter in tuo regno glorietur. Amen.

O Suauissime dñe Jesu Christe beatorum requies, ⁊ omnium in te sperantium salus iucũdissima: qui in nocte dirę passionis tuę ad patrez orasti, dicens: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat: quique illa hora in tanta fuisti angustia, vt de precioso corpore tuo sanguis efflueret, precamur te bone Jesu, quatenus animaz famuli tui N. tua solita pietate iuues: vt pro suis delictis conteratur, ⁊ moueatur ad pœnitentiam salubrem: vt in hac hora tremenda, iñ occursu aduersarij non paueat, nec in aduentu, aut aspectu tuo iudex tremende, accusante conscientia, contremiscat, sed potius faciez tuaz in iubilo videns lętetur: te prędante Jesu Christe: cuius est passione redemptus. Amen.

O Dulcissime rex, Jesu pie, qui in tuę passionis horrenda nocte a discipulis tuis destitutus, inter aduersarios tuos solus stetisti, tuę pietati supplicamus: vt animam seruuli tui N. in suo obitu solam non relinquas in manibus iniquorum dęmonum, auxilio tuo destituram: sed tua virtute, ⁊ tuorum Angelorum sanctorum societate securam, ad locum tuę beatissimę visionis per sanguinis tui virtutem lętanter deducas. Amen.

O Dñe Jesu Christe decus ⁊ gloria sanctorum: qui pendens in cruce, pro tuis diris crucifixoribus patrem rogasti, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: tuam pietatem precamur pie Jesu: vt in mente seruuli tui N. orationes tuę renouare digneris affectum: quatenus offensarum omniũ ab eterno patre veniam consequatur. Et sicut tunc exauditus fuisti tu dñe, ac rex, sic nunc cum patre seruos ac milites tuos exaudire digneris pro seruulo tuo N. qui nescit quid faciat, dum fidei, ⁊ sensus exiguitate tepescit. Rogamus pie Jesu, vt in obitu eius omnia sua peccata dimittas, ⁊ pro tuę durę passionis merito ad Angelorum consortia deducatur. Amen.

O Sacratissime domine Jesu Christe Saluator, qui ppter nostra scelera abolenda, post crudelia verbera, post pudibun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

da opprobria, post irrisuam ⁊ afflictiuã aculeozũ cozonã, in cruce nudus, instar latronis, affigi elegisti, exoramus te pie per has tuas passiones, vt aiam famuli tui N. in extremis laborantẽ, suorum peccatozũ dolorosa confessione verberes, vera contritione confundas, ⁊ vero timore cozones: ⁊ in cruce tua omnes sensus mentales eius affigas: quatenus sic totus a te spiritualiter vulneratus, tuozum vulnerum merito, omnium delictozum suozuꝫ veniam consequatur, ⁊ ad gaudia cęlestia perducatur. Amen.

O Glorioſiſſime rex Jeſu Chriſte Angelozum dulcedo: qui affixus pro nobis veram fidei lucem cordi latronis infudisti; vt te verum Deum ⁊ verum hominem fateretur, dum clamauit, memento mei Domine dum veneris in regnum tuum: maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt in famulo tuo N. in extremis laborante conseruare digneris verę fidei sacramentum: vt sacratiſſimę tuę passionis merito, tua veritate, tuoque amore loricatus in suo obitu spiritus immundos nequaquam vereatur, sed tuam perpetuam gloziam adeat iubilanter. Amen.

O Clementiſſime domine Jeſu, verbũ ęterni patris, ⁊ filij virginis glorioſę, qui mundum visibiliter deserens, ⁊ solitudini materne compatiens, ei delictuꝫ discipulus filiuꝫ adoptasti; humiliter tuę maiestati supplicamus, per merita tuę passionis, ⁊ eiusdez tuę inclytę matris preces, necnon tui delicti discipuli, quatenus digneris in animam huiuꝫ serui tui spirituꝫ tuę charitatis infundere: in quo tibi cohęres Deo patri adoptetur in filiũ. Committe, quęsumus, de throno glozię tuę huius famuli tui N. animaꝫ clementiſſime tuę matri: quatenus in mortis agone nõ paueat, sed virginalibus tibi manibus presentata clementer suscipiatur a te in tua gloria cuꝫ sanctis tuis collocanda. Amen.

O Clementiſſime domine Jeſu, corona certantiuꝫ, qui moriturus in cruce docuisti nos cõpẽdiose tẽpore mortis orare, dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum: tuę maiestati supplicamus, vt spiritus sancti virtute, candez orationez menti huius famuli tui digneris imprimere: vt caꝫ personet semper: ⁊ in hac extrema hora eius sentiat effectuꝫ, in tuas sanctiſſimas manus suam animam commendando. Amen.

O Misericordiſſime domine Jeſu, generis humani reparator, qui in die tuę acerbiſſimę passionis in neruozuꝫ cõtractione,

ctione, ossium compressione, spinarum punctione pęnam acerbiſſimam tulisti, ⁊ latus tuum vnde sanguis ⁊ aqua flueret aperiri voluisti: deprecamur domine vt animam famuli tui N. virtutum splendore illustres: ⁊ spinaruꝫ tuarum merito, illi tribuas de offensis ab eo tibi illatis dolere vehementer: vt omnia eius delicta tuę passionis acerbitate deleantur, ⁊ ad Angelozum societatem te ducente valeat peruenire. Amen.

O Clementiſſime domine Jeſu Chriſte, qui pro nobis in cruce mori dignatus es, te precamur, vt omnes tuas passiones ⁊ amaritudines, quas pro nobis miserrimus in duro ligno tulisti, presertim qñ sanctiſſima anima tua de virgineo ⁊ puriſſimo habitaculo tui corporis egressa est, offerre ⁊ ostendere digneris Deo patri oipotenti cõtra oẽs pęnas ⁊ passiones serui tui N. ⁊ liberare cum digneris in hoc suo transitu ab oibus passionibus ⁊ pęnis, quas pro peccatis suis se contraxisse timet. Amen.

O Misericordiſſime domine Jeſu Chriſte, qui prophetico ore dixisti, in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: tibi humiliter supplicamus, quatenus eandem charitatem, quę te de cęlo traxit ad terraꝫ laboraturuꝫ pro nobis, ⁊ moriturum, offerre ⁊ ostendere digneris Deo patri omnipotenti contra omnes huius famuli tui N. passiones ⁊ pęnas, quas pro suis sceleribus meretur, ⁊ animam eius in suo obitu per manus sanctozum Angelozuꝫ excipere. Aperi illi benigniſſime Jeſu ianuam vitę ⁊ regni syderei: ⁊ in eo illum fac cum sanctis tuis perpetua fęlicitate lętari. Amen.

O Puiſſime dei hominumque mediator Jeſu Chriſte, qui debitas nobis pęnas in tuo passibili corpore pro nostra salute tulisti: ⁊ vt eas gustares amariores, in hora tuę passionis, deitatis rationisque solatium a tuis sensibus sustulisti, eos destitutos omni solatio in doloribus linquens, dum clamasti, Deus meus, deus meus, vt qd dereliquisti me? oramuꝫ tuaꝫ pietatem, vt aiam serui tui N. tua suauiſſima cõsolatione foueas, erigas, ⁊ lętifices: Namque si deseruerit illum pastor ęternę, mox lupus rapax diabolus in eum irruet efferatus, ⁊ crudelis: ⁊ ouez, quam tuo sanguine quęsiuisti, ingulabit. Et si demeritis suis exigentibus, a te deseri meretur, te nihilominus propter tuam pietatẽ rogamus, ne illũ tradas aduersarijs diffidentię ⁊ desperationis

stimulis affligendum: hec ad gratiam tuam durum, aut insensibilem effici patiaris: sed per charitatis tuę gratiam viuens, & absentię tuę amaritudinem sentiēs, pia voce gemendo clamet ad te, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me? Tu autem pijssime pater ac boñe pastor tua suaui pietate succurre: qui eum tibi tuo sanguine redemisti. Amen.

O Perfectissime Dei, hominūque mediator Jesu Christe saluator: qui pro solis ardore, & tormentorum asperitate, & sanguinis tui effusione, corporalem sitim in duro ligno tulisti: dum clamasti, sitio, tuam precamur maiestatem, vt animam famuli tui N. illo nunc amoris igne digneris aducere, quem in terris mittere venisti: vt cūctis vitijs exiccatis, anima eius, & caro tuę charitatis igne succensa te solum sitiat, te diligat, te perquirat: vt te inueniens, te fruatur, Sacratissime domine Jesu Christe, omne bonum complens, atque consumans: qui gustato aceto dixisti, consumatum est, & inclinato capite spiritum Deo patri reddidisti: supplicamus tuę maiestati pro anima famuli tui N. laborantis in mortis agone: quatenus illi fidei lumen, & gratię tuę sanitatem infundas: vt horam extremam in tua sancta charitate finire, & tibi dicere valeat, ecce clemētissime Jesu nūc ad te venio: tua melliflua voce meum spiritum suscipi iube in eternam claritatem. Amen.

O Clementissime Jesu solatium miserorum, tu nostra peccata in tuo corpore portasti: quia tu es vere Deus: de quo dixit Esaias, languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: adeo vt in tuo virgineo pulcherrimo corpore, a plāta pedis vsque ad verticem sanitas vlla non fuerit: & qui pręfilijs hominum erat speciosus, quasi leprosus videreris: per hāc tuam ineffabilem charitatem precamur pie Jesu: vt omnia peccatorum vulnera in famulo tuo N. sanes: quatenus omnibus vitijs emendatus ad te regem factorem suum spirituali solatio roboratus, lętus perueniat: & quem tuo sanguine comparasti, & tuę passionis signo .i. sancta cruce muniri semper voluisti, ad tuam nunc felicissimam visionem omnium passionum tuarum merito, comitantibus sanctis angelis deducere digneris. Amen.

O Decus cęli virgo, regis eterni mater intacta, propter illud te rogamus terrorem, quo tuus cor tremuit, quādo dilectū tuum,

tuum, & amantissimum filium Jesum ab impijs captum, ligatū, tractum, ab amicis autem omnibus derelictum audisti, vt seruulum tuum N. in extremis laborantem, & trementem adiuues: vt de pręteritis culpis veraciter conteratur, & cor eius supernis splendoribus irradiatum veraciter pęniteat: ne forte in occursu aduersarij terreatur, aut in aspectu tremendi iudicis, accusante conscientia contremiscat: sed potius tuis precibus suffragantibus, faciem eius in iubilo videns lętetur. Amen.

O Virginum suauissima Dei genitrix Maria stella maris, per eas te rogamus lacrymas & singultus, quibus tuum nobile & maternum cor angebatur, quando tuam spem Jesum pulcherrimum, pñtatum pręsuli cognouisti innocentem accusatū, & contumelijs illusum, vt huic famulo tuo N. lacrymarum gratiam impetres, & fidei lumen indelebile: quo maculas omnes delictorum suorum possit abluere. Et tu mater misericordię, cum nunc celeriter adiuua, ne satanas illudere, aut varijs tentationibus pro libito suę iniquissimę voluntatis affligere possit, aut tremebundo iudici vinctum statuere: sed potius seipsum per lumen fidei iudicet in pręsenti, ac disciplinis verę pęnitentię deuotę flagellet. Amen.

O Sola sperantium omnium spes Maria regina cęlorum: propter illas te pręcamur angustias, quas tuum pijssimum cor tulit, qñ tuus filius, & noster dñs Jesus Chs verbum eterni patris, clamantibus & vociferantibus iudęis, crucifige, crucifige, morti adiudicatus, & ignominioso crucis suspendio addictus est: quatenus subuenias clementissima Regina, & mi pientissima huic seruulo tuo N. in extremis laboranti: quia & corpus eius infirmitatis dolore torquetur, & angustiatur anima: hinc dęmonum insidijs, hinc seuerę discussionis angustijs. Subueni (inquam) o mater pietatis: & gratiosissime virgo ne contra illum feratur mortis ęternę sententia, aut flammis ęternalibus tradatur perpetuo cruciandus: sed tua potius intercessione, pręmia ęterna consequatur. Amen.

O Clementissima virgo Maria Dei genitrix: propter illud tibi supplicamus gladium doloris, qui tuam pertransiit animam, cum dilectissimum tibi filium Jesum, nudum & cruentum: & diris vulneribus confossum in ara super crucis ligno

eleuatum

eleuatum conspexisti: quatenus in hac hora terribili, huic seruulo tuo N. sis adiutorio: vt compassionis gladio confodiatur, & vulneretur lancea diuini amoris, ita vt olim pectorum sanguis notus de corde eius effluat: vitijsq; mundetur, decoreturq; virtutibus diuinis quatenus toto desiderio terrena relinquens in celestia subleuetur: ad quę lętanter, te duce, perueniat. Amen.

O Maria tribulatorum pijssima consolatrix, per illud te rogamus horribile tormentum, quo pene tuum cor omnesque tuos sensus extinxit, quando filium tuum dominum nostrum Jesum Christum te Joanni in matrem, & Joannem tibi in filium delegantem audiuisti: quatenus huic famulo tuo N. subuenire digneris, qui ad te inuocandas assurgere nō potest: quippe quoniam oculi eius luce priuantur, surdescunt aures, omnesque sensus obscurātur. O mater pietatis preces nostras exaudi: quas auribus tuę pietatis afferimus: atque famuli tui N. spiritus filio tuo commenda: quatenus tuo pio interuentu, terrores dęmonum, tormentaque non timeat: sed desideratam cęlestis patrię mansionem te comite lętus adeat. Amen.

O Decus & gloria Virginum Maria Jesu Christi mater: propter tuos te rogamus ciulatus, quos imo pectore prorumpentes abscondere non valebas, quando in amplexus filij de cruce depositi ruebas, & nitentes quondam genas, oraque rutilantia, pallore mortis occupata mirabaris, vt seruulo tuo N. suffragari, veluti pia mr̄, digneris: quatenus sic de admissis criminibus doleat: vt eius anima mellifluis osculis, & amoris amplexibus dn̄i Jesu Christi, in beatorum regno fruatur. Amen.

O Maria virgo pulcherrima, virgo humillima, virgo clementissima, virgo gratiosissima, propter suspiria atque lamenta inaudita, quibus tuum dulcissimum cor excruciabatur, quando animę tuę solatium vnicum Jesum filium tuum, & saluatorem nostrum sepulturę tradi cernebas: adiuua famuli tui N. animam in hac lachrymarum valle laborantē: vt in egressu de corpore virginalibus tuis manibus erepta deducatur in cęlum. Amen.

¶ Oratio in exitu vite ad dominum Jesum Christum.

D Omine Jesu Christe fili Dei viui, & redemptor mundi, ego peccator suppliciter rogo immensam misericordiam tuam: vt

vt mihi eaz confessionez in hora exitus mei, concedere digneris, quam latroni tibi de cruce confitenti misericorditer concessisti. Presta domine Deus meus pijssime, vt in hora exitus mei diuina vltio non veniat super me: & potestas diabolica non occurrat mihi, nec noceat: sed tua gratia largiente talez me dies extremus inueniat, qualez me fons regenerationis exhibuit. Deprecor ineffabilez gratiaz & misericordiaz tuā pijssime domine Jesu Christe, vt in hora exitus mei non deneges mihi miserrimo peccatori sacraz corporis & sanguinis tui cōmunionez: sed cum vera fide & certa spe & sincera charitate illam mihi percipere concede, & ad gaudia ęterna peruenire tribue. Qui viuis & reg.

¶ Oratio ad eundem.

N E reminiscaris domine delicta mea, vel parentū meorū, neque vindictaz sumas de peccatis meis in extremis meis: & sion sinas interesse, & in me prędalere diabolus, aut nouissima mea deterrere potestatem tenebrarum. Sed presta per intercessionem omniuz sanctorum tuorum, vt Angelo tuo presente, transitus meus de hoc seculo spe firma rogatur, fide catholica muniatur, ac totus ipsius animę exitus in te, & secūdū te fiat: nec intermiscere se audeat Angelus malus, aut locum inuadendi habeat tetra & maligna cohors diaboli. Et presta mihi domine, vt in illa die & hora, qua animaz meaz a corpore iusseris separari, piaz sententiaz merear audire: & Angeli sancti perducant animā meam ad gaudia iustorum. Amen.

¶ Oratio ad beatam Virginem.

C Ommendo sancta Maria materię pietati tuę extremam diem exitus mei. Precor te per vnigenitum filium tuum dominum nostrum Jesum Christum: vt in illa necessitate piam visitationem tuam & consolationem habere merear. Et cum in vltimo agone mortis anima mea turbata fuerit, tua domina clementissima misericordię recordaberis: & venire in adiutorium meum dignaberis, & liberare animam meam ab ira & indignatione filij tui, & cōfusione perpetua, & ab ęterna damnatione cripere procuraberis. Defende animā meā sancta Maria tua pijssima protectione a crudeli accusatione: & perduc eam in sinum Abrahę: vbi est certa requies beatorum iustorum. Sancta, & immaculata virgo Maria, genitrix domini mei Jesu Christi

intercedere

Universidad de Deusto
Biblioteca

intercedere digneris pro me ad illum, cuius meruisti effici templum: vt per orationes ⁊ intercessiones misericordię pietatis tuę misereatur mihi pius ⁊ misericors Dominus. Qui viuis, ⁊c.

¶ Orationes dicenda in mortis articulo.

DOmine Jesu Christe tibi in hac hora commendo animam meam: ⁊ sicut pro meo dignatus es de virgine nasci, crucez pati, mori, in sepulcro sepeliri, tertia die ab inferis resuscitare, ⁊ celos, quos nunquam tui nominis presentia deseruisti, voluisti adire: sic animam meam liberare digneris ab eterna morte. Vltra quam dici fas est me peccatorem, ⁊ reum esse confiteor. Sed tu, qui omnium peccatorum indultor, atque clementissimus es: quique misereris omnium, ⁊ nihil odisti eorum, quę fecisti, dissimulans peccata hominum ad reuertentium: qui peccatoris facinora in quacunque die conuersus ad te fuerit, ⁊ ingemuerit, oblinioni in perpetuum tradis. Qui peccantibus pepercisti: ⁊ mulieri deprehensę in adulterio dimisisti: ⁊ Magdalenę remisisti: Petro lacrymanti relaxasti: ⁊ latroni confitenti paradisi ianuam aperuisti: mihi peccatori veniam non deneges delictorum: quicquid vitiosum est, ⁊ quicquid in te peccaui, mihi remitte: ⁊ animam meam in eterna requie refouere digneris. Tu enim es ille, cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius: qui animam a corpore separare, ⁊ in meliorem vitam mittere solitus es: qui diristi te malle vitam peccatoris, quam mortem: credo corde, ⁊ ore confiteor, quia idcirco animā meam ab hac vita vis educere: vt post mortem meam in meliori vita facias viuere: quę sensum ⁊ intellectum quam nunc habet in me, meliorem habebit: ⁊ quantum differt vmbra ab homine, tanto meliora possidebit in celesti regione. Quo dicto, accipiat infirmus si potest propriis manibus carnes pectoris sui circa cor ⁊ mamillas: ⁊ lacrymosis verbis dicat. Domine Jesu Christe fili Dei viui, ⁊ beatę Marię semper virginis, totis visceribus meis tibi confiteor: ⁊ credo quod tu redemptor meus viuis, ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sum: ⁊ in carne ista videbo te Deum saluatorem meum. Postea infirmus ponat digitos suos super oculos: ⁊ dicat. Et oculi isti te conspecturi sunt. Postea eleuatis oculis ad celum se signet signo sanctissimę crucis precipue faciem, os, ⁊ pectus, ⁊ totum corpus: ⁊ dicat.

Omnia

Omnia mihi terrena vilescūt: ⁊ ad te Deus meus propero: qui quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, preparasti diligētibus te. Et ecce in manus tuas domine commendo spūm meū, redemisti me dñe deus veritatis. Qui cū patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas ⁊c. ℟. Amen.

¶ Psalmi dicendi in agone mortis super infirmum. Cap. 20.

Si autem adhuc aia, dicantur hi psalmi. Psalmus Dauid.

COnfitemini Dño qm̄ bonus: qm̄ in seculum misericordia eius. Dicat nunc Jsrael qm̄ bonus, qm̄ in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: qm̄ in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dñm: quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui dñm: ⁊ exaudiuit me in latitudine dñs. Dominus mihi adiutor: non timebo, qd faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor: ⁊ ego despiciā inimicos meos. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. Bonū est sperare in dño, quam sperare in principibus. Omnes gentes circundederunt me: ⁊ in nomine domini, quia vltus sum in eos. Circundantes circundederunt me: ⁊ in nomine dñi: quia vltus sum in eos. Circundederunt me sicut apes, ⁊ exarserunt sicut ignis in spinis: ⁊ in nomine domini, quia vltus sum in eos. Impulsus euersus sum, vt caderez: ⁊ dñs suscepit me. Fortitudo mea: ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est mihi in salutem. Vox exultationis ⁊ salutis in tabernaculis iustorum. Dextera dñi fecit virtutem: dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē. Non moriar, sed viuā: ⁊ narrabo opera domini. Castigans castigauit me dñs: ⁊ morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitię: ⁊ ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini: iusti intrabūt in eam. Confitebor tibi qm̄ exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. A dño factū est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Hec dies quam fecit dominus: exultemus ⁊ lętemur in ea. O dñe saluum me facto: o dñe bene prosperare: bñdictus qui vēturus es in noīe dñi. Benediximus vobis de domo dñi: Deus dominus ⁊ illuxit nobis. Constituite diē solennē in condensis: vsque ad cornu altaris. Deus meus es tu, ⁊ confitebor tibi: Deus meus es tu: ⁊ exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: ⁊ factus es mihi in salutem. Confitemini

domino

dño quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

BEati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutant testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua: custodiri nimis. Utinam dirigantur vie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar: cum prospexero in oibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis in eo, quod didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaq;.

IN quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui: oia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in oibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

REtribue seruo tuo: viuifica me: & custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in oi tpe. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me oppobriū & pptemptū: qr testimonia tua exquisiui. Et enim sederunt principes, & aduersum me loquebant: seruus aūt tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam & testimonia tua meditatio mea est: & cōsilium meum iustificationis tue.

ADhesit pauimēto anima mea: viuifica me, ſm verbū tuum. Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis. Dormitabit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus. Adhesi testimonijs tuis domine noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

LEgem pone mihi domine, viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo. Deduc me

in

in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui. Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Statue seruo tuo: eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda. Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

ET veniat super me misericordia tua domine, salutare tuum ſm eloquium tuū. Et respondebo exprobrātibus mihi verbū: quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis super speraui. Et custodiā legē tuā semper: in seculū & in seculū seculi. Et ambulabam in latitudine: qr mandata tua exquisiui. Et loquebat de testimonijs tuis in cōspectu regū: & non cōfundebar. Et meditabar in mādatis tuis: que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea: quia eloquiū tuū viuificabit me. Superbi inique agebant vsquequaque: a lege aūt tua nō declinaui. Memor fui iudiciorum tuorū a seculo dñe: & cōsolatus sum. Defectio tenuit me: pro pctōribus derelinquentibus legē tuā. Cantabiles mihi erant iustificationes tue: in loco peregrinationis mee. Memor fui nocte nois tui domine: & custodiui legē tuā. Hec facta est mihi: qr iustificatiōes tuas exquisiui.

PArtio mea domine: dixisti custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei ſm eloquium tuum. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi, sunt me: & legē tuā non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Misericordia tua domine plena est terra iustificationes tuas doce me.

BOnitatem fecisti cum seruo tuo dñe, ſm verbum tuum. Bonitatem & disciplinam & sciam doce me: quia mandatis tuis credidi. Priusquā humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuū custodiui. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborū,

ego

ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.

Manus tuę dñe fecerunt me & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Qui timent te, videbunt me: & lętabuntur: qr in verba tua supersperaui. Cognoui dñe, quia equitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua, vt consoletur me: secundum eloquiū tuū seruo tuo. Veniāt mihi miserationes tuę, & viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerūt testimonia tua. Fiat cor meū immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbo tuo supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquiū tuum dicētes: quando consolaberis me? Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas nō sum oblitus. Quot sunt dies serui tui? quādo facies de persequentibus me iudiciū? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autē non dereliqui mandata tua. Secōm misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

In eternum domine verbum tuum permanet in cęlo. In generatione & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet. Ordinatione tua perseverat dies quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi q lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Meus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finm: latum mandatum tuum nimis.

Quomodo dilexi legem tuā domine: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum mihi est. Super oēs docētes me intellexi: qr testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua quęsiui. Ab omni via mala phibui pedes meos: vt custodiam

eustodiaz verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: qr tu legē posuisti mihi. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. A mādatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui oēm viā iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. Iuraui & statui custodire iudicia iustitię tuę. Humiliatus sum vsquequaque domine: viuifica me fm verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui. Hęreditate acquisiui testimonia tua in eternum: qr exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum, propter retributionem.

Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui. Declinate a me maligni: & scrutabor mandata Dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum. Preuaricantes reputaui omnes peccatores terrę: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.

Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. Suscipe seruum tuum in bonū: nō calūnient me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquiū iustitię tuę. Fac cū seruo tuo fm misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua. Tempus faciendi dñe: dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua, super aurū & topazion. Propterea ad oīa mandata tua dirigebar: omnem viā iniquitatis odio habui.

Mirabilia testimonia tua dñe: ideo scrutata est ea aīa mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in me & miserere mei, secundū iudiciū diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige fm eloquium tuum: & non dñetur mei oīs iniustitia. Redime me a calumnijs hominum: vt custodiam mandata tua. Faciem tuā illumina super seruū tuum: & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dederunt oculi mei: quia non custodirent legem tuam.

IEstus es dñe: et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiaz testimonia tua: et veritatem tuam nimis. Mabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquiuz tuū vehementer: et seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in eternum: et lex tua veritas. Tribulatio et angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Aequitas testimonia tua in eternum: intellectum da mihi, et viuaz.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te, saluum me fac: vt custodiaz mandata tua. Preueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua supersperani. Preuenerunt oculi ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam dñe: et sin iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt. Prope es tu domine: et omnes vie tue veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in eternum fundasti ea.

VIde humilitatem meā: et cripe me: qz legē tuā non sum oblitus. Iudica iudicium meum, et redime me: pp eloquium tuum viuifica me. Longe a pctōribus salus: qz iustificationes tuas non exquisierunt. Misericordie tue multe dñe: secūdū iudiciū tuuz viuifica me. Multi qui psequuntur me, et tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui. Vidi preuaricantes et tabescebam: quia eloquia tua nō custodierunt. Vide qm mandata tua dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritaz: in eternum omnia iudicia iustitie tue.

PRincipes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum. Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatem odio habui, et abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam: et non est illis scandalum. Expectabam saluare tuum domine: et mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta eloquiuz tuuz da mihi intellectuz. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum cripe me. Eructabūt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua, vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine: et lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea, et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Errauit sicut ouis que perijt: quere seruum tuuz, quia mandata tua non sum oblitus.

Symbolum, siue fides catholica sancti Athanasij Episcopi.

QVicunqz vult saluus esse, ante oia opus est, vt teneat catholicam fidez. Quam nisi quisqz integrā inuiolatāqz seruauerit: absque dubio in eternū peribit. Fides aūt catholica hec est: vt venerem Deuz in Trinitate, et Trinitatez in vnitate veneremur. Neque confundentes personas: neqz substantiā separātes. Alia est eiñ psona patris, alia filij, alia spūs sancti. Sed patris et filij et spūs sancti vna est diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas. Qualis pr̄, talis filius talis spūs sanctus. Increatus pr̄, increatus filius, increatus spūs scūs. Immensus pr̄, immēsus filius immensus spūs scūs. Aeternus pr̄, eternus filius, eternus spūs scūs. Et tamen non tres eterni: sed vnus eternus. Sicut nō tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, et vnus immēsus. Similiter oēs pr̄, oēs filius, oēs spūs sanctus. Et tamē nō tres oipotentes: sed vnus oēs. Ita deus pr̄, deus filius, deus spūs sanctus. Et tñ non tres dij: sed vnus est deus. Ita dominus pr̄, dñs filius, dñs spūs scūs. Et tñ non tres dñi: sed vnus est Dñs. Quia sicut singillatim vnamquamque personam deum et dñm ꝓfiteri christiana veritate compellimur: ita tres deos, aut dominos dicere, catholica religione ꝓhibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus. Filius a patre solo est: non factus, nec creatus: sed genitus. Spūs scūs a patre, et filio, non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens. Vnus ergo pater: nō tres patres: vnus filius, non tres filij: vnus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti. Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius: nihil maius aut minus: sed totę tres personę coeternę sibi sunt, et coequales. Ita vt per omnia (sicut iam supradictū est,) et vnitas in trinitate, et trinitas in vnitate venerāda

randa sit. Qui vult ergo saluus esse: ita de trinitate sentiat. Sed necessarium est ad ęternam salutem: vt incarnationem quoque dñi nostri Jesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta: vt credamus ꝛ cõfiteamur, quia dñs nr̃ Jesus Christus Dei filius, deus ꝛ hõ est. Deus est ex substantia patris ante secula genitus: ꝛ hõ est ex substantia matris in seculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali ꝛ humana carne subsistens. Aequalis patri sm diuinitatem, minor patre sm humanitatem. Qui licet Deus sit ꝛ homo: non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in deũ. Vnus oĩno nõ cõfusione substantię: sed vnitate personę. Nam sicut anima rationalis ꝛ caro vnus est homo: ita deus, ꝛ homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cęlos: sedet ad dexterã Dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos. Ad cuius aduentum oẽs hoĩes resurgere hñt cum corporibus suis: ꝛ reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam ęternam: qui vero mala, in ignem ęternum. Hęc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.

Pamo dñi nostri Jesu Christi sm Matthęum. Cap. 26.



In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis. ✝ Scitis quia post biduum Pascha fiet: ꝛ filius hoĩs tradet vt crucifigat. Tũc congregati sunt principes sacerdotũ, ꝛ seniores populi in atrium principis sacerdotũ, qui dicebat Cayphas: ꝛ consilium fecerunt, vt Jesum dolo tenerẽt, ꝛ occiderẽt. Dicebãt aũt. Sed nõ in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. Cũ aũt esset Jesus in Bethania, in domo Simonis leprosi: accessit ad eũ mulier hñs alabastrũ vnguẽti pretiosi: ꝛ effudit sup caput ipsius recũbentis. Videntes aũt discipuli, indignati sunt, dicentes. Ut quid perditio hęc? Potuit enim vnguentum istud venundari multo, ꝛ dari pauperibus. Sciens autem Jesus, ait illis. ✝ Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens enim

enim hęc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque prędicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur, ꝛ qđ hęc fecit in memoriam eius. Tũc abijt vnus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum: ꝛ ait illis. Quid vultis mihi dare, ꝛ ego eũ vobis tradã? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatem: vt eum traderet. Prima aũt die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? At Jesus dixit. ✝ Ite in ciuitatem ad quendam: ꝛ dicite ei, Magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus: ꝛ parauerunt Pascha. Vespere aũt facto, discũbebat cum duodecim discipulis suis: q edentibus illis, dixit. ✝ Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cęperunt singuli dicere. Numquid ego sum dñe? At ipse respondẽs ait. ✝ Qui intingit mecũ manũ in paropside: hic me tradet. Filius quidẽ hoĩs vadit: sicut scriptũ est de illo: Vę aũt homini illi: per quẽ filius hoĩs tradet. Bonũ erat ei, si natus nõ fuisset homo ille. Respondens aũt Judas qui tradidit eũ: dixit. Numquid ego sum rabbi? Ait illi. ✝ Tu dixisti. Cęnantibus aũt eis accepit Jesus panẽ: ꝛ bñdixit ac fregit deditq; discipulis suis: ꝛ ait. ✝ Accipite ꝛ comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem grãs egit: ꝛ dedit illis dicens. ✝ Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vsq; in diẽ illum: cum illuc bibam vobiscũ nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montẽ oliueti. Tunc dixit illis Jesus. ✝ Oẽs vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est enim: Percutiam pastorem: ꝛ dispergentur oues gregis. Postq̃ autẽ resurrexero: prędcã vos in galilęã. Respondens aũt Petrus, ait illi. Et si oẽs scandalizati fuerint in te: ego nunquam scandalizabor. Ait illi Jesus. ✝ Amen dico tibi: qz in hac nocte anteqũ gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quę di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur Gethsemani: ⁊ dixit discipulis suis. ✠ Sedete hic donec vadam illuc, ⁊ orem. ℣ Et assumpto Petro ⁊ duobus filijs Zebedęi cępit, contristari, ⁊ męstus esse. Tunc ait illis. ✠ Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sedete hic, ⁊ vigilate mecum. ℣ Et progressus pusillum, procidit in faciem suam orans, ⁊ dicens. ✠ Mi pater, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. ℭ Et venit ad discipulos suos: ⁊ inuenit eos dormientes. Et dixit Petro. ✠ Sic? Non potuisti vna hora vigilare mecum? Vigilate, ⁊ orate, vt non intretis in tentationem. Spiritꝰ quidem promptus est, caro aũt infirma. ℭ Iterum secundo abijt, ⁊ orauit dicens. ✠ Pater mi: si non pot hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua. ℭ Et venit iterum: ⁊ inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, ⁊ orauit tertio eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos ⁊ dixit illis. ✠ Dormite iam ⁊ requiescite. Ecce appropinquabit hora, ⁊ filius hominis tradetur in manus pctorum. Surgite: eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. ℭ Adhuc eo loquente ecce Judas vnus de duodecim venit: ⁊ cum eo turba multa cum gladijs ⁊ fustibus, missi a principibus sacerdotum, ⁊ senioribus populi. Qui aũt tradidit eũ, dedit illis signũ, dicens. ℟ Quẽcunq; osculatus fuero ipse est: tenete eũ. ℭ Et protinus accedens ad Jesum dixit. ℟ Aue rabbi. ℭ Et osculatus est eum. Dixitq; illi Jesus. ✠ Amice ad quid venisti? ℭ Tunc accesserunt: ⁊ manus iniecerunt in Jesum: ⁊ tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cũ Jesu, extendens manuꝫ eremit gladiuꝫ suũ: ⁊ percutiens seruum principis sacerdotũ amputauit auriculã eius. Tunc ait illi Jesus. ✠ Conuerte gladiũ tuũ in locum suum. Oẽs enĩ qui acceperint gladiũ, gladio peribunt. An putas, qr̃ non possum rogare patrẽ meum: ⁊ exhibebit mihi modo plusq; duodecim legiones angelorum? Qũo ergo implebuntur scripturę? Quia sic oportet fieri. ℭ In illa hora dixit Jesus turbis. ✠ Tanq; ad latronem existis cũ gladijs ⁊ fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo: ⁊ non me tenuistis. ℟ Hoc aũt totũ factum est, vt adimplerentur scripturę prophetarum. Tunc discipuli oẽs, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jesum duxerunt eũ ad Caypham principem sacerdotum.

dotũ, vbi scribę ⁊ seniores cõuenerant. Petrus aũtem sequebatur eum a longe vsque in atrium principis sacerdotũ. Et ingressus intro sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autem sacerdotum, ⁊ omne cõcilium quęrebant falsum testimoniũ cõtra Jesum: vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerunt, cũ multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, ⁊ dixerunt. ℟ Hic dixit, Possum destruere templum Dei: ⁊ post triduum reędificare illud. ℣ Et surgens princeps sacerdotum ait illi. ℟ Nihil respõdes ad ea, quę isti aduersum te testificantur? ℣ Jesus aũt tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. ℟ Adiuro te per Deũ viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei viui. ℣ Dixit illi Jesus. ✠ Tu dixisti. Verumtñ dico vobis, amodo videbitis filium hois sedentem a destris virutis Dei: ⁊ venientem in nubibus cęli. ℣ Tunc princeps sacedotuꝫ scidit vestimẽta sua, dicens. ℟ Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiaꝫ. Quid vobis videtur? ℣ At illi respondentes, dixerũt. ℟ Reus ẽ mortis. ℣ Tunc expuerunt in faciem eius: ⁊ colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes. ℟ Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percussit? ℭ Petrus vero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla, dicens. ℟ Et tu cum Jesu Galilęo eras. ℣ At ille negauit coram omnibus, dicens. ℟ Nescio quid dicis. ℣ Exeunte autẽ illo iamã, vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi. ℟ Et hic erat cum Jesu Nazareno. ℣ Et iterum negauit cum iuro: quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui astabant, ⁊ dixerunt Petro. ℟ Vere ⁊ tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifestuꝫ te facit. ℣ Tunc cępit detestari ⁊ iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu qđ dixerat, priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Mane aũt facto: consilium inierunt oẽs principes sacerdotũ ⁊ seniores populi aduersus Jesuꝫ. vt eũ morti traderẽt. Et vinctũ adduxerũt eũ: ⁊ tradiderũt Pontio Pilato prędi. Tũc vidẽs Judas, qui eũ tradidit, q̃ damnatus esset, pñia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, ⁊ senioribus, dicens. ℟ Peccaui tradens sanguinem iustum. ℣ At illi dixerunt. ℟ Quid ad nos? tu videris. ℣ Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

proiectis argẽteis in templo, recessit: ⁊ abiens laqueo se suspendit. Principes autẽ sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. ℣ Non licet eos mittere in corbonaz: quia pretiũ sanguinis est. ℟ Consilio aũt inito, emerunt ex illis agruz figuli in sepulturã peregrinorũ. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemac, hoc est ager sanguinis: vsque in hodiernũ diem. Tunc impletum est quod dictũ est per Jeremiã prophetã, dicentẽ. Et acceperũt triginta argenteos pciũ appreciati: quez appreciauerũt a filijs Israel: ⁊ dederunt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dominuz. Jesus aũt stetit ante psidẽ. Et interrogauit eũ pses, dicẽs. ℣ Tu es rex Judeorum? ℟ Dicit ei Jesus. ✠ Tu dicis. ℟ Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, ⁊ senioribus, nihil rndit. Tunc dicit illi Pilatus. ℣ Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. ℟ Et non rndit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur prẽses vehementer. Per diem autẽ solennem ꝓsueuerat prẽses dimittere populo vnum vinctum: quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctuz insignem, qui dicebatur Barrabas, qui pp seditionem missus fuerat in carcerem. Congregatis aũt illis dixit Pilatus. ℣ Quẽ vultis dimittam vobis? Barrabam an Jesum, qui dicit Christus? ℟ Sciebat enim q per inuidiam tradidissent eum. Sedente autẽ illis pro tribunali, misit ad illum vxor eius, dicens: ℣ Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum pp eũ. ℟ Principes aũt sacerdotũ ⁊ seniores persuaserunt populis, vt peterent Barrabã, Jesuz vero perderẽt: Rndẽs aũt prẽses, ait illis. ℣ Quem vultis vobis de duobus dimitti? ℟ At illi dixerunt. ℣ Barrabam. ℟ Dicit illi Pilatus. ℣ Quid ergo faciam de Jesu, qui dicitur Christus? ℟ Dicunt omnes. ℣ Crucifigatur. ℟ Ait illis pses. ℣ Quid enim mali fecit? ℟ At illi magis clamabant, dicentes. ℣ Crucifigatur. ℟ Videns autez Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, ℣ Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. ℟ Et rndens vniuersus populus dixit. ℣ Sanguis eius super nos, ⁊ super filios nostros. ℟ Tunc dimisit illis Barrabam: Jesum autem flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites prefidis suscipientes Jesum in pretorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: Et exuentes, eum chlamydem coccineam

cineam circundederunt ei: ⁊ plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, ⁊ arundinem in dextera eius: ⁊ genu flexo ante eum illudebant ei dicentes. ℣ Aue rex Judeorum. ℟ Et expuentes in eum acceperunt arundinem, ⁊ percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei: exuerunt eum chlamide: ⁊ induerunt eum vestimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes aũt inuenerũt hoiem Cyrenẽum venientez de villa, noie Simonem. Hunc angariauerunt: vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicit Golgotha, quod est Caluarii ẽ locus: ⁊ dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset noluit bibere. Postquã aũt crucifixerunt euz, diuiserũt vestimenta eius sortem mittentes: vt impleretur qđ dictum est per prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum, Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Jesu Nazarenus rex Judeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris, ⁊ vnus a sinistris. Prẽtereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, ⁊ dicentes. ℣ Vah qui destrui templum Dei: ⁊ in triduo illud reẽdificas. Salua temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. ℟ Similiter ⁊ principes sacerdotum illudentes cum scribis, ⁊ senioribus dicebant. ℣ Alios saluum fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est: descendat nunc de cruce: ⁊ credimus ei. Cõfidit in Deo: liberet euz nunc si vult. Dixit enim qz filius Dei sum. ℟ Id ipsuz aũt ⁊ latrones q crucifixi erãt cuz eo, improperabãt ei. A sexta aũt hora tenebrẽ factẽ sunt supz vniuersã terrã vsqz ad horã nonã. Et circa horã nonam clamauit Jesus voce magna dicens. ✠ Eli Eli lamazabachthani? ℟ Hoc est. ✠ Deus meus, Deus meus, vt qđ derelinquisti me? ℟ Quidã autẽ illic stãtez ⁊ audientes, dicebãt. ℣ Eliã vocat iste. ℟ Et cõtinuo curren⁊ vnuz ex eis acceptã spõgiã ipleuit aceto: ⁊ iposuit arundini, ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. ℣ Sine videamus an veniat Elias liberanz eum. ℟ Jesus autẽ iterum clamans voce magna emisit spirituz. Et ecce veluz tẽpli scissuz ẽ in duas partes a summo vsqz deorsuz: ⁊ terra mota est: ⁊ petrẽ scissẽ sunt: ⁊ monumenta aperta sunt: ⁊ multa corpora scõruz qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionez eius, venerunt in

sanctam

scām ciuitatē: ꝛ apparuerunt multis. Centurio aūt, ꝛ qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terrę motu, ꝛ his, quę fiebant, timuerunt valde, dicētes. ℣ Vere filius Dei erat iste. ℣ Erāt autē ibi mulieres multę a longe, quę secutę erant Jesum a galilea ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, ꝛ Maria Jacobi, ꝛ Joseph mr̄, ꝛ mr̄ filiorum Zebedęi. Cū sero aūt factū esset, venit quidam homo diues ab Arimathea noīe Joseph, qui ꝛ ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum: ꝛ petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Joseph: involuit illud in sindone mūda: ꝛ posuit illud i monumento suo nouo, qđ exciderat in petra. Et advoluit saxū magnū ad hostiū monumēti, ꝛ abijt. Erāt aūt ibi Maria Magdalene, ꝛ altera Maria, sedētes ꝓtra sepulcrū. Hic cātat in tono euāgelij.

ALtera aūt die, quę est post parascenen, conuenerunt principes sacerdotum ꝛ Pharisęi ad Pilatū, dicentes. Dñe recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, ꝛ furent̄ eum: ꝛ dicat plebi: surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. At illis Pilatus: Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.

℣ Passio Domini nostri Jesu Christi ꝟm Marcum. Cap. 14.



IN illo tpe: erat Pascha ꝛ azyma post biduū: ꝛ q̄rebāt sūmi sacerdotes ꝛ scribę, quō Jesū dolo tenerēt, ꝛ occiderēt. ℣ Dicebāt aūt, Nō i die festo. Ne forte tumult⁹ fieret ī popl̄o. ℣ Et cum eēt Jes⁹ Bethanię in domo Simonis leprosi, ꝛ recūberet: venit mulier hās alabastrū vnguenti nardi spicati p̄ciosi: ꝛ fracto alabastro effudit super caput eius. Erant aūt qdā indigne ferētes intra semetipsos, ꝛ dicentes. ℣ Ut qd perditio ista vnguēti facta est? poterat enī vnguētū istud venūdari plusq̄ trecentis denarijs, ꝛ dari pauperib⁹. ℣ Et fremebāt in eā. Jes⁹ aūt dixit. ✠ Sinite eaz. Quid illi molesti estis? Bonū opus opata est i me. Sēp enī paupes hābitis vobiscū: ꝛ cū volueritis, potestis illis bñfacere: me autē nō semp habebitis. Qđ habuit hoc fecit: p̄uenit vngere corpus meum in sepulturā. Amen dico vobis: vbicūq; p̄dicatū fuerit Euangelium istud

istud in vniuerso mūdo, ꝛ qđ hęc fecit, narrabitur in memoriam eius. ℣ Et Judas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sacerdotes: vt proderet eū illis. Qui audientes gauisi sunt, ꝛ promiserunt ei pecuniā se daturos. Et quęrebat quō illum opportune traderet. Et primo die azimorum, qñ Pascha immolabant, dicunt ei discipuli. ℣ Quo vis eamus ꝛ paremus tibi, vt māduces Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: ꝛ dicit eis. ✠ Ite in ciuitatē: ꝛ occurret vobis hō lagenam aquę baiulās. Sequimini eū: ꝛ quocunq; introierit dicite dño domus, qr magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse vobis demonstrabit cęnaculum grande stratum: ꝛ illic parate vobis. ℣ Et abierunt discipuli eius: ꝛ venerunt in ciuitatē: ꝛ inuenerunt sicut dixerat illis: ꝛ parauerūt Pascha. Vespere aūt facto venit cum duodecim: ꝛ discumbentibus eis, ꝛ manducantibus ait Jesus. ✠ Amē dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecum. ℣ At illi cęperunt contristari, ꝛ dicere ei singillatim. ℣ Nunquid ego? ℣ Qui ait illis. ✠ Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptū est de eo. Vę autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si non esset natus homo ille. ℣ Et manducantibus illis accepit Jesus panem: ꝛ benedicens fregit, ꝛ dedit eis, ꝛ ait. ✠ Sumite, hoc est corpus meum. ℣ Et accepto calice, gratias agens, dedit eis. Et biberunt ex illo omnes: ꝛ ait illis. ✠ Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: qꝝ iā nō bibā de genimine vitis vsq; in diē illū: cū illud bibam vobiscū nouū in regno dei. ℣ Et hymno dicto, exierūt in montem olivarū: ꝛ ait illis Jesus. ✠ Omnes vos scandalizabimini in me in nocte ista, qr scriptū est: Percutiam pastorē, ꝛ dispergētur oues. Sed postq̄ resurrexero, p̄cedā vos in galileā. ℣ Petrus autem ait illi. ℣ Etsi oēs scandalizati fuerint: sed non ego. ℣ Et ait illi Jesus. ✠ Amen dico tibi, qr tu hodie in nocte hac priusq̄ bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. ℣ At ille amplius loquebat. ℣ Et si oportuerit me simul cōmori tibi, non te negabo. ℣ Similr aūt ꝛ oēs dicebant. Et veniunt in prędium cui nomen Gethsemani: ꝛ ait discipulis suis. ✠ Sedete hic donec orem. ℣ Et assumpsit Petrum ꝛ Jacobum ꝛ Joannem secum: ꝛ cępit

ꝛ cepit pauere ꝛ tedere. Et ait illis, ✠ Triſtis eſt aīa mea vſq; ad mortem. Suſtinete hic, ꝛ vigilate. ℣ Et cum proceſſiſſet paululum, procidit ſuper terram: ꝛ orabat, vt ſi fieri poſſet trāſiret ab eo hora: ꝛ dixit, ✠ Abba, p̄r̄, oīa tibi poſſibilia ſunt: trāſfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo, ſed qđ tu. ℣ Et venit, ꝛ inuenit eos dormientes: ꝛ ait Petro: ✠ Simon dormis? Nō potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigilate ꝛ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem prōptus eſt, caro autem infirma. ℒ Et iterum abiens orauit eundem ſermonem, dicens. Et reuerſus denuo inuenit eos dormientes. Erant cīn oculi eorum grauati: ꝛ ignorabant quid reſpōderent ei. Et venit tertio: ꝛ ait illis. ✠ Dormite iam: ꝛ requieſcite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui me tradet, prope eſt. ℒ Et adhuc eo loquente venit Judas Iſcariotes vnus de duodecim: ꝛ cum eo turba multa cū gladijs ꝛ lignis miſſi a ſummis ſacerdotibus ꝛ ſcribis, ꝛ ſenioribus. Dederat autē traditor eis ſignū, dicens, ✠ Quēcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum: ꝛ ducite caute. ℒ Et cū veniſſet ſtatim accedens ad eum, ait. ✠ Rabbi. ℒ Et oſculatus eſt eū. At illi manus iniecerunt in eum: ꝛ tenuerunt eum. Unus aūt de circunſtantibus educēs gladium percuſſit ſeruū ſummi ſacerdotis: ꝛ amputauit illi auriculam. Et rn̄dens Jeſus, ait illis. ✠ Tāq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs ꝛ lignis cōp̄hēdere me. Quotidie apud vos erā i templo docens: ꝛ nō me tenuiſtis. Sed vt adimplēatur ſcripturę. ℒ Tunc diſcipuli eius relinquentes eū oēs fugerunt. Adoleſcēs autez quidā ſequebatur eū amictus ſindone ſup nudo: ꝛ tenuerunt eū. At ille reiecta ſindone nudus p̄fugit ab eis. Et adduxerūt Jeſum ad ſummum ſacerdotem: ꝛ conuenerunt oēs ſacerdotes, ꝛ ſcribę, ꝛ ſeniores. Petrus aūt a lōge ſecutus ē eū vſq; intro i atrium ſummi ſacerdotis: ꝛ ſedebat cū miniſtris: ꝛ calefaciebat ſe ad ignē. Sūmi vero ſacerdotes ꝛ oē cōcilium q̄rebant aduerſus Jeſū teſtimoniū: vt eū morti traderēt: nec inueniebant. Multi cīn teſtimoniū falſum dicebant aduerſus eum: ꝛ cōuenientia teſtimonia nō erāt. Et qdā ſurgentes falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum, dicēteſ. ✠ Qm̄ nos audiuimus eum dicentē, Ego diſſoluam templū hoc manu factū: ꝛ poſt triduum aliud nō manufactum ędificabo. ℒ Et non erat

erāt cōueniens teſtimoniū illorū. Et exurgēs ſummus ſacerdos in mediū interrogauit Jeſum dicens. ✠ Nō rn̄des quicq̄ ad ea, q̄ tibi obijciunt ab his? ℣ Ille autē tacebat: ꝛ nihil reſpōdit. Rurſus ſummus ſacerdos interrogabat eū: ꝛ dixit ei. ✠ Tu es Chr̄s filius Dei benedicti? ℣ Jeſus aūt dixit illi. ✠ Ego ſum. Et videbitis filium hoīs ſedentē a dextris virtutis Dei, ꝛ venientē cum nubibus cęli. ℣ Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait. ✠ Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? ℣ Qui omnes cōdemnauerunt eū eſſe reum mortis. Et cęperunt quidam conſpuere eum, ꝛ velare faciē eius, ꝛ colaphis eū cędere, ꝛ dicere ei. ✠ Prophetiza. ℣ Et miniſtri alapis eum cędebant. Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum: venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis: ꝛ cum vidiſſet Petrum calefacientem ſe, aſpiciens illum, ait. ✠ Et tu cum Jeſu Nazareno eras. ℣ At ille negauit, dicens. ✠ Neque ſcio: neque noui quid dicas. ℣ Et exijt foras ante atrium: ꝛ gallus cantauit. Rurſus aūt cum vidiſſet illū alia ancilla, cepit dicere circunſtantibus. ✠ Qz hic ex illis eſt. ℣ At ille iterum negauit. Et poſt puſillū rurſus q aſtabāt dicebāt Petro. ✠ Vere ex illis es. nā ꝛ galileus es. ℣ Ille aūt cepit anathematizare ꝛ iurare. qz neſcio hoīem iſtum, quē dicitis. Et eſt ſtatim iterū gallus cāta uit. Et recordat⁹ eſt Petr⁹ verbi, qđ dixerat ei Jeſus, priuſq̄ gallus cantet bis, ter me negabis. Et cepit flere. Et p̄feſtiz mane p̄filiū faciētes ſummi ſacerdotes cū ſenioribus ꝛ ſcribis ꝛ vniuerſo concilio, vinctes Jeſum duxerunt ꝛ tradiderūt Pilato. Et interrogauit eū Pilatus. ✠ Tu es rex iudęorum? ℣ At ille rn̄dens ait illi. ✠ Tu dicis. ℣ Et accuſabāt eū ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus aūt rurſus interrogauit eū, dicens. ✠ Non rn̄des quicq̄? Vides in q̄ntis te accuſant? ℒ Jeſus autē amplius nihil rn̄dit: ita vt mirarēt Pilatus. Per diem aūt feſtum, ſolebat illis dimittere vnum ex vinctis, quemcunque petiſſent. Erat aūt vnus, qui dicebat Barrabas, q cum ſeditioſis erat vinctus, q in ſeditione fecerat homicidiū. Et cum aſcendiſſet turba: cepit rogare, ſicut ſemp faciebat illis. Pilatus aūt rn̄dit eis: ꝛ dixit, ✠ Vultis dimittā vobis regem iudęorum? ℒ Sciebat cīn q per invidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Pontifices autē concitauerunt turbam: vt magis Barrabam dimitteret eis.

Pila-

Pilatus autem iterum rñdes, ait illis. ℣ Quid ergo vultis faciã regi iudęorum? ℭ At illi iterum clamauerunt. ℣ Crucifige eum. ℭ Pilatus vero dicebat eis. ℣ Quid enim mali fecit? ℭ At illi magis clamabant. ℣ Crucifige eum. ℭ Pilatus aũt volẽs populo satisfacere, dimisit illis Barrabam: ⁊ tradidit Jesum flagellis cęsum: vt crucifigeretur. Milites autez duxerunt eum intro in atrium p̃toꝛ: ⁊ conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura: ⁊ imponunt ei plectentes spineam coꝛonã: ⁊ cęperunt salutare eum. ℣ Aue rex iudęoꝛũ. ℭ Et percutiebant caput eius arundine: ⁊ conspuebant eũ: ⁊ ponentes genua, adoꝛabant eum. Et post p̃ illuserunt ei: exuerunt illum purpura: ⁊ induerunt eum vestimentis suis: ⁊ educunt illum, vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prętereuntem quempiam Simonem Cyrenęum venientez de villa p̃em Alexandri ⁊ Rufi: vt tolleret crucẽ eius. Et perducũt eum in Golgotha locũ: qđ est interpretatum Calvarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: ⁊ non accepit. Et crucifigentes eũ diuiserunt vestimẽta eius, mittẽtes sortẽ super eis: vt quis quid tolleret. Erat autem hoꝛa tertia: ⁊ crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius inscriptus: Rex Judęoꝛum. Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnũ a dextris eius, ⁊ alium a sinistris. Et adimpleta est scriptura, q̃ dicit. Et cũ iniquis reputatus est. Et p̃tereuntes blasphemabant eũ, mouẽtes capita sua, ⁊ dicẽtes. ℣ Vah qui destruis tẽplũ Dei: ⁊ in tribus diebus reędificas. Saluũ fac temetipsum descẽdẽs de cruce. ℭ Similr ⁊ summi sacerdotes illudẽtes ad alterutruz cum scribis, dicebãt. ℣ Alios saluos fecit: seipsum non põt saluũ facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce: vt videamus ⁊ credamus. ℭ Et qui cũ eo crucifixi erant conuiciabãtur ei. Et facta hoꝛa sexta, tenebrę factę sunt sup̃ terraz, vsqz in hoꝛam nonã. Et hoꝛa nona exclamauit Jesus voce magna, dicẽs. ✠ Eloi, Eloi lamazabathani? ℭ Qđ est interpretatum. ✠ Deus meus, deus meus, vt qđ dereliquisti me? ℭ Et quidã de circũstãtibus audiẽtes dicebãt. ℣ Ecce Eliã vocat. ℭ Currẽs aũt vnus, ⁊ implẽs spongiã aceto, circũponẽsque calamo potũ dabat ei, dicẽs. ℣ Sinite videamus, si veniat Elias ad deponendum eũ. ℭ Jesus aũt emissa voce magna expiranit. Et velũ tẽpli scissum est in duo, a summo vsque deoꝛsum. Videns aũt cẽturio, q̃ ex aduerso stabat: q̃ sic clamãs expirasset, ait.

ait. ℣ Vere hic hõ filius Dei erat. ℭ Erant aũt ibi mulieres de longe aspiciẽtes: inter quas erat Maria Magdalene, ⁊ Maria Jacobi minoꝛis, ⁊ Joseph mr̃, ⁊ Salome. Et cũ esset in Galilęa: sequebantur eũ, ⁊ ministrabant ei: ⁊ alię multę, quę simul cuz eo ascenderant Jerosolymam. Hic legitur in tono Euangelij.

Domine exaudi oꝛonẽ meã: auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciũ cũ seruo tuo: qꝛ nõ iustificabit in cõspectu tuo oĩs viuẽs. Quia psecutus est inimicus aiam meã: humiliauit in terra vitã meã. Collocauit me in obscuris, sicut mortuos seculi: ꝛ anxiatus est sup me spũs meꝰ: in me turbatũ est coꝛ meum. Memor fui dierũ antiquoꝝ: meditatꝰ sum in oĩbus operibus tuis: ꝛ in factis manuũ tuaruꝫ meditabar. Expandi manus meas ad te: aĩa mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit spũs meus. Non auertas faciẽ meaꝫ a me: ꝛ similis ero descẽdentibus in lacum. Auditã fac mihi mane misericordiam tuã: qꝛ in te speraui. Notã fac mihi viam, in qua ambulem: qꝛ ad te leuaui aĩam meã. Eripe me de inimicis meis Dñe: ad te cõfugi: docere me facere voluntatem tuã: quia Deus meus es tu. Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã: ꝓpter nomẽ tuum dñe vivificabis me in ęquitate tua. Educes de tribulatione aĩaꝫ meã: ꝛ in mia tua disꝑdes oẽs inimicos meos. Et ꝑdes oẽs qui tribulant aĩam meam: qm̃ ego seruus tuus sum. Requiẽ. Añ.

Non



Non in tres in iu di ci um cum ser uo



tu o do mi ne: qui a non iu sti fi ca bi tur

in con spe ctu tu o om nis vi uens. Antiphona.



Om nis spi ri tus. Evovae. Psalmus.

Laudate dominũ de cęlis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol ꝛ luna: laudate eum oẽs stellę ꝛ lumen. Laudate eum cęli cęloꝝ, ꝛ aquę oẽs q̃ super cęlos sunt: laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse dixit, ꝛ facta sunt: ipse mãdauit, ꝛ creata sunt. Statuit ea in ętern̄, ꝛ in seculũ seculi: ꝓceptũ posuit, ꝛ non ꝓteribit. Laudate dñm de terra dracones, ꝛ oẽs abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellaruꝫ: q̃ faciunt verbũ eius. Montes, ꝛ oẽs colles, ligna fructifera, ꝛ oẽs cedri. Bestię, ꝛ vniuersa pecora, serpentes, ꝛ volucres pennatę. Reges terrę, ꝛ oẽs populi: principes ꝛ oẽs iudices terrę. Iuuenes, ꝛ virgines, senes cum iunioribus laudent nomen dñi: qꝛ exaltatuꝫ est nomẽ eius solius. Confessio eius sup̃ cęlum ꝛ terram: ꝛ exaltauit coꝛn populi sui. Hymnus oĩbus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi. Cantate dño canticũ nouum: laus eius in ecclesia sanctoꝝm. Letetur Israel in eo q fecit eum, ꝛ filię Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro: in tym-

in tympano, psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est Dño in populo suo: ⁊ exaltauit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorũ, ⁊ gladij ancipites in manibus eorũ. Ad faciẽdã vindictã in nationibus, increpationes in populis. Ad alligãdos reges eorũ in cõpedib⁹: ⁊ nobiles eorũ in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciũ cõscriptũ: gloria hec est oĩb⁹ sctis ei⁹. Laudate dñm in sctis eius: laudate eũ i firmamẽto virtutis eius. Laudate eũ in virtutib⁹ eius: laudate eũ scõm multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tubę: laudate eum in psalterio, ⁊ cithara. Laudate eũ in tympano, ⁊ choro: laudate eũ in cordis, ⁊ organo. Laudate eũ in cymbalis bñsonãtib⁹: laudate eũ in cymbalis iubilationis: oĩs spũs dominus. Requiẽ. Sñ.



Omnis spi ri tus lau det do mi num. Antiphona.



Ego sum resurre ctio. Evovae. Canticum.

Benedictus Dñs Deus Israel: qa visitauit, ⁊ fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qa seculo sunt prophetarũ eius. Salutem ex inimicis nostris, ⁊ de manu oĩum, qui oderũt nos. Ad faciẽdã misericordiã cũ patribus nostris, ⁊ memorari testamenti sui scĩ. Iurandum, quod iurauit ad Abrahã patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicor⁹ nostrorũ liberati: seruiamus illi. In sanctitate ⁊ iustitia cora ipso: oĩbus diebus nris. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis: pibis enim ante faciem dñi, parare vias ei⁹. Ad dandã scientiam salutis plebi eius: in remissionẽ pcõrũ eor. Per viscera misericordię Dei nri, in quibus visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his, q in tenebris, ⁊ vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nros in viã pacis. Requiẽ ęternaz. Ẽña.

Ego



Ego sum re sur re cti o ⁊ vi ta: qui cre dit in me

e ti am si mortuus fu e rit, vi uet: ⁊ omnes qui vi uit ⁊

cre dit in me, non mo ri e tur in ę ter num.

Et interim dum iste infrascripte antiphone cum suis psalmis cantãtur, sacerdos dicat has sequentes orationes.

Oremus fratres charissimi pro spiritu fratris nri N. quem Domin⁹ de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculũ hodie sepulture tradit̃: vt eum pietas Dei in sinu Abrahę, Isaac, ⁊ Jacob collocare dignet: vt cũ iudicij dies aduenerit, inter sctos ⁊ electos suos cũ in parte dextra collocãdũ resuscitari faciat. Per Christum dñm nostrum. ℟ Amen. Ore.

Deus cui oia viuunt, ⁊ cui non pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur: vt quicquid aĩa famuli tui N. vitiorum, tuęq voluntati ꝓtrariũ fallente diabolo, seu propria iniquitate, vel fragilitate ꝓtraxit, tu pius ⁊ misericors abluas indulgendo: eamq suscipi iubeas per manus sanctorũ angelorum tuorũ deducendã in sinũ Patriarcharum ⁊ Prophetarũ tuorum, Abrahę scilicet amici tui, ⁊ Isaac electi tui, ⁊ Jacob dilecti tui: a quo aufugit dolor atque tristitia ⁊ suspiriũ, fideliũ quoq aĩę felici iucunditate lętantur: ⁊ in nouissimo magni iudicij die inter sctos ⁊ electos tuos eam facias ꝑpetuę glorię percipere portionẽ: quaz oculus nõ vidit, nec auris audiuit, ⁊ in cor hois non ascendit: quã ꝑparasti diligentibus te. Per Christum dñm nostrum. ℟ Amen. Ore.

Meritatis quidem est dñe, vt homo hominem, cinis cinerem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerem, mortalis mortalem tibi domino Deo audiat cõmendare: sed quia terra suscipit terrã, ꝛ pulvis conuertitur in puluerez: donec ois caro in suam redigatur originez: inde tuã pijssime pater lachrymabiliter quęsumus pietatem: vt huius famuli tui N. animam, quam de huius seculi cęnulenta voragine ducis ad patriam, Abrahę amici tui sinu recipias: ꝛ refrigerij roze perfundas. Sit ab ęstuantis gehennę truci incendio segregata, ꝛ beatę requiei tuę, te donãte, cõiuncta. Et si q̃ sunt illi dñe dignę cruciatibus culpę, tu eas q̃a mitissimi lenitatis indulge: nec peccati recipiat vicẽ, qui tuã in votis tenuit voluntate: sed indulgentię tuę plaz sentiat suauitatẽ. Cumque finito mundi termino supnuz cunctis illuxerit regnum, nouus homo sanctoruz oĩum cętibus aggregatis cum electis tuis resurgat in parte dextra collocandus. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oratio.

OPus est misericordię Domine fãcte, pater omnipotẽs, ętерne Deus rogare pro alijs. Et quia pro nobis non sufficimus, suscipe (rogamus) animam serui tui N. reuertentem ad te. Adsit ei Angelus testamenti tui Michael: ꝛ per manum sanctorum Angelorum tuoruz inter sanctos ꝛ electos tuos in sinibus, Abrahę, Isaac, ꝛ Jacob patriarcharum tuorum eam collocare digneris. Libera eã dñe de principibus tenebrarũ, ꝛ de locis pęnarum: ne famulus tuus vilis iam primęue natiuitatis vel ignorantię confundatur erroribus. Agnoscatur a tuis, ꝛ misericordia bonitatis tuę ad locum refrigerij ꝛ quietis in sinum Abrahę transferatur. Per Chr̃m dñm nostrum. ℟. Amen. Oratio.

DEbitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deuz cui oĩa viuunt, deprecamur: vt hoc corpus fratris nostri N. a nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet: ꝛ eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregare iubeat: cũ quibus inenarrabili gloria, ꝛ perenni felicitate perfuri mereaꝛ. Per Chr̃m dñm nr̃m. ℟. Amen. Oro.

OMnipotens sempiterne deus, qui humano corpori animã inspirare dignatus es, dum te iubente pulvis redit in puluerem, tu imaginem tuam cum sanctis ꝛ electis tuis ęternis sedibus pręcipias sociari. Per dñm nostrum. Dis obẽs expletis postq̃ defunctus sepultus fuerit, sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulũ: ꝛ dicat alta voce, Oratę oẽs. Et oẽs sub silentio dicant.

Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. Non intres in iudiciuz cuz seruo tuo dñe. ℟. Quia nõ iustificabit in cõspectu tuo ois viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiam eius. ℣. Requescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dñs vob. ℟. Et cuz spir. Orem⁹. Dño.

SAtisfaciat tibi, q̃s dñe Deus noster, pro anima famuli tui fratris nostris, beatissimę Dei genitricis semperque virginis Marię, ꝛ beatoruz Apostolorz Petri ꝛ Pauli, ꝛ beati N. patroni nostri, oĩumq̃ sanctoruz tuoruz oro, ꝛ pręsentis familię tuę humilis ꝛ deuota supplicatio: vt peccatoruz oĩum veniaz, quã precamur, obtineat: nec cuz patiaris cruciari gehẽnalibus flammis, quem filij tui Dñi nr̃i Jesu Chr̃i pręcioso sanguinẽ redemisti. Qui tecuz ꝛ spũ scõ viuit ꝛ regnat Deus, p oĩa secula seculorz. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vobiscuz. ℟. Et cuz spiritu tuo. Et sacerdos dicat. Aia eius ꝛ aię oĩum fideliuz defunctorz p misericordiaz Dei, requiescãt in pace. ℟. Amen. Et statim cantor incipiat ℟. Memento, mei Deus: q̃ vẽtus est vita mea. cuz quo reuertant i ecclesiã ℟.





vo=

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cū que reuertunt in Ecclesiaz, ordinate stent in choro. Et finito responsorio, sacerdos dicat Pater noster. ℣. Et ne nos inducas. ℟. A porta inferi. ℣. Erue dñe animam eius. ℟. Requescat in pace. ℟. Amē. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

TIbi domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus seculo, tibi viuat: ꝛ que per fragilitatē mundane cōuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ An aliquid sit exigendum pro sepultura. Cap. 24.

ADeruditoruz sacerdotum instructionem non minus incōgrue visum est visitatam quēstionē interponere: An liceat sacerdotibus parochialibus aliquid exigere pro sepultura defunctorum: ꝛ an aliqō pactum cum heredibus defuncti interponendum sit. ¶ Ad hoc dubium respondet Reuerendus pater dominus Michael Lochmaier sacre Theologie ꝛ vtriusqz iuris Doctor in suo parochiali curatorum, ti. 6. c. 3. in hūc modum. ¶ Ad propositę quēstionis euidentiā propono causam facti, in nonnullis parochijs prouincie Saltzburgen. maxime diecesis Patauin. inoleuit cōsuetudo talis, q defuncto aliquo parochiano, rector parochialis, aut eius vicarius pro sepultura aliquid, quod cōmuni vocabulo Remedij vocāt, ab heredibus defuncti in

cti in pecunia cōsueuit exigere ꝛ recipere: dubitatum sepius fuit a nōnullis ꝛscientię timoratę viris, an hoc pretextu cōsuetudinis licite fieri possit. ꝛ vī q sic. Nam illud in cōi practica in pluribus locis solet hāi ex antiqua ꝛsuetudine. Et iam eps ꝛ eorum officiales hoc sciunt ꝛ tolerant. Igitur ꝛc. Sed contra, vī q fieri non possit, qz in talibus frequenter interuenit pactum vel exactio contra cōis iuris dispōnem, q pro sepultura tanquā pro spirituali bono nihil ex pacto exigi debeat, vt in ca. abolende. de sepul. ꝛ c. non satis. de simo. Et qz materia Remediorum est de lana ꝛ lacte, hoc est de vtilitate pecuniaria curatorū, de quorū numero me profiteor: ne alij domini non curati forsitan laxius q̄ ipsis videbitur, procedere me ecutientē, aut fauoriz antem existiment: aut certe dñi curati, si interduz rigorē, aut equitatē ꝛsuetudini forte prepositero, me persecutorē proprij ordinis accusent: intendo quantū potero inter decua remediorū, exequiarū, ꝛ aliorū circa sepulturas defunctorum obuenientium, pari passu incedere. Et primo quid sit Remediū, ꝛ acceptionez huius prepositionis, Pro, declarare. Deinde me paucis conclusionibus circa quesitum absoluere. Prequisa igit acceptione sepulturę, ꝛ aliorū in precedenti articulo: cū non reperiā aliquē antiquuz, aut modernum doctorē, quid sit Remediū diffinisse, ad cōem practicaz corū, que rei nomē imposuerunt, recurro. Et dico q ꝑz practicā eor, Remediū est illud, quod p̄ter id qō pro exequijs, siue officio defunctoruz ꝛ cultu diuino peragendo solitum est dari ex rebus defuncti, aut eius heredis, in pecunia, siue existimatione, occasione iuris funerandi, siue sepulturę ꝛ cemeterij, a rectore parochiali aut eius vicario petitur, siue exigitur: quasi aię remeduz: quod solitū est dari pro exequijs ꝛ cultu diuino. Et probatur hoc idem ex acceptionibus sepulturę supradictis: vbi nulli alteri inodorū sepulturę cōuenienter applicari p̄t remediū, cū ista p̄positione, Pro, de cuius significato nunc dicemus. Pro quo nota q hec prepositio, Pro, sm doc. in 4. dis. 25. quos imitatur Arch. in c. Agatho. 63. dist. ꝛ in c. Judices. ꝛ ca. ordinationes. 1. q. 1. pluribus modis accipitur. ¶ Uno modo notat appreciationez, vel cōitatem, vel cām principaliter ꝛ primo mouentem: ꝛ sic qualitercunqz capiatur sepultura, preterquam tertio modo, nō est licitū aliquid exigere, aut recipere pro sepultura: immo est simo-

¶ niacum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

niacum,ita ꝙ illud tẽporale,siue sit pecunia,siue alia reꝛ sit,est vt ꝑcium sepulturę,quę est quoddam spũale. Et peccat mortaliter qui sic dedit ꝛ recipit, ꝛ qui meditatoꝛ siue coopatoꝛ ad hoc fuit. 1.q.1.reperiuntur.ꝛ q.3.vendentes. Nec in hoc excusat ignorantia,cum sit iuris diuini,quę neminem excusat.Nec excusat cõsuetudo aliqua: vt patet in iuribus supra pro falsitate quęsiti adductis:qꝛ consuetudo non pręiudicat iuri naturali vel diuino,quod prohibet simoniã.Et sic intelligi debẽt iura, quę dicunt, ꝙ recipere aliquid pro sepultura,aut exequijs,sit simoniacum. ¶ Secundo hęc ꝓpositio,Pro,notat cãm finalẽ, ꝛ motiuã,non remotã propinquã,sed occasionalẽ:ꝛ tunc licituꝛ est ꝛ dare ꝛ accipere tpale pro spũali: ꝛ tunc sensus est.Iste dat denarios pro Missa, idest pro veneratione Missę,vel ꝓp veneratiõẽ,siue ꝓp veneratã dam Missam.Sic ẽt intellige,cum dꝛ,iste dat pecunias,vel recipit pro sepultura,aut exequijs,ꝛc. ¶ Tertio nota cãm efficiẽtez, vt sit sensus:iste dat denarios pro Missa,vel pro exequijs, idest pro deuotione Missę,siue exequiarũ: quę mouent eũ ad dandũ: vel idest pro deuotione,quã habuit ad Missam,vel ad exequias. Et hoc licite põt fieri ꝛ concedi:qꝛ deuotio,quam habet quis ad prędicta,licite põt euꝫ mouere ad dandum aliquid. Et põt ẽt sacerdos licite recipere:ita tamẽ ꝙ cesset oĩs pactio ꝛ conuentio.1. q.1.c.quã pio. ¶ Quarto notat cãm adminiculatiuã ꝛ consecutiuã:quę reducitur ad efficientẽ,vt cum dꝛ, Ille ministrat liburꝫ sacerdoti pro celebranda missa: vel, Ille dat pecuniaꝫ presbytero pro ecclesia officianda:ꝛ tunc ẽt põt concedi sic.74.dis.ca.vlt. vbi glo. cũ similib. ¶ Quinto notat causaꝫ excitatiuã:ꝛ secundũ hoc dicunt quidã, ꝙ eps licite põt conferre beneficium familiari suo pro seruitio licito. Nam ibi ista ꝓpositio,pro, non notat causam finalem,sed excitatiuã. Obsequiũ eñ tale non debet esse causa finalis,sed potest essẽ excitatiua.Vide de hoc latius Archi. in d.c.ordinationes.1.q.1. Sunt ꝛ alię acceptiones huius ꝓpositionis,Pro:sed non sunt ad propositũ nrm: nam qñque valet tñ,sicut loco:vt pro dote,idest loco dotis. ff.de dot.pręleg.l.vir vxori.qñqꝫ pro,idest noĩe:vt ꝓ se,idest noĩe suo: pro te,idest noĩe tuo.vel ad commodum tuuꝫ. ff.de postu.l.1.§.1.de cõmod.l.si vt certo.Sed hęc transeo,ꝛ conuerto me ad conclusionez:ꝛ sit hęc prima conclusio. ¶ Aliquid accipere, aut exigere occasione funerum

nerum ex pacto pro sepultura est omnino illicitũ.Hęc conclusio probatur in ca.abolẽdę,de sepul. ꝛ in c.questa.13.q.2. Nec ratione terrę,vt dꝛ:neque rõne officij,vt in c.non satis.ꝛ c.cum ecclesię.de simo.Impẽdat ergo rector curatus prędicta: ꝛ postea laudabiles consuetudines exigat:vt in c.ad Apostolicã.de simo.ꝛ latius infra dicetur. ¶ Scda cõclu.non põt ꝯsuetudine introduci vt aliquid detur pro sepultura: siue Remediuꝫ,aut alio noĩe vocetur:vbi ꝓcessit pactio,siue exactio.Probatur: qꝛ initium consuetudinis fuit simoniacũ ꝛ vitiosuꝫ:ideo non poterat bonã consuetudinẽ introducere. Et in illis duobus casibus qñ ꝓcessit pactio vel exactio, intellige iura, vcz ca.non satis.ꝛ seq.cum simil. de simo.ã annullat ꝯsuetudinẽ in hmõi. Non valet ergo cõsuetudo,vt ante insepultuꝫ fumuꝫ, vel ẽt tpe sepulturę aliquid pro sepultura,vel nomine Remedij exigat ab inuito:qꝛ nõ habet talis cõsuetudo principiũ volũtariũ. Ideo pretextu huius non debet quis cogi.Et maxime ꝑsumeretur de simonia, siquis funus pro pignore arrestaret.Secus vbi ex postfacto consuevit aliquid dari.Habes ergo conclusiue, ꝙ vbi pactio vel exactio ꝓcedẽs dedit cãm cõsuetudinis,talis ꝯsuetudo non valet.Et de hoc vide Panor.in c.suã.ꝛ c.ad Aplicã.de simo. ¶ Tertia ꝯclusio: põt induci cõsuetudine, qñ nõ precessit pactio aut exactio, vt sic ex mera liberalitate ꝛ deuotione populi talis consuetudo sit introducta, ꝙ pro sepultura,siue exequijs,aut officio defunctorũ aliquid detur: ita tñ ꝙ prędicta prius liberaliter exhibeantur. Probatur: qꝛ talis ꝯsuetudo tunc non habet initiũ, nec fundamentuꝫ vitiosum, sed laudabile. Nam ex quo dantes a principio libere soluerunt,vñr se ad hoc obligasse sub noĩe cuiusdã oblationis: quam laici solent facere clericis tpe spũalium, vt no.de ꝯse.di.1.omnis Christianus.Ita no.Pan.in d.c.ad Aplicam.ꝛ c.Jacobus.de simo.ꝛ late in d.c.suaꝫ.co.tit.vbi ẽt disputat qũo possit induci consuetudo ex libera donatione, ꝛ ex his, quę sunt mere facultatis. ¶ Collige igitur ex prędictis, ꝙ tria requiruntur ad hoc, vt valeat ꝯsuetudo, ꝙ pro sepultura, aut nomine remedij, siue pro officio defunctorũ aliquid exigat ꝛ dek. Primũ, ꝙ ꝯsuetudo talis habuerit principium volũtariũ, hoc est ꝙ primo tale quid liberaliter soluerint,ita ꝙ non sit inuite ab eis exactũ.Scõm, ꝙ talis cõsuetudo non habuerit fundamẽtum vitiosum, aut simoniacũ,ita

Notabilis, & omni digna prorsus acceptione est hęc pro consuetudinum varietate exceptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ nō interuenerit pactū, siue quentio in futurū de tali qđ soluendo, tanq̄ preciū sepulturę. Tertium, q̄ p̄dicta, pp̄ q̄ aliquid dat, prius liberaliter exhibeanť: ꝛ q̄ prętextu consuetudinis talis, nequaq̄ denegent. Ex postfacto tñ non soluentes laudabilē cōsuetudinē, vbi p̄dicta tria ꝯcurrunt, vel non seruantes de soluendo certū quid, cōpelli pñt, non per rectorē parochialis ecclę, sed per ep̄m suū: vt est tex. in d.c. ad Aplicam. ¶ Quarta ꝯclusio: rector parochialis, qui ex officio ꝛ rōne curę ad sepulturam ꝛ exequias suo parochiano defuncto tenet, nō p̄t licite pro his aliquid petere. Si aūt cōsuetudo habet q̄ aliquid detur, pñt laici compelli ad obseruandū laudabilē consuetudinē. Prima pars probatur per d.c. Abolendę. ꝛ ibi per glo. Secunda pars probatur ex iam dictis in p̄cedenti conclusione. ¶ Quinta cōclusio: Si parochialis rector habet vnde viuat, tunc cessante consuetudine non p̄t aliquid pro sepultura, exequijs, siue noie Remedij exigere, sed gratis oblatū licite p̄t recipere. Hęc conclusio est Panor. in d.c. suā. Probatur prima pars: quia in tali casu cessante cōsuetudine rector parochialis tenetur ex officio ꝛ rōne curę gratis spiritualia impēdere, immo si in dicto casu aliquid recipit, tenet restituere: vt ibi dicitur. Secūda pars probatur in c. sicut ep̄s. 1. q. 2. ¶ Sexta concl. Si rectori parochiali desūt sumptus necessarij, potest sibi aliunde acquirere victū, tunc cessante cōsuetudine nō p̄t occasione p̄dictorum aliquid exigere. Hęc concl. ēt est Panor. loco allegato: Imputet em̄ sibi, qui tale beneficiū exile ꝛ tenue acceptauit. Quęrat ergo honeste sibi victū manibus vel industria: puta scribēdo: pueros docendo: vel qđ simile exercendo: vt in c. clericus victus. 91. dist. Hā ꝛ Aplus q̄rebat sibi victum tpe p̄dicationis: vt hī 2. Thessalo. 3. ꝛ 1. Cor. 4. in ca. actus Aplis. de cens. Si vero rector parochialis in tali casu nō potest honeste sibi vinctū aliter querere, tunc vel ep̄s prouidebit sibi: vel parochiani pñt compelli ad p̄standum sibi necessaria victui. De hoc vide bo. gl. in c. ois christianus. de consec. dis. 1. que dicit, sacerdotem indigentem posse subtrahere parochianis spūalia, nisi faciā: oblationes, vnde possit viuere: Ad hoc etiā vide quod no. in c. de his de eccl. edi. ¶ Septima conclu. clerici extranei, qui non tenentur ex officio ad exequias, aut alia spiritualia impendenda, possunt licite operas suas spirituales locare, ꝛ cōuenire vt ali-

qđ aliquid p̄ labore hēant: non vt directe pro spūalibus recipiant tpale: sed recōpensationē laborū ꝛ dānorū, quę sustinēt in exhibendo p̄stias suas: ꝛ trahendo morā in spūalibus impendēdis. cōclusio ꝓbatur per Inn. in c. pen. ne p̄el. vi. su. Ad hoc est gl. in c. abolendę. de sepul. ꝛ in c. suā. de simo. vbi Panor. contra gl. tenet q̄ extranei sacerdotes etiaꝫ si abundant, pñt exigere: cum ad hoc est officio non teneātur: ꝛ restringit gl. in c. p̄cipim⁹. 21. q. 2. quę simplr̄ vicit sacerdotē posse aperas suas spūales locare. Vide de hoc doc. in c. significatuꝫ. de p̄eb. ¶ Octaua cōclusio: rector parochialis, qui sepulturaꝫ ꝛ exequias suo parochiano defuncto impendit, sola hac intētione, vt aliquid ꝙcipiat, alias non facturus, licet non incurrat simoniaꝫ conuentionalē, incurrit tñ vere simoniā mētalem: ꝛ grauiter peccat. Prima pars probatur in c. vlti. de sim. ex quo non p̄cessit pactuꝫ expressum, nec emptio, nec venditio, nec exactio, nec eccl̄a iudicat de tali simonia in foro contentioso: Scō a pars ꝓbatur: q̄ p̄cessit intētio deprauata: ꝛ sic incurrit simoniaꝫ mentaleꝫ: q̄ sola pn̄a purgatur, vt ibi dī: q̄ nullā cēsurā eccl̄asticā incurrit. Ad hoc est gl. in simili casu in c. vnico. de cle. non resi. lib. 6. ¶ Nona conclō: consuetudine introduci p̄t, vt clerici curati ex bonis defuncti certū quid percipiant. Hanc conclus. probat Host. in sum. de cōsuetudine in quibusdaꝫ terris: vbi clerici curati de consuetudine recipiunt ꝛ exigunt lectū, in quo defunctus moritur: Itez ꝛ vestes in qbuꝫ moritur. Alicubi consuetudo est q̄ curati hēant pānū qō feretro superponi. Alibi q̄ ex armēto hēant melius caput pecoris. Exemplificat ēt Pan. in d.c. ad aplicam. de consue. in Britania, vbi in morte dat curatis tertia pars oīum bonorū defuncti, cōuertēda tñ ad cultū diuinū ꝛ eleemosynaꝫ pauperū. Dicūt tñ doc. q̄ subsistēte tali consuetudine tanq̄ laudabili, si clerici funus sepelire non vellēt, nisi ab hīdibus defuncti fieret eis cautio de redēptione lecti, aut vestimētorū, ꝛ aliorū, q̄ ex consuetudine de rebus defuncti venūt, simoniā committerēt: multo magiꝫ, qñ absq̄ pecunia hoc exigūt, nolentes aliter sepelire, vt in c. q̄sta. 13. q. Si autez clerici pacto faciūt de redimēdo lecto, aut pāno, ꝛ hmōi etiā aliquā fumus sepeliatur, per hoc non incurrunt simoniā: sed est licitū, cuꝫ illa sint tpalia: dūmodo p̄ hoc nō neget sepultura, vel immisceatur ius sepulturę. Et si post sepulturaꝫ hīdes nollent ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſeruare pactū aut ꝙſuetudinē, ꝑſit clerici agere contra eos: vt ſu-
perius dictum eſt. ¶ Decima cōcluſio: ꝙcurrentibus tribus ad
laudabilē cōſuetudinē in hac materia introducenda reqſitis, va
let ꝙſuetudo, vbi rector parochialis pro ſepultura noie remedij
certū qd, ſiue ante ſepulturā, ſiue ex poſtfacto ab hēdib⁹ defuncti
recipit vel exigit. Hęc ꝙcluſio elicit ex p̄cedentibus: ꝛ probo eaꝫ
de laudabili conſuetudine in officialatu curię. Pata. in Vienna,
cui ad annos plures officialis p̄fui: Vbi cū adultus, qui ſaltem
ſemel cōicauit, moritur, dant hęredes occaſione ſepulturę noie
Remedij. 12. denarios Vienn. pro puero 7. denarios: q̄ conſuetu
do ſi p̄dicta tria, de quibus ſupra in tertia ꝙcluſione, ꝙcurrūt, ne-
quaq̄ venit cōdēnāda. Et debet hęc p̄poſitio, ꝑ, ī hac ꝙcluſione
ꝛ ſimilibus ſumi nō primo modo, ſed altero ex tribus ſequētib⁹.
¶ Venio nunc ad vndecimā cōcluſionē, q̄ eſt rñſiua ad cām fa-
cti q̄ſiti: ꝛ eſt hęc. Nō valet cōſuetudo vbi remediū anteq̄ exigat
a debētibus, ex cōſuetudine tanq̄ incerto ꝙſiſtēs in quota igno-
rat: ſi ꝑ rectorē parochialē ꝛ hēdes defuncti, aut alias interpoſi-
tas p̄ſonas ad certū qd ꝛ quotā ex cōuētione, aūt pacto reductū
exigit ꝛ recipit. Hęc ꝙcluſio eſt ꝓtra cōem practicā, circa quaſ-
dā eccleſias dieceſis Salzburgē. ꝛ Patauien. in Bauaria ꝛ Au-
ſtria ſuperiori ſolitā obſeruari. Vbi cum aliquis moritur, hēdes de-
functi ignorāt, vel ad minus dubitant, ad quā quotā determina-
te rectori curato noie Remedij teneant: ſed tādē ex quentione,
aut pacto certificantur, quātū dare debēt. Et ꝓbo hanc ꝙcluſio-
nē, primo ex eo, qꝛ eſt ꝓtra naturā ꝙſuetudinis, vt incertū intro-
ducat, ꝛ ſuper incerto fundetur. Nā ex quo ꝙſuetudo hꝫ vī legis,
vt ex ea Remediū, ꝛ non aliaſ licite peti poſſit: tunc dꝫ eſſe certa
ſicut lex: vt in c. erit aūt lex. 4. diſ. ergo ſi conſuetudo eſſet laudabi
lis, ꝛ ſic valeret, oporteret q̄ hēdes ſtatim ex ea ſcirent ad quid
certū, ꝛ ad quā quotam noie Remedij pro ſepultura tenerentur.
Itē taliꝫ cōſuetudo immo potiuꝫ abuſio cōtinet in ſe expreſſe pa-
ctū, aut quentionē, quę in hmōi reprobatur: vt ſępiuꝫ dictū eſt ſu
pra. Naꝫ qſque rector, aut vicariuꝫ pro remedio. 12. Flozen. Re-
nen. petit: ſi tandē ex tractatu ꝛ quentione tñ ad quinque quenti-
tur. Itē taliꝫ ꝙſuetudo non p̄ſumitur habuiſſe principiuꝫ volun-
tariū, ſed exactū, aut quentum. Quiꝫ enī dicet laicos a principio
adeo fuiſſe liberales, ꝛ ad ſepulturaꝫ ſic deuotoꝫ, q̄ occaſione ſe-
pulturę

pulturę funeri impendendę vltra exequias dederint. 15. Flozen.
Renen. aut circa? Item talis cōſuetudo tanq̄ corruptela pluri-
bus rectoribus, ꝛ maxime vicarijs, qui plus curat de lana, q̄ de
aia, p̄eſtet cām delinquendi, ꝛ grauandi pauperes hęredes de-
functorū: vt ſępius vltra vires ꝛ ſolituꝫ plus exigant: qꝛ quaſi ex
arbitrio eorū dependet quid pro remedio recipere velint. Nam
hęc quota, quę fuit hoc anno ex ꝙſuetudine noie Remedij ſolita
dari, non erit anno ſequenti, ꝑm eos: cū peſtilentia viget, vel cuꝫ
nouuꝫ rector, aut vicarius ſuperuenerit, cōſuetudo mutatur: im-
mo plus, aut minus: vt videmuꝫ in practica. Itez talis conſuetu-
do dat occaſionez rectoribus eccl'as ſuas locantibus, q̄ cōſuetā
penſionē, ſiue abſentiā augmentant. Nā videntes vicarios eorū
ex Remedijs ditari, eccleſiā quā quis hoc anno arrendauit pro
50. Flor. Renen. in abſentia, ſequenti anno locat pro 60. ꝛ tandez
80. prout vidi in practica. Et ſic vicarijs per magnas abſentias
grauati, ſub pietate Remediorū, abradunt ones morientes de cu-
te vſq̄ ad carnem ꝛ oſſa: qō eſt olno inhumanū. Itē cōtra natu-
rā aliarū conſuetudinuꝫ, facit illud qō inducit creſcere, ꝛ nunq̄
decreſcere. Remediū enī ſemp cū cremento exigit: qꝛ nunq̄ cō-
ſueuerūt rectores dicere, ꝓgenitores tui dederūt pro Remedio
12. denarios, ſed ſic, auus tuus dedit 10. Flozen. Renen. ꝑ tuuꝫ,
qui poſſedit hunc marſum ſilr dedit 10. aut 12. ꝛ tu ſolum exhibes
7. aut 4. Flozen. Renen. Nō olno hēt ſpēz mali. ¶ Nec valet di
cere q̄ hmōi Remedia iuxta morē eorūꝫ licite recipiantur, Pri-
mo, ꝓꝑ malā decimationez p̄edialem, ꝛ maxime ꝓpter perſo-
nalez, quę raro laicis ſoluitur, Secūndo, ꝓꝑ offertoria, ꝛ alia iu-
ra parochialia debita, neglecta: vt ſic quę defunctus in vita non
perſoluit, ſaltem eius hęredes poſt mortē de bonis ſuis ſub noie
Remedij perſoluāt: quia ſuper decimis ſoluendis talis conſue-
tudo eos non excuſat. De quo tñ dic vt notatur in cap. 1. de deci.
lib. 6. ꝛ c. ad Apoſtolicę. ꝛ c. a nobis. ꝛ ca. tua. de deci. Propterea
poſſet contingere q̄ in tribus diebus ſucceſſiue morerentur pa-
ter, filius, ꝛ nepos: ꝛ ſic de eiſdē bonis exigeretur occaſione p̄e-
dictorūꝫ eadez taxa per viam Remedij: quod eſt inconueniens.
Quidaꝫ tñ aſtuti rectores, ſiue vicarij perpendentes Remedium
ſic exigendum foze illicituꝫ, miſcent Remediuꝫ cū exequijs, ſiue
cultu diuino peragendo, ꝛ ſimul ex conuentione taxant: quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen ex prędictis ēt cōstat esse illicitum. ¶ Conclusio vltima: quę ab antiquo solita sunt ecclesijs ꝛ ecclesiarum ministris tribui, nō debent aliquo mō immutari. tex. est in l. priuilegia. in fi. C. de sacros. eccl. per quem tex. dicit Barth. ꝙ si cōmunitas est solita certū quid dare ecclesię, non pōt per statutum immutare. Ex quo pōt inferri, ꝙ parochiani non pñt per statutum tollere, quo minus oblagium, aut Remedium solitum, ex laudabili consuetudine introductum, debeatur ꝛ exigi possit. Si tamē Remedium esset laicis nimis onerosum, ꝛ per lapsum, siue deprauatam consuetudinem introductum, pñt laici per statutum ad certum quid reducere ꝛ statuere inter se, ꝙ sepultura ipsius officio peracta aliquid in certa quota detur, siue remedium, aut alio vocabulo nominetur: Probatur hoc: qz si ex cōsuetudine laudabiliter introducta videntur se quasi tacite ad aliquid dandū a principio obligasse, multo fortius se possint ad hoc expresse per statutū obligare: dummodo tñ coacti per rectorez curatum hęc non statuant, ita ꝙ ex parte ipsius rectoris circa statutum omnis pactio, ꝛ cōuentio cesset, vt patet ex supradictis. Et valde expediret huiusmodi statutum fieri. Primo, ex parte laicorum, vt de cętero circa remedia amputaretur eis materia querelandi. Secundo, etiam ex parte curatorum: vt eis per statutum huiusmodi circa remedia exigenda pręcluderetur vię ꝛ modi simoniacę prauatis.

¶ An facienda sint conuiuia sacerdotibus in funere defunctorum. Cap. 25.

Ex his infero, ꝙ non valet consuetudo, ꝙ post sepulturam homines, ꝛ maxime sacerdotes conueniant in loco vno ad prādium sumptibus defuncti, vt in c. nullus. de presb. de ꝓsec. dist. 5. quē text. oino vide. vbi gl. dānat hanc ꝓsuetudinem, q̄ est in Anglia, ꝛ etiā in certis locis Bauarię. Et ex hoc ēt reprehendūtur q̄dam fraternitates sacerdotum: in quibus ex statuto fratres in anno aliquoties, ꝛ post exequias fratres conueniunt: ꝛ de bonis fraternitatis relictis, siue donatis, lautum prādiū faciunt: prout in facto vidi in Pandeñ. Austrię. Finaliter ex oibus supradictis concludo negatiuā partē ad casum facti q̄siti, vcz, ꝙ curatus nō pōt licite ex pacto aliquid pro sepultura exigere: potest tñ Remedium cū ex laudabili cōsuetudine introductū est, licite recipere, sūm limitationes supra in conclusionibus recitatas. Nec obstat ratio

ratio pro veritate q̄siti adducta, ꝙ illud solet hāi in cōi practica ꝛ ex consuetudine: qz practica talis non est cōsuetudo laudabilis, sed potius deprauata corruptela. Nec excusat in hmōi recipientes, ꝛ exigentes, ēt si sit longęua ꝛ diuturna. Nā diuturnitas tēporis in talibus nō diminuit peccū, sed auget: vt in d. c. non satis. de simo. ꝛ vt inquit tex. in c. cuz ecclesię corpore. co. tit. ꝛ in fi. de consue. tanto grauiora sunt crimina, quanto diutius infelicem aiam detinent alligatā, ꝛc. Neqz tolerantia ēporum ꝛ suorum officialium p̄dictos excusat: neqz facit talē consuetudinē licitaz: qz tolerantia talis non inducit tacite dispensationē cuz recipiente, siue exigente: cuz nec Papa in talibus q̄ sunt prohibita, qz simoniaca possit dispensare: vide gl. in c. cum iā dudū. de prēb. per docto. in c. super eo. de cogna. spi. ꝛ in c. constitutis. de fil. presbyt. Et quo ēt habes, ꝙ per istam malaz consuetudinē non derogantur antiqua ꝛ noua iura, quę prohibent aliquid ex pacto pro sepultura recipere ꝛ exigere: quia cum iura illa contineant ius nature ꝛ diuinum, ex quo simonia tam diuino, quam naturali iuri sit contraria: non possunt per contrariam cōsuetudinem, vtpote irrationabilem abrogari. Et de hoc vide S. Tho. quolibe. nono. art. 2. Episcopus etiam talem consuetudinem corruptam simulans, siue expresse tolerans a peccato minime excusatur: quia ex officio ad ipsum pertinet prauas tollere loci consuetudines, ꝛ inhibere clericis, ne quicquam hac de causa exigant: vt no. Panor. in d. c. abolendę. de sepul. in 2. notab.

¶ Quibus personis denegatur sepultura ecclesiastica. Cap. 26.

A Dcuius euidentiam quęro qui sunt, qui priuantur ecclesiastica sepultura. Solutio. quindecim differentijs personaruz interdicitur ecclesiastica sepultura. ¶ Primo, excōicatis. clc. 1. de sepul. Et hoc verum nisi absoluant ēt in extremis: sed hęredes pro eis satisfacere tenentur: vt in c. parochiano. co. tit. Et secundū Gul. idē est de excōicatis minori, si notorię excōmunicati sunt. Idem de excōicatis ēt iniuste, vt no. gl. in c. literas. de restitu. spolia. Sepelientes vero nominatiz excōicatos maiori, sūt ipso facto excommunicati, vt in clem. 1. de sepul. ¶ Secūdo, manifestis vsurarijs. d. clem. 1. ꝛ c. quanquam. de vsuris. lib. 6. hoc verum nisi pęniteat, ꝛ faciant cautionem. ¶ Tertio, qui in torneamentis moriuntur. ca. 1. de torne. Et exponit Hosti. etiam si quis

Excōmunicatis interdicitur sepultura ecclesiastica.

Vsurarijs.

Morientibus in torneamentis

quis ibi letale vulnus acceperit, licet postea fuerit: q quamuis pęniteat, ꝛ ei Eucharistia non neget, carebit tñ ecclesiastica sepultura. Hoc intellige ꝑm Guil. tã de militibus, q̃ de armigeris eorũ, qui ibidem in armis se exercent. Secus de illis, qui illuc vadunt causa curiositatis, vel ad videndũ, vel alia quacunq; de causa. Adde ẽt prędictis qõ no. Ricar. in 3. dist. 37. q illi, qui bastiludia faciũt, peccant mortaliter: cũ simili rõne videant esse ꝓhibita, vt torneamenta. Et ex hoc innuit, q̃ morięntes in illis non sepelient in sacrato. Et hoc vi verum per rõnes 3. d. c. 1. ibi. vñ mortes hominũ ꝛ aĩarum pericula sępe prouenĩũt: nã in talibus bastiludijs sępe p̃dicta pueniunt. Secus dicendum vi in currentibus ad brauiũ. vt Uienę, ꝛ in multis ciuitatibus: nã raro vel nũquã cueniunt in tali cursu mortes hoium.

Interdictis.

¶ Quarto, notatiz interdictis. d. cle. 1. ꝛ hoc sub excõicationis pęna. Alij aũt interdicti silr priuantur. Qõ intellige de interdictis a diuinis ꝛ participatione sacrorũ ꝑm Panor. q interdicti a iurisdictione, vel ab aliquo officio nõ priuant sepultura.

Raptoribus.

¶ Quinto, raptoribus, qui pertinaciter, cũ possint, in vita non satisfacit, ꝛ in morte nõ pñt. cap. 2. de rap. Archiep̃s Flor. dicit, q si raptor potuit restituere, ꝛ non restituit, nec securitatẽ dedit, denegabuntur ei sacra ꝛ sepultura. Si vero cuz hẽt vnde redderet, distulit vsque ad mortẽ pęnitere, ꝛ tunc est impotens ad restituendũ, si est alias cõtritus ꝛ dispositus ad restituendũ, si posset, dabuntur ei sacra, sed priuabitur ecclastica sepultura ad terrorẽ aliorũ: nisi parentes, vel amici eius vellent restituere pro eo: quia tũc sepelietur in sacrato. Panor. vero in ca. super eo. de rapt. dicit de mente glos. quę cõiter tenetur. Quod aut decessit quis in pctõ rapinę, nec pęnituit: ꝛ tunc etiã sibi cęmeteriuz deñegatur: q decessit in mortali. Aut pęnituit in morte ꝛ satisfecit: ꝛ tunc ex toto conceditur sepultura: ꝛ clerici debẽt interesse sepulturę: ꝛ ita proprie loquitur tertius casus d. c. super eo. Et ista interpretatio tanq̃ benignior tenenda est.

Blasphematoribus. Se occidẽtibus.

¶ Sexto, blasphematoribus Dei, ꝛ qui sancta cõtẽnunt. ¶ Septimo, illis qui se occidunt. 13. q. 2. Quibus. 23. q. 5. placuit. Et hoc intelligẽduz est secundũ Guli. si se peremerũt ex desperatione, vel indignatione, aut iracundia. Secus si ex furore, vel a casu. Unde siquis propter fugam pręcipitaret se in aquam, quia sic credebat euadere posse: non imputatur ei, sic contrariũ

cueniat,

cueniat, arg. c. nerui. 8. dist. ꝛ d. c. ex parte. In gl. Concordat Hosti. Nota tñ ꝑm quosdam, q si ille, qui occidit se ex desperatione, aliquandiu post vulnus viueret, ita q̃ eum pęniteret, ꝛ confiteretur, ꝛ ostenderet signa contritionis in morte: tali non est denegãda ecclesiastica sepultura, ex quo non decedit in peccato mortali.

Non confessis & non cõicatis semel in anno.

¶ Octauo prohibetur ei sepultura, de quo certum est ꝛ manifestũ, non fuisse confessum, vel non cõmunicasse semel in anno: iuxta c. ois vtriusque. de pę. ꝛ remis. Quidam hoc limitant, nisi se super hoc emendasset in articulo mortis, ꝛ confitendo, ꝛ cõicando: vel saltez signa contritionis ostendisset in fine: q tunc nõ negabitur sepultura ꝑm eos. Contrariũ tñ puto verũ. s. q per illam ẽt non euadit pęnaz. d. c. ois. pp rõnes quas adduxi supra. cap. 4. in secũda partic. primę par. ibi vide. Si vero occultum est: q quis non est confessus infra annum: non negabitur ei sepultura: quia ex quo est occultum, non debet publicari peccatũ: Aut si dubitetur: q forte confessus alicui mendicantiũ: ꝛ de eius consilio abstinuit ab Eucharistia.

Interdicto Monacho proprietatio.

¶ Nono, illi, cui interdictus est ingressus ecclesię. c. is qui. de sen. exc. lib. 6. ¶ Decimo, monacho propriũ hũti: vt in c. super quodam. de sta. mo. ¶ Undecimo, illi, qui sacerdotẽ tutorem filijs suis instituit. 98. dist. c. neq; apud glo. ibi cõtrarium tenet.

Tutorem filijs sacerdotem instituenti. Iudęis, paganis, & hęreticis.

¶ Duodecimo, Judęis, paganis, ꝛ hęreticis. de conse. dist. 1. c. ecclesiã, ꝛ c. seq. ¶ Tertiodecimo, corporibus exẽteratis vel diuisis, vt ossa ad sepulturaz deportentur, vt in extraua. Bonif. viij. detestandę. sub ti. de sepul.

Diuisis corporibus. Post mortem de hæresi cõuictis. Notorijs.

¶ Quarto decimo, illis, qui post mortem de hęresi conuincuntur: vt in c. siquis eps de hęre. ¶ Quintodecimo, gñaliter nullus notorius decedens in ipso notorio mortali pctõ, sepeliendus est. d. c. quibus. ꝛ c. non estimemus. ꝛ c. pro obeuntibus. ꝛ c. cũ Grania. 13. q. 2. oẽs cñ casus supradicti locũ hñt in notorijs: pctores cñ occulti sunt sepeliendi: hñt ẽt locũ in non reconciliatis. Si cñ confiteantur, sicut eis conceditur corpus Christi, ita ecclesiastica sepultura. 13. q. 3. quęsitũ. Si ẽt signa pęnitentię apparuerunt, si loquelam amiserant, tunc post mortem sunt absoluendi, ꝛ ad orationes ꝛ ad alia ecclesiastica suffragia recipiendi ꝛ sepeliendi: sed hęredes pro eis satisfacere tenentur proximus: vt in d. c. parochiano. eo. titu. ꝛ de rapto. c. literis. ꝛ cap. a nobis. 2. de sent. exc. Et ad probandum hmõi signa, sufficit in hoc casu vnus testis. 26. q. 6. qui recedunt.

ꝛc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝛc.seq. Fallit tamen hoc in raptoribus:ꝛ violatoribus ecclesię:ꝛ illis,qui moriuntur in torneamentis:ꝛ alijs similibus supra recitatis:quibus ecclesię sepultura interdicitur,Adde etiam prędictis quod no.Panor.in ca.ex parte.prędalle.q̄ decedens sine cōfessione exteriori in extremo vitę facta, debet sepeliri in cęmeterio ecclesię: ex quo confessionem nō contempsit: sed morte pręuētutis est. Non est enim credendum, q̄ decesserit in mortali peccato,de quolibet enim pręsumenduz est bonuz: nisi contempsisset per annum ꝓfessionez:vt dictum est supra: ēt si mors fuisset casualis. ¶ Quid fiet,si tales, de quibus dictum est, de facto sepeliuntur in ecclesia vel cęmeterio?Solutio.si corpora eorum discerni pñt,exumandi sunt,alias non.ca.sacrum.eo.tit.ꝛ ecclesia vel cęmeterium est reconciliandum,vt in c.consuluisti.de cons.eccl.vel alt.Quid fiet, si dubitetur de cadauere: vtrum fuerit cuiusdam Christiani, pagani, vel hęretici, vel excōicati? Solutio,videtur in meliorem partem interpretandum d.ca.sacrum. ¶ Sed qua pęna puniendi sunt, qui ad sepulturam aliquē recipiunt in casu non concesso?Solutio.tenent ad restitutionez corporis si petatur,ꝛ omnium, quę occasione illius receperunt.ca. fraternitatem.ꝛ c.ex parte.1.ꝛ cum liberum.eo.tit.ꝛ alijs pęnis, vt supra dictum est.Utrum suspensi ꝛ hmōi sint sepeliendi? Solutio secundū Panor.in c.ex parte.2.eo.ti. q̄ sic, quacūq; pęna moriantur,dummodo penituerint. Et possunt sepeliri in cęmeterio cum solēnitate Missę ꝛ aliorum officiorum.Nec sacramēta ecclesię talibus sunt deneganda. vt in ca.1.13.q.2.Tales tamē non sunt deponendi de furcis sine licentia principis: qui tamen debet se in hoc facilem reddere.vt in l.1.ꝛ2.ff.de cadauc.pu.

¶ Ordo sepeliendi aliquem secularem defunctum. Cap.27.

CUm defunctus aliquis ad ecclesiam,vel cęmeterium defertur sepeliendus,persępe diuersarum religionum clerici adesse solent: qui propter varias suas ordinationes ꝛ ritus varie legunt,ꝛ varie cantant:ꝛ vt plurimum non consonantiam,sed potius dissonantiam gignunt. Idcirco vt talis dissonātia euitetur, modus cantandi non antiquus,sed quem nunc ritus Romanus tenet,hic inferius annotatur. Postquam corpus defuncti positum fuerit in ecclesia,in qua tumulari debet sacerdos cum stola ꝛ pluuiali incipiat absolute.

Non

NOn intres in iudicium cum seruo tuo domine:quoniam nullus apud te iustificabitur homo:nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio.Non ergo eum quę sumus: domine,tua iudicialis sententia pręmat:quez tibi vera supplicatio fidei christianę cōmendat: sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis:qui dum viueret insignitus est signaculo sanctę Trinitatis.Per Christum dominum. ℟. Amen. Et cātores illius loci debent incipere. ℣. Subuenite sancti Dei. fo.144. ꝛ omnes alij clerici debēt inceptum ℣. totuz vsque in finē psequi versuz vero Suscipiat te Christus cantabūt ipsi cātores: vel alij duo,quibus iniunctuz a cantore pro suę voluntatis libito fuerit:post repetitionem vero.℣. Suscipientes, alij duo, quibus cantor iniuerit, vel ipsimet cantores dicent ℣. Requiem ętern̄am. cęteri vero clerici cantabunt repetitionem. ℣. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℟. Subuenite. vt su. ¶ Dum autem cantatur prędictum ℣ium, sacerdos accipiat aquam benedictā de manu ministri,ꝛ aspergat corpus defuncti:ꝛ postea similiter incēpat illud,Et finito ℟espōsorio, cantor cū primo choro dicat Kyrie el. Et secundus chorus Christe el. Deinde omnes simul dicant.Kyrie el. Quo finito sacerdos dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo.

DEus,cui omnia viuunt,ꝛ cui nō pereunt moriendo corpora nostra,sed mutuantur in melius,te supplices exoramus:vt suscipi iubeas aiam famuli tui N. per manus scōrum Angelorū deducendā in sinū amici tui Abrahę Patriarchę, resuscitandāque in nouissimo iudicij magni die:vt quicquid vitiorum diabolo fallēte ꝓtraxit, tu pius ꝛ misericors ablnas indulgendo. Per Chm. ℟. Amen. Finita oratione, cantores incipiant ℟. Libera me dne.fo.146. Et repetit ℟. Libera me domine, ꝛ interim q̄ dictum ℟. scōo cantatur, fiat de aqua benedicta ꝛ incenso, vt sup. Cōpleto vero ℟. dicatur vt su. Kyrie elei. ꝛ Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine aiam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exau. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

ABsolue, quęsumus Domine, animam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat;ꝛ quę per fragilitatem carnis humanę quersatione peccata commisit, tu veniat misericordissimę

fiunę pietatis absterge. Per Christum. ℟. Amen. Finita oratione aliqui de circunstantibus accipiant ferettū, ⁊ deportent defunctū ad tumulū: ⁊ dū portatur, clerici cantent sequētes Añas. In paradisum deducant te angelꝰ. fo. 143. Aña. Ego sum. vt sup. fol. 146. Canticum. Benedictus dñs deus Jsrael. Finito cantico cantetur aña. Ego sum. tota. His omnibus finitis, sacerdos accipiat aquā benedictā: ⁊ aspergat corpus defuncti, ⁊ tumulū: ⁊ postea incenset ſdm: ⁊ dicat alta voce Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe. ℣. Non intres in iudicium cum seruo tuo dñe. ℟. Quia non iustificabitur in conspectu tuo oīs viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te ve. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Ore.

SAtisfaciat tibi quęsumus dñe Deus noster, pro aīa famuli tui Dei genitricis semperq; virginis Marię, ⁊ sanctissimor̄ Petri ⁊ Pauli Aplorum, ⁊ sancti N. oiumq; Scōrum tuorū ore: ⁊ pstis familię tuę humilis ⁊ deuota supplicatio, vt pctōrum omnium veniam, quam precamur, obtineant: nec cuꝫ patiaris cruciari gehennalibus flammis, quez filij tui dñi nostri Jesu Christi precioso sanguine redemisti. Qui tecum ⁊ cuꝫ Spiritu sancto viuit ⁊ regnat Deus, Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiritu tuo. Et idem Sacerdos dicat. Anima eius, ⁊ animę omnium fidelium defunctorū per misericordiam Dei, Et cantores immediate subiungant.



Et tunc statim cantores incipiant ℟. Memento mei Deus. fol. 148. Dum prędictum ℟. cantatur, reuertantur in ecclesiam. Et postquam reuersi fuerint, stent ordinate in choro. Et finito ℟io sacerdos dicat alta voce Pater noster. ℣. Et ne nos indu. ℟. Sed libe. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine aīam eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor. ℣. Dñs vobisc. ℟. Et cum spiritu tuo, Oremus.

Mi bi

TIbi domine commendamus aīam famuli tui N. vt defunctus seculo tibi viuat: ⁊ quę per fragilitatem mundanę conuersationis peccata cōmisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge, Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ De officio sepulturę parvulorum. Cap. 34.

INcipit officium sepulturę parvulorum Christianorum. Quando puer extrahitur de domo, ⁊ deportatur ad ecclesiam: dicuntur psalmi graduales, videlicet psal. Ad dominuꝫ cū tribularer. cum reliq. infra. fol. 181. Quilibet cum Gloria pat. ⁊ Sicut erat. ¶ Vel sic, cum puer extrahitur de domo, incipitur psalmus Beati immaculati, ⁊c. fol. 124. ⁊ ps. Laudate pueri dñm. fol. 37. Et dñr cum Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Et qū puer fuerit in ecclesia, incipitur Aña. Hic accipiet benedictionem a dño: ⁊ misericordiam a Deo salutari suo: qr hęc est generatio quęrentium dñm. ps. Domini est terra, ⁊ cū Gloria pat. ⁊ Sicut erat. fo. 38. Quo finito dicatur Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Me autez propter innocentiam suscepisti. ℟. Et confirmasti me in conspectu tuo in ęternum. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

OMnipotens ⁊ mitissime Deus, qui oībus parvulis renatis fonte baptismatis, dum migrant a seculo, fine vllis eorum meritis vitam illico largiris ęternam: sicut animę huius parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, qs dñe: per intercessionez beatę Marię virginis, ⁊ oīum sctōrum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari: ⁊ in paradiso cuꝫ beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum dominum. ℟. Amen. ¶ Dū portatur ad tumulum dicatur Aña. Juvenes ⁊ virgines, senes cum iunioribus laudent nomen dñi. ps. Laudate dñm de cę. fol. 347. Deinde dicatur Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Sinite parvulos venire ad me. ℟. Talium est enim regnuꝫ cęlorum. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū spi. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, sanctę puritatis amator: qui animam huius parvuli ad cęlorum regna hodie misericorditer vocare dignatus es: digneris etiam domine ita nobiscum misericorditer agere: vt meritis tuę sanctissimę passionis, ⁊ intercessione beatę Marię virginis, ⁊ omnium sanctorū tuorum, in eodem regno nos cum omnibus sanctis ⁊ electis

tuis

tuis semper facias congaudere cęlestibus. Qui viuis ꝛ regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus sancti Deus, per oĩa sęc. ꝛc.

¶ Quando reuertuntur ad ecclesiam. pronunciatur Antipho. Benedicite dñm deinde dicat Cant. Benedicite omnia opera domini dño sup. fol. 91. Quo finito: dr tota Antiph. Benedicite dñm omnes electi eius: agite dies lętitię: ꝛ confitemini illi. Deinde dicatur ℣. Dñs vobis. ℟. Et cum Spiritu tuo. Oratio.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, ꝛ de eius semper consolatione gaudere.

Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęsumus domine Deus, perpetua mentis ꝛ corporis sanitate gaudere: ꝛ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a przesenti liberari tristitia, ꝛ ęterna perfrui lętitia.

Oratio.

DEus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

¶ Ritus sepeliendi defunctum secularem secundum vsum Patriarchatus Venetiarum. Cap. 29.

CUm clerici ad funus aliquod accedunt: acolytis ꝛ cruce przecedentibus, ordinate pergũt ad locũ, vbi est corpus. s. vel ad ecclesiam: vel ad domũ defuncti: legendo psalmos graduales distincte ꝛ morose. Et cũ pervenerint ad ecclesiaz, vbi tumulandus est defunctus, ingrediendo eam cantent sequens responsorium: vt hic inferius notatum est, cum suo versu ꝛ resumptione.



Do=



Finito Responsorio si non fuit cantatum nocturnum fruz lectionum, cantetur. Quo finito incipiatur responsorium sequęs, cum versu ꝛ resumptione.





Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie elei. Pr̃ nr̃. ℣. Et ne nos induc. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aiaz eius. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amẽ. ℣. Dñe exaudi oronẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te ven. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oremuz. Oratio.

DEus, qui trãstulisti patres nostros per mare rubrum ad laudem tui nois dedicãdã: supplices te deprecamur domine, vt famulis tuis, qui ad visitanda loca sancta, in quibus vnigenitus filius tuus salutem nostram operari dignatus est, proficiscuntur, depulsis cũctis aduersitatibus: portum semper optabilẽ, cursumq; trãquillum largiaris. Per Ch. Oremus. Oratio.

PRopitiare, ꝫs domine, supplicationib⁹ nostris: ⁊ mitte angelum tuum de summitate cęlorũ: qui custodiat famulos tuos nauigantes in profundo maris: perduc eos ad loca dilectissimi filij tui dñi nr̃i Jesu Christi pciosissimo sanguine cõsecrata: ⁊ visitatis eisdem, cum salute mentis ⁊ corporis ad propria eos perducere

ere cū lętitia gaudio ꝛ profectu digneris. Per eun. ℟. Amen.

Deinde benedicantur signacula crucis chlamydibus peregrinantium affigenda. Aña. Adoramus te Chꝛe ꝛ benedicimꝰ tibi. Quia per sanctā crucē tuā redemisti mundū. Oremus. Oratio.

Benedic, q̄s dñe, hęc signacula sanctę crucis: ꝛ prędta per invocationeꝫ sanctissimi noīs tui: vt qui ea susceperint vel gestaverint, corporis ꝛ animę salutem percipiant. Per Christuꝫ.

Tunc presbyter det eis signacula sancte crucis, sic dicens.


Accipe signū crucis x̄pi tā i corde q̄ i cōrpore, i noīe Pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ spūs ✠ sci: vt sis defensus ab oībus insidijs inimicoꝝ visibiliū ꝛ iuisibiliū. Per. Tunc dicat hec aña. O crux gl̄iosa, o crux adorāda, o lignū p̄ciosuꝫ, ꝛ admirabile signū, q̄ dō diabolꝰ est victꝰ, ꝛ mūdus x̄pi sanguine redēptus. ℣. Dis terra adoret te, ꝛ psallat tibi. ℟. Psalmū dicat noī tuo dñe. Ore. Dño.

Adesto familię tuę, q̄s op̄s deus: vt in aduersis ꝛ prosperis preces coꝝ exaudias, ꝛ insidias oīum aduersarioꝝ per sanctę crucis auxilium digneris conterere: vt portuꝫ salutis ac tranquillitatis valeant apprehendere per dominum nostrum.


¶ Ordo benedictionis peregrinorum domum redeuntium.

Peregrini stent ante fores ecclesię: ꝛ sacerdos indutus superpelliceo ꝛ stola dicat. ℣. Adiutorium nostrum. ℟.

Et deinde sacerdos cum clericis cantet, vel legat Antiphonaꝫ.



Auxilium meum a domino. p̄s. Leuaui oculos. fol. 18.



Aña. Ecce quam bonum ꝛ quam iucundum, habitare fratres in vnuꝫ. p̄s. Ecce q̄ bonum. folio 18ſ.

Aña.



Aña. Bene fac domine bonis ꝛ rectis corde. Psalmus.



Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libe. ℣. Benedicti q venīt in noīe dñi. ℟ Benedicti vos a dño, qui fecit cęlū

Qui p̄fidūt i dño. 184. ꝛ terrā. ℣. Respice dñe in seruos tuos, ꝛ in opera tua. ℟. Et dirige filios eorum. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Quesumus op̄s deꝰ, vt bis famulis tuis, quos incolumes de scō itinere venire fecisti, q̄cquid tibi p̄ carnis fragilitatē, siue per visum, vel auditū impudicum, aut per colloquia otiosa, siue alijs quibuscunq̄ modis contra tuā iustitiā cōmiserunt, tu sctissime p̄ misericorditer indulgeas, ꝛ dimittas eis: ꝛ illęsos ab oi impugnatione diabolica custodias: ꝛ tuis semper deuote inherere mandatis cōcedas. Per Chꝛi. Oremus. Dño.

Da dñe q̄s, vt fideles tui, quos post lōgas peregrinationes ꝛ moras itineris, suę patrię reddidisti incolumes, in tua voluntate permaneant: ꝛ nihil vltra hostilitatis metuant: sed te ptegēte secura mēte tibi diseruiant. Per. Oremus. Oratio.

Deus, qui iustificas impiū, ꝛ non vis mortē pctōris, maiestatē tuā suppliciter exoramus: vt hos famulos tuos de tua misericordia confidentes, cęlesti protegas benignus auxilio: ꝛ assidua protectione conserues: vt tibi iugiter famulentur, ꝛ nullis tentationibus a te separētur. Per dñm nost. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cuꝫ spiritu tuo. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Benedicat vos op̄s deus, Pa ✠ ter: ꝛ fi ✠ lius, ꝛ spus ✠ sanctus. ℟. Amen. Tunc peregrini ecclam ingrediantur: ꝛ deuotione sua peracta ad domum cum dei benedictione reuertātur.

¶ De benedictione muneris quod offertur in ecclesia. La. 21.

℣. Adiutorium. ℟. Qui f. ℣. Dñs vo. ℟. Et cū. Oremus. Dño.

Deus, cuius verbo ꝛ potētia facta sunt oīa, cuius dono percipimus, quę ad vitę remedium possidemus, te supplices obnixis p̄cibus rogamus: vt de sede maiestatis tuę huic oblatio-

ni

ni fidelium scificator accedas, suscipe de manu famulorum tuorum munus oblatum, qđ tua clemẽtia bñdictũ ad vsus huius sanctuarij maneat ꝓsecratũ: sint hec i ꝓspectu tuo libẽter accepta, sicut quondam Abel alũni tui, vel Melchisedech tibi munera placuerunt oblata. Et qꝫ ad honorẽ tui amoris eccl'am tuã summis nitunt decorare obsequijs, tu eis dñe magna ꝑ paruis recõpẽsa, ⁊ deuotionẽ eorꝫ accipias: pcã dimittas: fide cos repleas: indulgẽtia foueas: mia ꝓtegas: aduersa destruas, ꝓspera ꝓcedas: hẽant in hoc seculo actionis bonę documẽtũ, charitatis studium, sancti amoris affectũ: ⁊ in futuro cũ scis angelis adipiscant ꝑpetuũ regnũ. Per do. Postea aspergãtur aqua bñdicta. ℂ Ordo ad põderandam ꝑsonã ꝑ votũ obligatã dare de aliqua re quantũ põderat corpus eius, sicut triticum, oleum, ceram, vinum, vel aliã.

Sacerdos dicit. ℣. Adiutoriũ nostrũ. Quo dicto ponat personam ponderandã super lancẽ, vel tabulam more solito: ⁊ dicat antph. Benedicimus deũ cęli, corã oĩbus viuentibus cõfitebimur ei: qꝫ fecit nobiscũ misericordiam suam. Et intonet,

Te deũ laudamus: te dñm ꝓfitemur. Te eternũ patrem oĩs terra veneratur. Tibi oẽs angeli: tibi cęli ⁊ vniuersę ptãtes. Tibi cherubi ⁊ seraphi icessabili voce ꝓclamãt. S cũs. S cũs. Sanctus dñs deus sabaoth. Pleni sunt cęli ⁊ terra maiestatis gl'ię tuę. Te gloriosus aplorum chorus. Te ꝓphetarum laudabilis numerus. Te martyrũ cãdidat⁹ laudat exercitus. Te p orbẽ terrarũ scã ꝓfitetur eccl'a. Patrẽ immẽsę maiestatis. Venerãdum tuum verum ⁊ vnicum filium. Sanctum quoqꝫ paraclitũ spũm. Tu es rex glorię Chr̃e. Tu ꝑtis sempiternus es filius. Tu ad liberandũ suscepturus hoiem: nõ horruisti virginis vterũ. Tu domicto mortis aculeo: aperuisti credẽtibus regna cęlorũ. Tu ad dexterã dei sedes in gloria ꝑtis. Iudex crederis esse venturus. Te ergo qs tuis famulis subueni: quos ꝑcioso sanguine redemisti. Ę eterna fac cum sanctis tuis gloria munerari. Saluũ fac ꝑplm tuum dñe ⁊ benedic hĩditati tuę. Et rege eos, ⁊ extolle illos, vsqꝫ in eternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in seculũ, ⁊ in seculũ seculi. Dignare dñe die isto, sine pcõ nos custodire. Miserere nostri domine, miserere nostri. Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum speramus in te. In te domine speraui: non con-

ꝓfundar in ętternum. Quo finito dicat ℣. Saluum fac seruũ tuum vel ancillã tuã. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sctõ. ℟. Et de sion tuere eũ. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. Deinde sequit̃ ps. Laudate pueri, folio 47. totus cum Gloria pa. ⁊ Sicut erat. Domine exaud. ℟. ⁊ clam. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

Suscipe sancte pater oĩps, ętterne deus tuorũ preces ⁊ supplicũ vota: ⁊ p sanctissimi filij tui dñi nr̃i Jesu Chr̃i, ⁊ eius genitricis Marię, ⁊ sci aplĩ vel martyris vel confessoris tui N. intercessionẽ, ꝓspita nobis ita beneficia tua cognoscere, vt in gratiarũ semper actione maneamus: vt duꝫ fideles tui pro quacunqꝫ petitione ad te vota emittunt, protinus tua clemẽtia eis postulata ꝓcedente, miserationum dñm te fateri ⁊ laudare mereamur. Per eũ. ℟. Amen. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias. Et aspergãtur omnes aqua benedicta. ℂ De benedictione solenni panis in diebus dominicis ⁊ magnis festiuitatibus. Cap. 22.

Sacerdos cum processione ⁊ cruce ante missam indutus oĩbus paramentis excepta planeta: accedit ad locum vbi panis est benedicendus: ⁊ dicit ℣. Adiutorium nostr. Postea legit euangelium: Sequentia sancti Euangelij ſm Joannem. Cap. 6.

In illo tẽpore: Abijt Jesus trans mare Galilẽę: quod est Tyberiadis, ⁊ sequebat eũ multitudo magna: qꝫ videbant signa q̃ faciebat super his qui infirmabant. Subijt ergo in montem Jesus: ⁊ ibi sedebat cum discipulis suis. Erat aũt proximum pascha dies festus iudęorum. Cum subleuasset ergo oculos Jesus: ⁊ vidisset qꝫ multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Hoc aũt dicebat tẽtans eũ. Ipse.n. sciebat quid esset facturus. Rñdit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nõ sufficiunt eis: vt vnusquisqꝫ modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hic, q̃ habet quinqꝫ panes hordeaceos, ⁊ duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo Jesus. Facite hoies discumbere. Erat aũt fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Jesus panes, ⁊ cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter ⁊ ex piscibus quantum volebant. Vt aũt impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quę superauc-

rint

uerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, ꝛ impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis, quę superfuerunt his, qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat Jesus signum, dicebant: Quia hic est vere prophęta, qui venturus est in mundum. Antiphon.



Qui quinq; panibus ꝛ duobus piscibus satiauit dominus quinque milia hominum. ℣. Dispersit dedit pauperibus. ℟. Justitia eius manet in seculum seculi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum ꝛ pauperem. ℟. In die mala liberabit eum dñs. ℣. Nunquid panem poterit dare. ℟. Aut parare mensam in deserto? ℣. Pluit illis manna ad manducandũ. ℟. Et panem cęli dedit eis. ℣. Libauit eos ex adipe frumenti. ℟. Et de petra melle saturauit eos. ℣. Manducauerunt ꝛ saturati sunt nimis. ℟. Et desiderium eorũ attulit eis. ℣. Panem angelorũ manducauit hõ. ℟. Misit eis cibaria in abundantia. ℣. Dñe exa. ℟. Et cl. ℣. Dñs vo. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Christe panis Angelorum, panis vitę ęternę vitę, bñ ✠ dicere dignare panem istum, sicut bñdixisti quinque panes in deserto, vt omnes ex eo digne gustantes inde, corporis ꝛ aię percipiant sanitatem. Qui vi. ℟. Amẽ. Oremus. Oratio.

DOmine sãcte, pr̃ ops, eterne Deus, bene ✠ dicere digneris hunc panem tua scã bene ✠ dictione: vt sit omnibus sumentibus salus mentis ꝛ corporis, atque cõtra oẽs morbos ꝛ vniuersas inimicorum insidias tutamen. Per dñm nr̃m Jesum Chr̃m filium tuum panem vitę, qui de cęlo descendit, ꝛ dat vitam ꝛ salutẽ mundo, ꝛ tecum ꝛ cũ spũ scõ viuit ꝛ regnat Deus per oĩa secula seculorum. ℟ Amen. Ultimo aspergatur aquã benedicta. ¶ Benedictio panis pro infirmantibus. ℣. Adiutorium nostrũ. ℟. Qui fe. ℣ Dominus vob. ℟ Et cum spiritu. Oremus. Dio.

DOmine Deus ops descẽdat bñ ✠ dictio Pa ✠tris ꝛ Fi ✠lij, ꝛ spũs ✠ sancti super hãc creaturã panis: vt quicunq; ex ea sumpserit, accipiat sanitatẽ mentis, protectionẽ corporis, tutelam

telam salutis, integritatem charitatis, cõsolationem spei, roborationem fidei, virtutem constantię, ꝛ visitationem spiritus sancti. Per eund. in vnita. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta ¶ De benedictione aquę pro infirmis. ℣. Adiutorium nost. ℟. Qui fe. ℣. Dominus vob. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Christe, qui benedixisti quinq; panes ꝛ duos pisces in deserto, vnde satiata sunt quinq; millia hoium, te supplices exoramus: vt benedicere digneris hanc aquã: vt quicunq; infirmus ex ea gustauerit, accipiat sanitatem mẽtis, ꝛ protectionẽ corporis, tutelã salutis, securitatẽ spei, corroborationẽ fidei, ꝛ charitatẽ spũs scti. Qui viuis ꝛ reg. cũ Deo patre, in vnit. Aspergat aqua benedicta. ¶ Ad bñdicẽdũ prãdiũ charitatis. PRimo omnes cibi ꝛ potus aspergantur aqua benedicta, ꝛ dicatur ℣. Adiutorium nostrum. ℟. Qui fe. ꝛ postea incipiatur Aña. Asperges me domine hyss. cum ℣. ꝛ Gloria Patri ℣. Dñe exau. ℟. Et clam. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Chr̃e, qui in deserto coraꝫ discipulis tuis quinque panes ꝛ piscículos paucos tuis sanctissimis manibus multiplicando bene ✠ dixisti, ꝛ bene ✠ dicendo multiplicasti: te humiliter deprecamur, vt hęc caritatis dona ad vsum pauperum eroganda, multiplicando multiplices, ꝛ bene ✠ dicendo bene ✠ dicas: vt inde famuli tui refecti, laudes ꝛ preces tuo nomini cõpetẽtes persoluãt: ꝛ illi, p quibus hęc deuote ꝛ fideliter erogantur, remissionẽ cunctorũ pcipiant delictorũ: ꝛ famulos ꝛ famulas tuas nobis hęc dona pstantes ab oĩ aduersitate custodi. Qui cum Deo patre ꝛ spũ scõ viuis, ꝛ reg. ℟. Amen. Oratio.

OMps sempiterne Deus, respice sup famulos ꝛ famulas tuas: qui in pauperes tuos misericorditer operantur: ꝛ eos tua virtute custodi, potestate tuearis: vt per multa annorũ curricula lęti tibi in pauperes tuos misericorditer operent. Per Chr̃m dominum nost. Aspergantur omnia aqua benedicta dicendo. In nomine Pa ✠tris, ꝛ Fi ✠lij, ꝛ Spiritus ✠ sci. ℟. Amen.

¶ Benedictio contra aereas tempestates. Cap. 23.

CUm primo videtur aura, seu ventus ꝛ tẽpus nebulosum seu tẽpestuosum leuari immoderate, sacerdos cum superpelliceo ꝛ stola bñdicat aquam ꝛ sal in hũc modũ. ✠ In noĩe dñi nostri Jesu ✠ Christi. ℣. Adiutoriũ nost. Exorcizamus salis ꝛ aquę.

Exorcizo

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXorcizo te creatura salis ⁊ aquę in nōie domini nr̄i Jesu ✠ su Chr̄i Nazareni filij dei viui, vt sis purgatio ⁊ purificatio in bis locis, in quibus aspersa fueris, ad effugandos immūdos ⁊ erraticos spūs, oēmq; nefariam vim diaboli pellendā, ⁊ oēs figuras ⁊ minas fantasmatis satanę exterminandas ⁊ fulgura ⁊ sydera quę mitti vīr in banc domum, arborem, agrum, possessionem, turrim, vel quācunq; habitationem, non hominibus aut pecoribus, aut frugibus noceant, sed abscedat ⁊ fugiant per inuocationē nominis dn̄i nr̄i Jesu Chr̄isti. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū per ignē. ℟. Am̄. Et mox aspergat ꝑtra tempestatē aquā benedictā. Postea cū clero ⁊ populo ante altare procumbit dicens septem psalmos sequentes, vc̄z.

BEatus vir qui non abijt in consilio impiorum: ⁊ in via peccatorum non stetit, ⁊ in cathedra pestilētię nō sedit. Sed in lege dn̄i voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanq̄m lignū: qō plantatū est secus decursus aquarum: quod fructū suum dabit in tpe suo. Et folium eius nō defluet: ⁊ oīa quęcunq; faciet prosperabuntur. Non sic impij non sic: sed tanq̄m puluis, quē proijcit ventus a facie terrę. Ideo nō resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum. Qum̄ nouit dominus viam iustorum: ⁊ iter impiorum peribit.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte scō tuo? Qui ingreditur sine macula, ⁊ operatur iustitiā. Qui loquitur veritatem in corde suo: q nō egit dolum in lingua sua. Nec fecit ꝓximo suo malū: ⁊ opprobrium nō accepit aduersus ꝓximos suos. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus: timentes aūt dn̄m glorificat. Qui iurat ꝓximo suo, ⁊ nō decipit: q pecuniā suā nō dedit ad vsurā, ⁊ munera sup innocētez nō accepit. Qui facit hęc, nō mouebitur in eternū ꝑs. Deus in nōie tuo. fol. 96. Deus in adiutorium meū. fol. 108. Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit ⁊c.

DOminus regnauit, decorē indutus est: indut⁹ est dn̄s fortitudinē, ⁊ p̄cinxit se. Etenim firmauit orbē terrę, qui non cōmouebitur. Parata sedes tua ex tūc a seculo tu es. Et leuauerunt flumina dn̄e: eleuauerunt flumina vocē suā. Et leuauerunt flumina fluctus suos a vocibus aquarum multarū. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dn̄s. Testimonia tua credibilia

bilia facta sunt nimis: domū tuā decet scitudo dn̄e in lōgitudinē dierū. ꝑs. Beati oēs qui ti. fol. 184. Canticuz. Benedicite. fol. 89. ⁊ ad singulos ℣. fiat crucis signuz cū cruce ꝓtra tepestate: ⁊ si videbitur, addantur psal. graduales, sup. fol. 184. Quo facto stans dicit ℣. Adiutorium no. ℟. Qui fe. ℣. Ostende nobis dn̄e mīaz tuam. ℟. Et salutare tuum da no. ℣. Aduua nos Deus salutaris nr̄. ℟. Et pp gloriam nois tui libera nos. ℣. Nihil proficiat inimic. ⁊c. ℟. Et filius iniq. ⁊c. ℣. Fiat mīa tua dn̄e sup̄ nos. ℟. Quēadmodum speramus in te. ℣. Saluum fac pp̄lm tuum dn̄e. ℟. Et benedic hēditati tuę. ℣. Vox dn̄i sup̄ aquaz multas. ℟. Deus maiestatis intonuit. ℣. Viderūt te aquę Deus. ℟. Viderunt te aquę ⁊ timuerunt. ℣. Quid est tibi mare q̄ fugisti? ℟. Et tu Jordanis, q̄ uersus es retrorsum? ℣. Nō priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. ℟. Dn̄e Deus virtutū, btūs hō qui sperat in te. ℣. Dn̄e ex. ℟. Et cl. ℣. Dn̄s vo. ℟. Et cū. Ore.

OMn̄s sempiterne Deus, parce metuentibus, ⁊ ꝓpitiare supplicibus: vt post noxios ignes nubium ⁊ vim procellaruz, mīam transeat laudis cōminatio tempestatis. Oremus. Oratio.

REx ęterni imperij oīs Deus, qui das escā oī carni: qui operis cęlū nubibus: ⁊ paras terrę pluuiam: qui mandas nubibus desuper, ⁊ ianuas cęli aperis: qui trāsfers austz̄ de cęlo, ⁊ inducis in virtute tua africū: qui rigas montes de superioribus suis: ⁊ de fructu operū tuoz̄ satiat terra: qui Angelo p̄cepisti, ne terrę, mari, neque arboribus noceret: parce dn̄e metuentibus: ⁊ ꝓpitiare supplicantibus: te em̄ dn̄e supplices exoramus: vt p̄cul abscedat incursio turbinum, calamitas tēpestatū, fragor grādinū, p̄cusio fulminū, ⁊ q̄libet insidię inimici: tēperētur infesta tonitrua, noxię pluuię: ventoz̄ flamina fiant moderate suspensa: ⁊ oīs quoq; spūs p̄cellarum, ⁊ aereę ptātes dextera tuę prosternant virtutis: descendat, q̄s dn̄e, desuper Spūs sc̄us: ⁊ sicut Samuelis cornigerū agnū in holocaustū tuuz mactāti fragor auraru turbā repulit aduersantē, ita fugatis oībus ꝓriarię ptātis virtutibus, fruges, mētes, ⁊ corpora fidelium manus seruet Angelica, ꝓtectione: superna ⁊ post sopitos nubium impetus, in laudis ⁊ deuotionis, ac spūalis amoris augmētū trāseat cōminatio ptātis. Per do. Postea dicatur: Pr̄ nr̄. Aue Maria. Credo. fol. 23. Symbolum. Quicunq; vult. sup. fol. 127. Kyrie ele. Christe eleī.

Kyrie eleis. Pr̃ noster. ℟. Et ne. ℣. Dñs vob. ℟. Et cum. Oro.

DOmine Jesu Chr̃e, qui fecisti cęlum ꝛ terrã, mare ꝛ oĩa quę in eis sunt: quique flumini Jordani bñdixisti, atq; in eo baptizari voluisti, ꝛ tuas sctissimas manus ꝛ brachia sacratissima in cruce extendisti, quibus aerẽ sctificasti, obsecramus immẽsæ pietatis ꝛ bonitatis tuę abundantiã: quatenus has nubes, quas añ me ꝛ post me ꝛ supra ꝛ a dextris ꝛ a sinistris video aerem perturbare, dissoluere ꝛ annihilare digneris: vt alligata potestas dęmonum in ipsis sęviens deficiat ꝛ turbet, ad laudẽ tui sctissimi nominis, ꝛ oĩpotentissimę maiestatis tuę. Qui. Postea, si expediens visus fuerit, sacerdos accipiat reuerẽter corpus dñi in vase debito, ꝛ eccl'a exiẽs nubes i modũ crucis cũ dicto vase figuet, dicẽs.

CHr̃s ✠ vincit, Chr̃s ✠ regnat, Chr̃s ✠ imperat vobis nubes ꝛ tempestates, vt dissoluamini sine alicuius boĩs vel alalis, aut fructus terrę, arboris, loci vel domus dãno vel lęsione. Circũdet te nubes Deus Pa ✠ ter: circũdet te Deus Fi ✠ lius: circũdet te Deꝰ Spũs ✠ scũs: destruat te Deꝰ Pa ✠ ter: ꝺstruat te Deꝰ fi ✠ liꝰ: ꝺstruat te Deꝰ Spũs ✠ scũs. Añ. Adiutoꝛ.

SAnctus Matthęus ✠ sanctus Marcus ✠ sanctus Lucas ✠ ꝛ sanctus Joannes ✠ Euangelistę: qui Chr̃i Euangelium per quatuoꝛ mundi partes diuulgauerunt, ipsi suis meritis ꝛ pcibus hanc tẽpestatem ab oĩbus Christianoꝛũ finibus, ab codẽ dño nr̃o Jesu Chr̃isto obtineant effugari, ꝛ depelli. Et ego peccatoꝛ ꝛ Chr̃i sacerdos, licet indignus, authoritate ꝛ virtute eiusdẽ Dei ꝛ dñi nr̃i Jesu Chr̃i summi Jmperatoꝛis, non mea potentia inniꝛus, ꝛ confisus, vobis pcipio immundissimi spũs, qui has nebulas ꝯcitatis, in virtute eiusdẽ Dei ꝛ dñi nr̃i Jesu ✠ Chr̃isti, ꝛ per tremendum eius iudiciũ: ꝛ per scissimã crucẽ suã ✠ quam cõtra vos facio, ꝛ per merita intemeratę semperque virginis beatissimę Marię Dei genitricis, ꝛ p merita oĩuꝫ sctoꝛũ: vt exeatis ab eis, ꝛ eas dispergatis in locis syluestribus quatenus nocere non possint homini, vel iumẽto, aut volucri, fructibus, aut quibuscũque rebus humano vsui deputatis. Per eundem dñm nr̃m Jesum Chr̃m, qui venturus est iudicare vivos ꝛ mortuos ꝛ seculuꝫ per ignem. Amẽ. ✠ Jpse vobis imperat dęmones, qui has nubes cõmouetis, qui de nube lucida dixit: ✠ Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. ✠ Jpse vobis imperat, qui principem

principem vestrum deuicit ꝛ ligauit. ✠ Jpse vobis imperat, qui sua sacratissima cruce ꝛ corporis sui sctissimi in ea extensione acrẽ purgauit. ✠ Jpse vobis imperat, qui inferno spoliato resurgens a mortuis post quadraginta dies a nube susceptus ascendit in cęluꝫ. ✠ Jpse vobis imperat, q vos ętẽne gehẽnę mancipauit ignibꝰ. Qui vẽturus est iudicare vivos ꝛ mortuos ꝛ sclm ꝑ ignẽ. Postea ostendat crucem in aere quatuoꝛ latꝛibus dicẽs.

ECce ✠ signum sanctissimę crucis: fugite partes aduersę: ✠ vicit eĩm vos ꝛ mundum Dñs noster Jesus ✠ Chr̃istus filius Dei sũmus Jmperatoꝛ, qui est leo de tribu Juda, radix Dauid. Postea aspergat aqua benedicta in modum crucis per quatuoꝛ latera. Et si adhuc perseuerauerit tempus tempestuosum, dicendę sunt latinę. Postea sacerdos benedicat nubes dicens.

BEnedictio Dei oĩpotẽtis Pa ✠ tris ꝛ Fi ✠ lij ꝛ Spũs ✠ sct descẽdat sup has nubes, ꝛ oẽm vim inimici ab eis repellere dignetur. ℟. Amen. ¶ De benedictione loci vel domus Cap. 24. ℣. Adiutoꝛium nostrum in nomine domini. Oremus. Oratio.

BEnedic domine Deus omnipotens locum istum, vel domuꝫ istam: vt sit in eo vel in ea sanitas, castitas, victoria, virtus, pax, charitas, humilitas, bonitas, mãsuetudo, plenitudo legis, ꝛ gratiaruꝫ actio Patri, ꝛ Filio, ꝛ Spũi sctõ: ꝛ hęc benedictio maneat super hunc locũ vel domũ istã, ꝛ super habitantes in eo, vel in ea. Per Chr̃istum do. ℟. Amen. Aspergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio domus nouę, vel a dęmonio vexatę.

Adiutoꝛium. Domine exau. Dominus vobis. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui sacerdotibus tuis pręceteris tantaꝫ gr̃am cõtuliſti, vt quicquid in tuo noĩe digne perfecteq; ab eis agit̃, a te fieri credatur: ꝙs immensam clementiam tuam: vt qõ modo visitaturi sumus, visites: ꝛ quicquid benedicturi, bene ✠ dicas: ꝛ ad ea, quę acturi sumus, dexteraꝫ tuę potẽtię extendas: sitque ad nr̃ę humilitatis ingressum ꝛ introitũ, sanctoꝛum tuoꝛũ meritis, fuga dęmonum, ꝛ Angeli pacis ingressus. Per Chr̃istũ. ℟. Amen. Deinde sacerdos incipiat psalmos graduales. fol. 184. ꝛ pro sequatur quinq; primos, aquam benedictam aspergendo per loca domus, quibus finitis dicat.

Kyrie ele. Chr̃iste elei. Kyrie elei. Pater noster. Et ne nos. Dñe exaudi orationem meam. Dominus vobiscũ. Oremus. Oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOmum tuã dñe clementer ingredere: ⁊ in tuorum tibi corda fideliũ perpetuã ꝯstrue mansionem: ⁊ pręsta, vt in hac domo nulla malignorum spiritum dñetur nequitia. Per. Deinde incipiat psal. Qui cõfidunt cum alijs quatuor gradualibus sequentibus. fo. 184. cum Gloria pa: prius spargat aquaz benedictam per domum. Quibus finitis dicat Kyrie eleis. Pater noster. vt sup Domine exau. Dominus vob. Oremus. Oratio.

OMps sempiterne deus: qui in omni loco dñationis tuę totus assistis, totus operaris, adesto supplicationibus nostris: vt huius domus ędificatę sis protector: ⁊ nulla hic nequitia contrarię ptãtis obsistat: sed virtute Spũs scti ⁊ operatione, fiat tibi hic primum seruitium: ⁊ deuota libertas existat. Per. Postmodum incipiat psal. De profundis. ⁊ prosequatur ipsum: ⁊ alios gradualẽs sequẽtes. sup. fol. 184. interim aspergat domũ aqua benedicta. Quibus completis dicat Kyrie elei. Pater nf. ⁊ cętera, vt sup Domine exau. Dominus vobisc. Oremus. Oratio.

DEus, qui in omni loco dominationis tuę dedicator assistis, exaudi nos, quęsumus: vt inuiolabilis huius domus permaneat bene ✝ dictio: ⁊ beneficia tui muneris vniuersitas quę supplicat mereatur. Per Chz. ℂ Postea in principaliori loco domus legat sequens euangelium. Dominus vobiscum.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. Lap. 19.

IN illo tpe: Ingressus Jesus perambulabat Jericho. Et ecce vir nomine Zacchęus: ⁊ hic erat princeps publicanorum: ⁊ ipse diues. Et quęrebat Jesum videre, quis esset: ⁊ non poterat prę turba: quia statura pusillus erat. Et pręcurrens ascẽdit in arborem sycomorum, vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus vidit illum: ⁊ dixit ad ęum. Zaccheę festinãs descende: qz hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: ⁊ suscepit illum gaudens. Et cum viderent oẽs murmurabant dicentes, q ad hominem pcõrem diuertisset. Stans autez Zacchęus dixit ad dñm: Ecce dimidium bonorum meorum dñe do pauperibus: ⁊ si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: quia hodie domui huic salus a Deo facta est, eo quod ⁊ ipse sit filius Abrahę. Venit enim filius hominis quęrere, ⁊ saluum facere quod perierat. Deinde benedicitur incensum isto modo.

PEr intercessionẽ beati Michaelis Archangeli stantis a dextris altaris incensi, ⁊ olium scorum Angelorũ incensum istud digneris dñe bñ ✝ dicere, ⁊ in odorez suauitatis accipere. Per. Postea sacerdos ponat incẽsuz sup ignẽ in thuribulo, ⁊ icẽset domũ, dicẽdo. Incensum istud a te bñdictũ ascendat ad te dñe. ℟. Et descendat super nos mia tua. Domine exau. Oremus. Dio.

TE Deum pzem olpotentem suppliciter exoramus, pro hac domo, ⁊ pro habitatoribus eius: vt eam bene ✝ dicere ⁊ sancti ✝ ficare digneris: vt sint promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: tribue ẽt eis de roze cęli abundantiam, ⁊ de pinguedine terrę vitę subsidium: ⁊ desideria eorum ad effectum tuę miserationis perducas: ⁊ ad introitum nostruz hãc domum bene ✝ dicere ⁊ sancti ✝ ficare digneris: sicut bñdicere dignatus es Abraham, Jsaac, ⁊ Jacob: vt intra parietes domus huius, ⁊ angulos eius inhabites. Per Christuz. Oremus. Oratio.

VIsita, qs dñe, habitationez istã: ⁊ oẽs insidias inimici ab ea longe repelle: ⁊ Angeli tui sancti habitẽt in ea, qui nos in pace custodiant: ⁊ benedictio tua sit super eã semper. In noie Patris, ⁊ Fi ✝ lij, ⁊ Spũs ✝ sci. ℟ Amẽ. Postea domũ ⁊ oẽs habitantes in ea benedicat dicens Et benedictio Dei olpotẽtis, Pa ✝ tris, ⁊ Fi ✝ lij, ⁊ Spiritus ✝ sancti descendat super hanc domum, ⁊ omnes habitantes in ea, ⁊ maneat semper. ℟ Amen.

Benedictio thalami vel camerę. ℣. Adiuto. Dñe exau. Dio.

BEne ✝ dic dñe thalamũ hunc, ⁊ omnes habitantes in eo: vt in tua pace consistant, ⁊ in tua voluntate permanẽat, ⁊ senescant, ⁊ multiplicent in lõgitudinem dierum, ⁊ ad regna cęlorum perueniant. Per Christ. Aspergat postea illud aqua benedicta.

ℂ De benedictione nauis. Lap. 25.

SAcerdos nauem benedicturus accepto superpellicco ⁊ stola nauem ingreditur: ⁊ stans in puppi eius dicit versum. Adiutorium nostrum in nomine domini. Psalmus.

SAcrificent sacrificium laudis: ⁊ annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in naubus: facientes operationẽ in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini: ⁊ mirabilia eius in profundo. Dixit, ⁊ stetit spũs procellę: ⁊ exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad cęlos, ⁊ descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt ⁊ mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti sunt sicut ebrius: ⁊ omnis sapiẽtia eorum deuorata est. ℭ Exclamauerunt ad dñm cũ tribularent: ⁊ de necessitatibus eorũ eduxit eos. ℭ Et statuit procellã eis in auram: ⁊ siluerũt fluctus eius. ℭ Et lętati sunt q̃ siluerunt: ⁊ deduxit eos in portũ voluntatis eorũ. ℭ Confiteant dño misericordię eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominũ. ℭ Et exaltẽt eũ in eccla plebis: ⁊ in cathedra seniorum laudent eũ. ℭ Iozia pat. ℣. Dñe exau. ℣. Dñs vob. Oremus. Dño.

REspice in nos ops Deus de cęlo sancto tuo: ⁊ dignare benedictione cęlesti huic benedicere naui: in qua sancto comitante Angelo tuo, ambulantes itinere recto ⁊ prospero dirigere, ⁊ ab oĩ trisstitia ⁊ infortunio eripere digneris vt ad patriã ⁊ ad portum salutis reuersi, te cum alacritate mentis exultantes laudent creatorẽ vniuersorũ. Qui cũ filio tuo benedicto dño nostro Jesu Christo, ⁊ cũ Spũ sancto viuis ⁊ regnas Deus in secula seculorum. Amen. Sequentia sancti Euange. ſm Marcum.

IN illo tẽpore: Una die cum sero esset factus, dixit Jesus discipulis suis: Transeamus contra. Et dimittẽtes turbã assumũt eum ita vt erant in nauim: ⁊ alię naues erant cũ illo. Et facta est procella magna venti: ⁊ fluctus mittebant in nauim: ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super cernical dormiẽs. Et excitant eum: ⁊ dicunt illi: Magister non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens cõminatus est vento: ⁊ dixit mari: Tace: obmutesce. Et cessauit ventus: ⁊ facta est tranquillitas magna. Et ait illis: quid timidi estis? Nec dum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: ⁊ dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste, q̃ mare ⁊ venti obediunt ei? Oremus. Oratio.

BEnedic dñe hanc nauim: ⁊ sicut benedixisti filijs Jsrael de Egypto p̃ manum Moysi exeũtibus, ⁊ p̃ mare rubrum transeuntibus: ⁊ sic nauim istã ⁊ famulos tuos in ea nauigantes benedicere: ⁊ ad destinatũ locum perducere digneris. Per. ps. Afferte dño. fol. 190. Hu sacerdos dicit psalmũ hunc, aspergit totam puppim aqua benẽdicta, ⁊ postea procedit ad medium nauis, ⁊ dicit Dñs vob. Sequentia sci Euang. ſm Matthęum.

IN illo tẽpore: Jussit Jesus discipulos suos ascẽdere in nauicula, ⁊ precedere eũ trans fretũ, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montẽ solus orare. Vespere aũt facto solus erat ibi: nauicula vero in medio mari iactabatur fluctibus:

erat

erat enĩ cõtrarius vẽtus. Quarta aũt vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Videntes aũt eum ambulantẽ supra mare turbati sunt dicentes: Quia phantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimq̃ Jesus locutus est eis dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Rndens autẽ Petrus dixit: Dñe si tu es, iube me venire ad te sup aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquas, vt veniret ad Jesum. Videns vero ventũ validũ, timuit. Et cũ cępisset mergi, clamauit dicẽs. Dñe saluũ me fac. Et cõtinuo Jesus: extendens manus: apprehendit eũ: ⁊ ait illi: Modicę fidei quare dubitasti? Et cũ ascẽdissent nauiculã, cessauit vẽt⁹. Qui aũt in nauicula erãt venerũt: ⁊ adorauerũt eũ dicẽtes: Vere Filius Dei es. Ore. Dño.

DOmine Deus noster, qui gubernasti Noe super vndas diluuij, ⁊ manus Petro extendisti: porrige dexteram tuas super hanc nauim, ⁊ super nauclerum ⁊ nautas eius: ⁊ dona ipsis famulis tuis sanitatem animę ⁊ corporis: ⁊ ad portum salutis eos perducere digneris illęsos. Qui viuis ⁊ regnas. Psalmus.

VOce mea ad dñm clamaui, voce mea ad Deũ, ⁊ intendit mihi. In die tribulationis meę Deus exquisiui manibus meis: nocte cõtra eũ, ⁊ nõ fui deceptus. Renuit cõsolari aĩa mea: memor fui Dei, ⁊ delectatus sum, ⁊ exercitatus sum, ⁊ defecit spiritus meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, ⁊ non sum locutus. Cogitaui dies antiquos, ⁊ annos ęternos in mẽte habui. Et meditatus sum nocte cũ corde meo: ⁊ exercitabar, ⁊ scopebã spũm meũ. Nunquid in ęternũ proiciet Deus? aut nõ apponet, vt cõplacitior sit adhuc? Aut in finem miam suas abscindet in gnatione ⁊ gnationẽ? Aut obliuiscet miseri Deus? aut cõtinebit in ira sua mias suas? Et dixi: nunc cępi, hęc mutatio dexterę excelsi. Memor fui operum dñi: q̃ memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. Et meditabor in oĩbus operibus tuis, ⁊ in adinuẽtionibus tuis exercebor. Deus in scõ via tua: qs Deus magnus sicut Deus nr̃? tu es Deus q̃ facis mirabilia. Notã fecisti in pplis virtutẽ tuã: redemisti in brachio tuo pplm tuum, filios Jacob ⁊ Joseph. Viderũt te aquę Deus, viderũt te aquę, ⁊ timuerunt: ⁊ turbatę sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarũ: vocẽ dederunt nubes. Etenim sagittę tuę trãseũt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerũt corruscatiões tuę orbi terrę: cõmota est ⁊ ptremuit terra.

Qui in mari via tua, & semite tue in aquis multis, & vestigia tua nō cognoscent. ℣. eduxisti sicut oues pplm tuum, in manu Moysi & Aaron. Dñe exaudi. Dñs vob. Sequentia sci Euā. sc̄z Lu.

IN illo tēpore: Cum turbe irruerent in Jesum, vt audirent verbum Dei: ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens aūt in vnā nauium, que erat Simonis, rogauit eum, a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de naticula turbas. Vt cessauit aut ez loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum: & laxate retia vra in capturaz. Et rñdens Simon dixit illi: Preceptor per totaz noctem laborātes nihil cepimus: in verbo aūt tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscū multitudinē copiosam. Rumpebatur aūt rete eorū. Et annuerunt sociis, qui erāt in alia naui, vt venirēt, & adiuuarent eos. Et venerunt: & impleuerūt ambas naticulas. Oremus. Oratio.

DOmine Jesu Chē, q in similitudinē nauis Ecclē, Noe arcam fieri voluisti, vt inundante diluuio soli q in ea inuenti essent saluarent, suppliciter exoramus clementiā tuā: vt huic naui salubberrimū pfectionis cursuz passim ingiterq cōcedas: Qui vi. pī.

DEus nr refugium & virtus, adiutor in tribulationibus q̄ plurime venerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabit terra, & transferent mōtes in cor maris. Sonuerūt & turbate sunt aque eorum: cōturbati sunt mōtes in fortitudine eius. Fluminis impetus lētificat ciuitatē Dei: scificauit tabernaculū suum altissimus. Deus in medio eius non cōmouebit: adiuuabit eā Deus mane diluculo. Quōturbate sunt gētes, & inclinata sunt regna: dedit vocē suā, & mota est terra. Dñs virtutū nobiscum: susceptor nr Deus Jacob. Venite & videte opera dñi, que posuit pdigia sup terrā, auferēs bella vsq ad finē terre. Arcum conteret & confringet arma: & scuta cōburet igni. Vacate & videte qm̄ ego sum Deus: exaltabor in gētibus, & exaltabor in terra. Dñs virtutū nobiscū: susceptor nr Deus Jacob. Dñe bicps dz, sacerdos aspergit totā nauē aq̄ benedictā: & postea reuertitur ad medium nauis, & dicit Dñs vob. Seq. sci Euang. sm Joan. Ca. 6.

IN illo tpe: Cum cognouisset Jesus: q̄z venturi essent vt raperent eum: & facerēt eum regē, fugit iteruz in montē ipse solus.

Vt

Vt aūt sero factuz est, descēderūt discipuli eius ad mare. Et cum ascēdissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebre iaz facte erant: & non venerat ad eos Jesus. Mare autem vento magno flante exurgebat. Cum remigassent ergo stadia quasi viginti quinq aut triginta, vident Jesum ambulantem supra mare, & primuz naui fieri, & timuerūt. Ille aūt dixit eis: ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eū accipere in nauum: & statim nauis fuit ad terrā, ad quam ibant. Dñs vob. Oremus. Oratio.

DEus cuius in mari vie, & semite in aquis multis, intēde supplicatiū pces: & famulos tuos in hac naui cōstitutos maris semitas peragrantes, quos sacrozum tuorum perfudit gra, potētie tue dextera protectos regas, & in fluctibus gubernes aduersus oēs formidines atque infortunia, oibusque in hac naui contentis substantijs atq̄ impositis bñdicas: ✠ eorūque lucra multiplices, ac cōtra cuncta terrarū, & maris discrimina eos propitius defensare digneris. Per. Kyrie ele. Christe el. Kyrie. Pr̄ nr. Aue Maria. Credo. fo. 24. Cuz dz Pr̄, & reliqua sacerdos aspergat aquā benedictā per totaz nauī n. Postea completo Credo, dicat. ℣. In mari vitę tuę, & semitę tuę in aquis multis: & vestigia tua non cognoscent. ℟. Deduxisti sicut oues pplm tuum in manu Moysi & Aaron. Dñe exau. Dñs vob. Oremus. Oratio.

EXaudi nos dñe sancte, pater oēs, eterne Deus: & mittere dignerīs scm̄ Angelū tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq̄ defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amē. Oremus. Oratio.

OMnīs sempiterne Deus, qui B. Petrū Apl̄m tuū super mare ambulantem ad te venire iussisti, & coapl̄m eius Paulum tertio naufragantem de pfundo pelagi liberasti: bene ✠ dicere dignerīs hanc nauim: & famulis tuis in ea nauigantibus in tua mia confidentibus adesse dignerīs: vt ope mię tue adiuti, ad loca destinata, & ad portum salutis sine impedimento sani & incolumes valeant peruenire. Qui vivis & regnas in vnitate &c.

BEnedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spūs ✠ sancti descendat super hanc nauim, & nauigantes in ea, & maneat semper. Amen. Dominus vobiscum. Initium sancti Euangelij secundum Jo. In principio erat verbum. sup. j. fol. u. Ańa. Salue regina. cum oratione. Concede.

De

De benedictione ſeu aſperſione aquę benedictę per officinas canonicę, vel domus proprię. Cap. 26.

CUm clerici volunt aſpergere aquã bñdictã per officinas canonicę, vel domus, vadat aliquis ſacerdos cũ ſocio vel ſocijs, t aſpergendo aquã bñdictã incipiat ĩ ſacriſtia pſalmũ. Memẽto dñe Dauid. ſup. f. 184. Añ. Domũ iſtã ptege dñe: t Angeli tui ſcti cuſtodiant muros eius. ℣. Dñe dilexi decorem domus tuę. ℟. Et locum habitationis glorię tuę. Oremus. Oro.

OMnẽ, t miſericors Deus, q ſacerdotum miniſterio ad tibi ſeruiẽdũ t ſupplicandũ vti dignaris: ꝙs immẽſam clemẽtiã tuã: vt qcqd mõ viſitamus viſites, qcqd bñ ✠ dicimus, bene ✠ dicas: ſitq; ad nr̃ę humilitatis introitus, ſcõrũ tuorũ meritis, fuga dęmonũ, t Angeli pacis ingreſſus. Per. Poſtea procedat ad dormitoriũ, t ibi dicat pſal. Leuaui oculos. fol. 183. Añ. Salua nos dñe vigilãtes, cuſtodi nos dormiẽtes, vt vigilemus cũ Chro, t requeſcam⁹. ℣. In pace ĩ idipſum. ℟. Dormiã t requeſcã. Orem.

BEne ✠ dic dñe hoc dormitoriũ famulorũ tuorũ: q non dormis, neque dormitas cuſtodiens Iſrael: t famulos tuos in hac domo geſcentes poſt laborẽ cuſtodi ab illuſionibus phãtaſmaticis ſatanę: vt vigilãtes in p̃ceptis tuis meditent: t dormiẽtes te p ſopore ſentiãt: t hic t vbiq; defenſionis tuę muniant auxilio. Per Chrm. In infirmaria dicat pſal. Dñe ne in fu. f. 54. Añ. Aſpice dñe de ſede ſctã tua, t cogita de nobis: inclina Deꝰ meus aurẽ tuã t audi: aperi oculos tuos, t vide tribulationem noſtram. ℣. Miſerere mei dñe, qm̃ infirmus ſum. ℟. Sana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Orem. Oratio.

OMnẽ, t miſericors Deus, ꝙs immẽſam pietatẽ tuam: vt ad intuitum humilitatis nr̃ę hunc locũ infirmitorij, t hunc famulũ tuũ, vel hos famulos tuos in eo feſſum, vel feſſos, iacentẽ, vel iacentes ſalutifere viſitare digneris: t ſicut viſitaſti dñe Tobiã, ſocrũ Petri, puerũq; cẽturionis: ita t iſte, vel iſti priſtina ſanitate aię corporiſque recepta gr̃arum tibi in Eccl'a tua referat, vel referãt actionem. Per. In refectorio dicat p̃s Beati omnes qui timent dñm. fol. 184. Añ. Oculi oĩum in te ſperant dñe: t tu das illis eſcaꝫ in tpe opportuno: aperis tu manum tuam, t imples omne aĩal benedictione. ℣. Edẽt pauperes t ſaturabuntur. ℟. Et laudabunt dominũ qui requirunt eum. Orem. Oratio.

OMnipotẽs t miſericors Deus, qui famulos tuos in hac domo alis refectione carnali, vt cibũ vel potum te bene ✠ dicẽte cum gr̃arũ actione percipiant, pręſta, quęſumus, vt hic t in ęternum per te ſalui eſſe mereant. Per Chrm. In coquina dicat pſalmũ. Dominꝰ regit me. fol. 166. Añ. In loco paſcuę ibi me collocauit. ℣. Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. ℟. Qui habitare facis vnanimes in domo. Orem. Oratio.

DEus ęterne, ante cuius cõſpectum aſſiſtunt Angeli, t cuius nutu reguntur vniuerſa: qui ẽt neceſſarijs humanę fragilitatis tua pietate cõſulere nõ deſinis, te humiliter imploramus: vt habitaculũ iſtius officinę illa bñ ✠ dictione perfundas: qua per manus Eliſei Prophętę in olla eremitica guſtus amariſſimos dulcorauiſti: t ſemp hic tuę bñdictionis copia redũdãte laudes tibi referant ſerui tui: q das eſcã oi carni: t ipleſ oẽ aĩal bene ✠ dictione ſaluator nr̃. Qui vivis t re. In cellario dicat pſalmum. Benedictus dñs Deus meus: qui docet manus meas ad pręliũ: t digitos meos ad bellum. Miſericordia mea t refugium meũ: ſuſceptor meus t liberator meus. Protector meus, t in ipſo ſperauit: q ſubdit pplm meum ſub me. Dñe quid eſt hõ, qr inotuiſti ei: aut filius hois, qr reputas eũ? Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prętereunt. Dñe inclina cęlos tuos, t deſcẽde: tãge mõtes t fumigabunt. Fulgura coruſcationem, t diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, t conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto: eripe me, t libera me de aquis multis, t de manu filiorũ alienorum. Quorũ os locutũ eſt vanitatẽ: t dextera eorum dextera iniquitatis. Deus cãticũ nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallã tibi. Qui das ſalutẽ regibus, qui redemiſti Dauid ſeruum tuum: de gladio maligno eripe me. Et eripe me de manu filiorum alienorum, quorum os locutũ eſt vanitatẽ: t dextera eorum, dextera iniquitatis. Quorum filij ſicut nouellę plãtationes in iuuẽtute ſua. Filię eorum cõpoſitę: circumornatę vt ſimilitudo tẽpli. Promptuaria eorum plena: eructãtia ex hoc in illud. Oues eorum fętoſę, abundãtes in egreſſibus ſuis: boues eorum craſſę. Nõ eſt ruina macerię: neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorũ. Beatũ dixerũt pplm, cui hęc ſunt: beatꝰ ppls cuiꝰ dñs Deꝰ eiꝰ. Añ. Ecce ego mittã vobis frumẽtũ t vinũ t oleum: t replebimini in eis, dicit dñs: idcoq; exultate t lę-

ꝛ letamini in dño Deo veſtro. ℣. Emittet dñs benedictionẽ ſuper cellaria tua. ℟. Et ſuper opera manuũ tuarũ. Oremus. Dño.

OMnipotens ꝛ miſericors Deus: qui vbiq; pręſens es: maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus: vt huic promptuario gratia tua adeſſe dignetur, quę cuncta aduerſa ab eo repellat: ꝛ abundantiam bene✠dictionis tuę largiter infundat. Per Chriſtum dominum no. ℟. Amen. In claustro dicat psalmum.

QUam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiſcit ꝛ deficit anima mea in atria dñi. Cor meum ꝛ caro mea exultauerunt in Deũ viuũ. Etenim paſſer inuenit ſibi domũ, ꝛ turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua dñe virtutum: rex meus ꝛ Deus meus. Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit: in valle lacrymarum, in loco, quẽ poſuit. Etenim benedictionẽ dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion. Dñe Deus virtutum exaudi oꝛonem meã: auribus pcipe Deus iacob. Protector nr aſpice Deus: ꝛ reſpice in faciem Chri tui. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis pctorum. Quia miſericordiã ꝛ veritatẽ diligit Deus: gram ꝛ gloriam dabit dñs. Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: dñe virtutum beatus hõ qui ſperat in te. Ańa. Congregauit nos in vnũ Chriſti amor: timeamus ꝛ amemus Chriſtum Deum: vbi charitas ꝛ amor, ibi Deus. ℣. Ecce qꝫ bonum ꝛ quã iucundum. ℟. Habitare fratres in vnũ. Oremus. Oratio.

OMnipotẽs ſẽpiterne Deus: qui nos ſingulari pręrogatiua gratię in hoc religionis claustro miſericorditer congregaſti: da nobis famulis tuis, ita in eodem laudabiliter tibi ſeruire, ꝛ in fraternitatis amore ꝛ ſyncera dilectione, ac mutua pace conuiuere: vt tandem ad illam patriam, in qua omnia ſecura, firma, tranquilla, ꝛ ſtabilia ſunt, te largiente peruenire valeamus. Per Chriſtum. ℟. Amen. Ad portam principalem dicat psalmum.

LAuda Jeruſalem dominum: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem: ꝛ adipe frumenti ſatiat te. Qui emittit eloquium ſuum terrę: velo-

re: velociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: añ facie frigoris eius quis ſuſtinebit? Emittet verbum ſuum ꝛ liquefaciet ea: ſtabit ſpus eius ꝛ fluent aquę. Qui annunciat verbũ ſuũ Jacob: iuſtitias ꝛ iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter oi nationi: ꝛ iudicia ſua non manifeſtauit eis. Ańa. Confortauit dñs ſeras portarum nrarum, ꝛ benedixit nobis. ℣. Hęc eſt porta dñi. ℟. Et iuſti introibunt in eam. Oremus. Oratio.

DOmine Jeſu Chre: qui in introitu portarũ Jeruſalem valuas ſcificaſti: dũ ſplendore gẽmarũ duodecim, totidẽ Aplorum noia ꝓſignaſti: ꝛ qui per organũ ꝓphęticum ꝓdixiſti, Lauda Jeruſalẽ dñm, qꝛ ꝓfortauit portas ſeras portarũ tuarum, ꝛ bñdixit filijs tuis in te, te qs, vt ponas oẽs fines domus iſtius pacem: vt velociter currẽs interius ſermo tuus adipe frumenti ſatiet eos: ꝛ Spus ſctus defendat illos: vt nunq̃ nocere eis ꝓualeat inimicus: ſed oẽs habitãtes in ea interius voce, corde ꝛ opere decantent dicentes, Magnus dñs deus nr Jeſus Chris, ꝛ magna virtus eius, ꝛ ſapientię eius nõ eſt numerus. Qui cum deo patre in vnitate eiuſdem Spus ſci in trinitate pfecta viuis ꝛ re. Dñs vob. Sequentia ſancti euang. ſm Luc. In illo tpe: Ingreſſus Jeſus ꝓambulabat Jeri. 215. ańa. Bta gens cuius eſt dñs deus corũ, ppls electus in hereditatẽ ſibi. Ikyrie. Chre. Ikyrie. Pater nr. Et ne nos. Sed lib. ℣. Cuſtodi nos dñe vt pupillã oculi. ℟. Sub vmbra alarum tuarum protege nos. Dñs vob. Oremus. Oratio.

DEꝰ, qui in oi loco dñationis tuę dedicator ſp aſſiſtis, exaudi nos, qs, vt inuiolabilis huius domus ꝓmaneat bñdictio: ꝛ beneficia tui muneris vniuerſitas q̃ ſupplicat mereatur. Oratio.

VIſita, qs dñe, habitationẽ iſtã: ꝛ oẽs inſidias inimici ab ea lõge repelle, ꝛ Angeli tui ſcti habitẽt in ea, qui nos in pace cuſtodiant: ꝛ benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtum. Poſtea addat oꝛones de beata virgine ꝛ alijs ſctis ad libitum. In reditu ad eccłam dicere poterit pſal. Qui habitat in adiut. fol. 60. Ikyrie ele. Pater noſter. Et ne nos. ℣. Memor eſto congregationis tuę. ℟. Quam poſſediſti ab initio. Oremus. Oratio.

OMps ſempiterne deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in noie dei ꝛ domini nri Jeſu Chriſti filij tui dilectiſſimi, mereamur ſemper bonis operibus abundare. Per eundem.

℣ Bene-

¶ Benedictio ad initium alicuius operis boni. Cap.27.

℣. Adiutorium nostrum. ℟s. A dte domine leuaui animam. fol. 167. ℣. Domine exaudi ora. Dominus vobi. Oremus. Oratio.

DEus, a quo omne bonum sumit initium, ⁊ semper ad potiora progrediens percipit incrementū. concede, quęsumus, supplicantibus nobis: vt quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur, ęterno tuę paternę sapientię munere perducatur ad terminum. Per Christum dominum nostrum.

¶ De benedictione ignis. Cap.28.

℣. Adiutorium nostrū. Dñe exau. Dñs vobis. Oremus. Oratio.

DOmine Deus nr, pr ops, lumē indeficiens, cōditor oīum luminū, exaudi nos famulos tuos: ⁊ bñ ✠ dic hunc ignez, qui tua sctificatione, atqz bñ ✠ dictione cōsecret: tu q illuminas oēz hoīem veniētē in hūc mundū, illumina tenebras cordis nostri ⁊ cōscias nras igne tuę charitatis: vt tuo lumine igniti, tuo luminе illuminati, expulsis a cordibus nris pctōrum tenebris, ad vitā, te illustrāte, puenire mereamur. Per Chm. Oremus. Oratio.

DOmine sctē, pr ops, ęterne Deus, in noie tuo ⁊ filij tui dñi nri Jesu Chri ⁊ spūs sancti bñ ✠ dicimus ignē: ⁊ sctī ✠ ficamus creaturam hanc ignis: tu quoqz cā tua virtute corroborа: ⁊ ad nostraz salutē puenire concede. Per. Postea aspergat aqua bñdicta. ¶ De bñdictione domus, ne cōburat ab igne. Cap.29.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. Oremus. Oratio.

DEfende, qs dñe, locū istuz, vel domū istā a maioribus vsque ad minimos, cum pecoribus ⁊ rebus suis ab igne, ab infirmitate, a tempestate, ab ira vētura, ab oībus tribulationibus diaboli, ⁊ ab insidijs inimici: vt sit Deus habitator ⁊ custos: ⁊ eam ab oi igne custodiat. Per Chm. ℟. Amn. Aspergat aqua bñdicta.

¶ De benedictione noui putei. Cap.30.

℣. Adiutorium nostruz. Dñe exau. Dñs vob. Oremus. Oratio.

SUpplices deprecamur dñe clementiā pietatis tuę, vt aquaz putei huius cęlesti bñ ✠ dictione sancti ✠ fices: ⁊ ad cōem vitę vsum cōcedas esse salubrē: ⁊ ita ex ea fugare digneris oēz diabolicę tētationis incursuz: vt quicūqz ex eo hauserint, vel biberint, vel in quibuscūqz necessarijs vsibus hausta aqua vsi fuerint, toti⁹ virtutis ac sanitatis dulcedine pfruātur: vt tibi sctificatori ⁊ saluatori oīum dño grās agere mereamur. Per. Oremus. Dño.

Domine

DOmine Deus ops, qui in huius putei altitudinē, per crepidinem fistularum, copiā aquarū manare iussisti: pręsta vt te iubente atqz benedicente, per nostrę officium functionis repulsis hic phantasmatibus, calliditatibus, atque insidijs diabolicis purificatus atque emēdatus semper hic puteus perseueret. Per Christum dominum. Postea aspergat aqua benedicta.

¶ De benedictione noue aree. Cap.31.

PRimo sacerdos totam areā aspergat aqua benedicta dicens añam. Asperges me dñe hys. ⁊ tot versicu. psalmi Miserere mei. f.59. quot fuerint necessarij, semper interserēdo añaz. Asperges me dñe. post singulos ℣. psalmi. Post Gloria Pa. repetat aña. Asperges me dñe. ℣. Adiutoriuz. Dñe ex. Dñs vo. Oratio.

MAgnifica, qs dñe, in hac area frumenti dona: ⁊ sicut fidelibus tuis tricenariū atque sexagenariū, vel cētesimū fructū donare cōsueuisti: ita ⁊ famulis tuis pñti tpe vberius tuę liberalitatis dona largire: ⁊ super eā, virtutē tuę bñdictionis infunde. Per. ℟. Amen. ¶ De benedictione ad vasa noua. Cap.32.

℣. Adiutorium nost. Dñe exaudi. Dñs vobis. Oremus. Oratio.

PRotector fidelium Deus, ⁊ subditorum pectorum habitator, quęsumus, vt serenis oculis tuę pietatis hęc vascula ita illustrare digneris: vt sup ea descendat gratię tuę larga benedictio, vt cum salubritate vtentes eis, per gratiam tuam mereantur vasa effici munda. Per. Aspergantur aqua benedicta.

¶ De benedictione noui panis. Cap.33.

℣. Adiutorium no. Domine exau. Dñs vobi. Oremus. Oratio.

BEnedic dñe creaturam istaz panis, sicut benedixisti quinque panes in deserto: vt sit domū eiusdē in annuū alimentum, gustantesque ex eo accipiant tam corporis, qm animę salutem. Per Christum. ℟. Amen. ¶ De benedictione vini noui. Cap.34.

℣. Adiutorium nostrum. Dominus vobiscuz. Oremus. Oratio.

Hęc pedes Jesu lachrymis rigauit: Tersit ꝛ proni capitis cāpillis, vertici ꝛ Christi veneranda fudit hęc alabastrum. Extat hęc multum mulier beata: Quę caput regis manibus perunxit: Quęque diuinum sitienter hausit Pectore verbum. Morte surgentem cito prima vidit: Nec locum liquit lachrimans sepulchri: Donec agnouit redisse Christum pleniter orbi. Lapsibus vitę veniam precare A Deo summa pietate clara: Quo frui tecum mereamur ęgri Luce per ęuuz. Gloriam patri resonemus omnes, Gloriam nato canat omnis ordo: flamini sancto pia vox resultet, omne per ęuum. Amen.



mi



mi An xit be a tos Domini Pedes, rigando lacrymis.
H onor, decus, imperium sit trinitati vnicę: patri, nato, paraclito: q infinita scla. Amen. ¶ Hymnus de beata virgine Maria.



A Ve Maris Stella: De i ma ter al-
ma: Atque sem per virgo Fe lix cę li poz ta!
S umęs illud aue Gabrielis oze, funda nos in pace, mutās Eue nomen. S olue vincla reis, profer lumē cęcis, mala nostra pelle bona cuncta posce. M onstra te esse matrem: sumat per te preces, qui pro nobis natus, tulit esse tuus. V irgo singularis, inter omnes mitis, nos culpis solutos, mites fac, ꝛ castos.
V itam pręsta puram: iter para tutum: vt videntes Jesum semper collętemur. S it laus Deo patri: summo Christo decus, spiritui sancto, tribus honor vnus. Amen. Hymnus.



Q Uez ter ra pōtus ębtera colunt a dorāt prę dicant:
trinaz regentez machinā Claustrū Mari ę baiulat.
Q ui luna sol, ꝛ omnia deseruiunt per tempora: pfusa cęli gratia Gestant puellę viscera. G eata mater, munere cuius, supernus

pernus artifex mundum pugillo continēs, ventris sub arca clausas est. B eata cęli nuncio, fecunda sancto spiritu: desideratus gentibus cuius per alnum fusus est. G loria tibi domine.



O Glo ri o sa Domina, Ex cel sa super sy dera:
Qui te cre a uit pro ui de, Lactasti sa cro y be re.
Q ỏ Eua tristis abstulit, tu reddis almo germine: itrēt vt astra flebiles, cęli fenestra facta es. M u regis alti ianua, ꝛ porta lucis fulgida: vitā datā p ỿginē Gentes redēptę plaudite. G lia tibi.
¶ In festo sancti Michaelis ad vesperas. Hymnus.



I b, Christe, splendor patris, vi ta, vir tus coridium, In conspectu An ge lo rum, votis vo ce psallimus:



Al ter nan tes con cre pando, me los da mus vo ci bus.
C ollaudamus venerantes omnes cęli milites: Sed pręcipue primatem cęlestis exercitus, Michaelem in virtute conterentē Zabulon. Q uo custode procul pelle, Rex Christe pyssime, omne nefas inimici: mundo corde, ꝛ opere paradiso redde tuo ros sola clementia. G loriam patri melodis personemus vocibus;

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus: gloriam Christo canamus, gloriam paraclito: Qui trinus
t vnus Deus exstat ante secula. Amen. Ad Laudes hymnus.



Christe sctōrū dec⁹ Angelorū, Rector humani ge-

neris t author: Mo bis ęternū tribue benign⁹ scādere cęlū.
Angelū pacis Michael ad istā cęlitus mitti rogitamus aulaz:
Nobis vt crebro veniente crescant, prospera cuncta. Angelus
fortis Gabriel, vt hostem pellat antiquū, volitet ab alto, sępius
templum veniens ad istud Visere nostrum. Angelū nobis me-
dicū salutis Mitte de cęlis Raphael, vt omnes sanet ęgrotos,
pariterqz nfos dirigat actus. Hinc Dei nr̄ igenitrix Maria,
totus t nobis chorus Angelorum semper assistat, simul t beata
cōcio tota. Præstet hoc nobis deitas beata patris ac nati, pari-
terqz sancti spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amē.
In festiuitate omnium Sanctorum ad vesperas. Hymnus.



Christe redēptor omniū, Cō serua tuos fa mu-

los, Be a tę semper virginis Placatus sanctis precibus.
Cata quoque agmina Cęlestium spirituū Pręterita, præsen-
tia, Futura mala pellite. Cates ęterni iudicis, Apostolique
Domini, Suppliciter exposcimus, Saluari vestris precibus.
Martyres Dei inclyti, Confessoresque lucidi, Vestris orationi-
bus Nos ferte in cęlestibus. Chori sanctarum virginuz, Mo-

nacho-

nachorumque omnium, Simul cum sanctis omnibus, Consor-
tes Christi facite. Gentem auferte perfidam Credentium de fi-
nibus: Vt Christo laudes debitas Persoluamus alacriter.
Gloria Patri ingenito, Eiusque vnigenito, Una cum sancto
spiritu, In sempiterna secula. Amen. Ad laudes hymnus.



Iesu saluator se culi, Redemptis ope sub-

ue ni: Et pia dei geni trix, Sa lutem po sce mi seris.
Cętus oēs angelici, Patriarcharū cunei, Et ppbetarū merita,
Nobis pcent veniā. Baptista Chr̄i pui⁹, Et clauiger ęthereus,
Cū ęteris aplis, Nos soluāt nexu criminis. Chorus sacratus
martyrū, Cōfessio sacerdotū, t virginalis castitas Nos a pcis
abluāt. Monachorū suffragia, Dēsqz ciues cęlici Annuāt vocis
supplicū. Et vitę poscāt pmiū. Laus, honor, virtus, gloria Deo
patri t filio: sancto simul paraclito, In seculorum secula. Amē.
In Natalitijs aplorum ad vesperas t ad laudes. Hymnus.



Exul tet cęlū laudibus: Resultet terra gaudijs:


Aposto lo rum glo riam Sa cra ca nunt so len ni a.
Vos secli iusti iudices, Et vera mundi lumina, Votis pcamur
cordiū, Audite pces supplicuz. Qui cęlum verbo clauditis: se-
rasque eius soluitis: nos a peccatis oībus soluite iussu ōsumus.
Quorū pręcepto subdit salus, t languor omniuz, sanate ęgros

moribus,

moribus, nos reddentes virtutibus. Ut cum iudex aduenerit
Ch̄s in fine seculi: nos sempiterni gaudij faciat esse compotes.
Deo patri sit gloria. Eiusq; soli filio, Cum spiritu paraclito, Et
nunc & in perpetuum. Amen. ¶ De vno martyre, Hymnus.



Deus tu o rum mi li tuz Sors, & corona, prę-



minũ, Laudes canentes martyris Absolue nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia, Et blandimenta noxia, Caduca ri-
te deputans, Pertenit ad cęlestia. Pœnas cucurrit fortiter, Et
sustulit viriliter, pro te effundens sanguinem, ęterna dona pos-
sidet. Ob hoc precatu supplici te poscimus pissime: In hoc
triumpho martyris, Dimitte noxam seruulis. Laus & per-
ennis gloria Deo patri, & filio: Sancto simul paraclito, In se-
culorum secula. Amen. ¶ Ad laudes, Hymnus.



Mar tyr De i qui vni cuz Patris sequẽdo fi li uz,



Hi ctis triumphas ho sti bus, Victor fruens cę le sti bus.
Mui precatus munere, Nostrum reatum dilue, Arcens mali cõ
tagiũ, vitę remouens tędiũ. Soluta sunt iam vincula tui sacra-
ti corporis: Nos solue vinclis seculi, amore filij dei. Deo pĩ sit
gloria, cuiusq; soli filio, Cũ spiritu paraclito, Et nunc & in perpe-
tuum. Amen. ¶ De pluribus martyribus ad vesperas hymnus.

San-



Sanctorum meritis inclyta gaudia Pągamus so-



lemnia, gestaq; fortia: Mazgli scit animus, pro merecãtibus



Vi ctorum genus optimum. Hi sunt, quos rectus mens
mundus inhorruit: Ipsum nam sterili flore peraridum Spre-
uere penitus: teque secuti sunt, Rex Christe bone cęlitus. Hi
pro te furias, atque ferocia Calcarunt hominum sęuaque ver-
bera: Cessit bis lacerans fortiter vngula: Nec carpsit penetra-
lia. Quę dunttur gladijs more bidentium, Non murmur reso-
nat, non querimonia: sed corde tacito mens bene conscia Con-
seruat patientiam. Quę vox, quę poterit lingua retexere, Quę
tu martyribus munera pparas: Rubri nã fluido sanguine lau-
reis Ditantur bene fulgidis. Te summa deitas, vnaque posci-
mus: Et culpas abluas, noxia subtrahas, Des pacem famulis,
nos quoque gloriam Per cuncta tibi secula, Amen.

¶ De pluribus martyribus ad laudes. Hymnus.



Ex glori o se martyruz, Corona con sitentiũ,



Qui re spuen tes ter re a Per du cis ad cęle stia.

Aurem

Aurē benignā protinus Appone nr̄is vocibus: Trophea sacra
pāgimus: ignosce qō deliquimus. Tu vincis in martyribus, par
cēdo pfessorū: tu vice nr̄a crimia, donādo idulgētiā. Eo pī
sit gl'ia: eiusq; soli filio: cū spū paracito: t nūc t in ppetuū. Amē.

¶ In Natalitijs vnius cōfessoris ad vesperas. Hymnus.



Ste confessor domini sacrat⁹, Festa plebs cui⁹ ce-
lebrat p orbem. Modie lętus meruit secreta Scan dere cęli.
Qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit, t qet⁹:
vita dū pīsens vegetauit eius corporis artus. Ad sacrū cui⁹ tu-
mulū frequēter mēbra lāguētum modo sanitati, Quolibet mor-
bo fuerint grauata, restituunt. Unde nūc nr̄ chorus, in honore
ipsius, hymnus canit hūc libenter: vt pijs eius meritis iuuemur
oē p ęuū. Sit salus illi, decus, atqz virtus: q supra cęli residens
cacumē, totius mundi machinā gubernat, trinus t vnus. Fīn.

¶ In Natalitijs vnius cōfessoris pōtificis ad laudes. Hymn⁹.



Ecce Redemptor omnium Per pes corona prę-
sulum, In hac di e clemen ti us Nostris faueto precibus.
Tu sacri qua nominis cōfessor almus claruit: huius celebrat
annua deuota plebs solennia. Tu rite mūdi gaudia huius ca-
duca respuens, cū Angelis cęlestibus lętus pot⁹ ł premijs. Tu-
ius benignus annue nobis sequi vestigia: huius pcam, ser mulis

Dimitte

Dimitte noxā criminis. Sit Christe rex pijssime, tibi, patriq;
gloria, Cum spiritu paraclito. Et nunc t in perpetuum. Amen.

¶ In Natalitijs vnius confessoris ad Laudes. Hymnus.



Esu corona celsior, Et veritas sublimior,
Qui confi ten ti ser uulo Sed dis pe ren nę prę mium.
Qua supplicanti cętui, obtentu huius optimi, remissionem crimi-
num, Rumpendo nexum vinculi. Anni recurso tempore, Dies
illuxit lumine: quo sanctus hic de corpore Polus migrauit prę-
potēs. Hic vana terrę gaudia, Et luculenta pdia Polluta sor-
de deputās, Quans tenet cęlestia. Tu Christe rex pijssime, hic
cōfitendo iugiter, calcauit hostes fortiter, superbū ac satellitem.
Virtutū actu, t fide, Confessionis ordine, Jeiuna membra defe-
rens, dapes supernas obtinet. Proinde rex pijssime, precamur
omnes supplices: huius almi gratia, Nobis remittas debita.
Gloria patri domino, Gloria vnigenito, Una cum sancto spi-
ritu, In sempiterna secula. Amen. ¶ De virginibus Hymni.



Virginis proles, opifexq; mūs: Virgo quē gessit,
peperitq; virgo: Virginis festū canimus, trophęū accipe votuz.
Hęc tua virgo duplici beata Sorte, duz gestit fragilem donare
corporis sexū, domuit cruentū corpore secluz. Tu nec mortem,
nec amica mortis seua pęnarū genera pauescens, sanguine fuso

Universidad de Deusto
Biblioteca

meruit sacratum Scandere cęlum. H uius obtẽtu Deus alme nr̃is Parce iã culpis, vitia remittens: Quo tibi puri resonemus almũ pectoris hymnũ. G loria p̃i, genitęq; p̃li Et tibi compar vtriusq; semp Spũs alme, Deus vnus, omni Tẽpore secli. Am̃.



O ui pascis inter lilia, septus chorcis virginũ, sponsas decorãs gloria, spõsisq; reddẽs p̃mia, O uocũq; p̃gis, virgines sequuntur, atq; laudibus post te canẽtes cursitãt: hymnosq; dulces p= sonant. M e deprecamur largius: nr̃is adauge sensibus, nescire prorsus oĩa corruptionis vulnera. S aũs, honor, virtus, gloria, Deo P̃i, q Filio, sãcto simul paraclito, In seculor̃ secula. Am̃.

C In dedicatione Eccl̃ę ad vesp̃as, q ad nocturnus. Hymnus.



Quę construi tur in cęlis vivis ex lapidibus, Et An=



N ona ve ni ens e cęlo nuptiali thalamo, p̃parata, vt sponsata copuletur Dño;

Platęq

Platęq; muri eius ex auro purissimo. Portę nitẽt margaritis, adytis patẽtibus: Et virtute meritor̃ illuc introducit oĩs, q ob Christi nomen hic in mundo premitur. M unsionibus, p̃ciosis expoliti lapides, suis coaptant locis, p manũ artificis, disponunt permansuri, sacris ędificijs. G loria q honor Deo, vsquequaq; altissimo: vna p̃i, filioq;, inclyto paraclito: cui laus est q potestas per immensa secula. Am̃. C Ad Laudes Hymnus.



sus est: Qui compage par ctis in vtroq; ne cti tur:



O mnis illa Deo sacra q dilecta ciuitas, plena modulis in laude q canore iubilo, Trinum Deũ, vnicumq; cũ fauore prędicat. V ẽ in templo summe deus exoratus adueni: Et clementi bonitate precũ vota suscipe: Largã benedictionẽ hic infunde iugiter. H ic promereant oẽs petita acquirere, Et adepta possidere cũ scĩs perenniter, Paradisum introire translati in requiem. G loria q honor Deo vsquequaq; altissimo, vna p̃i, filioque q inclito paraclito: Cui laus est q potestas p̃ immensa secula. Am̃.

C Quãdo ad recipiẽdũ p̃cessionaliter p̃latũ vel legatum Ca. 26.


Q uãdo p̃lat⁹ vel legat⁹ aliqũ oppidũ insigne est ingressurus, p̃cessio cleri ex more loci ordinata cum cruce p̃cedit illi obuia extra portã oppidi. Et cũ legatus siue p̃latus aduenerit, p̃latus cuius loci, siue primaz dignitatẽ habẽs, indutus superpelliceo q pluuiali p̃cioso, offert vtrique crucẽ osculãdã: quã legatus, seu p̃latus ex equo, vel si malu⁹ descendens in terrã super tapetẽ stratus genuflexus de=

Universidad de Deusto. Biblioteca

rus deuote osculatur. Tū si intrans est epūs, vel maior, aut p̄sbyter, vel epūs cardinalis, cantores incipiunt & prosequūtur ānas,



Vel di catur respon sorius.







Si vero legatus recipiendus, sit diaconus cardinalis, cantatur responsorium sequens.



Universidad de Deusto
Biblioteca



At cum ser uis su is. Si autem duo, vel plures reciperentur legati, etiaz si non essent episcopi, vel presbyteri cardinales, cantent aiam.




Os estis ciues sanctoꝝ, ⁊ domꝰ stici de i supꝛ edificati super fundamentū apostolorū ⁊ prophetarum.

Postea dicatur responsorium.



Ites a posto lorum, ⁊ domesti ci Dei aduenerant hodie, Portantes pacem, ⁊ illuminantes patri am, Da re pacem gentibus,



bus, ⁊ libera re populum do mini, Alleluia. ℣. Audi te preces supplicum vite ꝙ terne poscentes premia: qui fertis in dextris manipulos iusti tiꝙ: qui que gaudentes adueni stis bodie. Portantes. ℣. Gloria Patri ⁊ Filio: ⁊ Spiritui sancto.

Da re. vel Alleluia.

In porta aūt oppidi cōsueuerūt primores illius obuiare legato vel prelato primo intranti, ac illum benigne suscipere, ⁊ associare, ac baldachinū sup eum deferre. Incepta aūa, pcessio, q̄ locuz habere debet imediate aū crucē plati, ordine suo pgredit: ⁊ cāt aūt post dictas aūas, seu rrisoria, alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria, alia cantica, vel hymni prout magis placebit vsq; ad eccle-
siā principalē locū. Equitantes vero oēs equitare debēt ante p-
cessionē. Togati vero debent legatū, seu prelatū sequi. Cum aūt
plat⁹ seu legatus descēderit, & intrauerit portā principalis ec-
clesię, plat⁹ ecclesię, seu maiorē dignitatē habēs, manibus, vt
supra, detecto capite, offert illi aspersoriū cū aqua benedicta: q̄
prelatus seu legatus accipiens aspergit primo seipsum, deinde
alios. Cum itaq; prelatus ecclesię, seu primā dignitatē habens,
offert ei nauiculam, aliquo alio sacerdote super pelliceo induto
thuribulū porrigente, & legatus seu plat⁹ imponit incensum, &
Actum plat⁹ ecclesię, seu alius dignior in ecclesia ipsius plat⁹, seu
legatus stantē cū capite detecto more p̄sueto. Deinde procedunt
ad altare maius ecclesię: & ibi sup̄ faldistorio ante infimū gra-
dū altaris parato procūbit & orat prelatus seu legatus. Interim
vero plat⁹ ecclesię, seu dignitatez maiorez habēs stans in cor-
nu epistolę altaris versus ad orātē detecto capite dicit. ℣. Pro-
pterea noster aspice deus. ℟. Et respice in faciem Chr̄i tui. Cum
dictis subsequentibus si receptus sit prelatus, aut legatus; epi-
scopus, vel presbyter cardinalis. Si vero sit diaconus cardina-
lis, omisso. ℣. precedente: dicit̄ sequens tantū. ℣. Saluū fac ser-
uum tuum domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mit-
te ei dn̄e auxilium de sancto. ℟. Et de sion tuere eum. ℣. Nihil
proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat no-
cere ei. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te
veniat. ℣. Dn̄s vobiscum. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Dō.

OMnipotens sempiterne deus, qui facis mirabilia magna
solus, prętende super hunc famulum tuū, & cunctas cōgre-
gationes illi cōmissas, spiritum gratię salutaris: & vt in veritate
tibi cōplaceat, ppetuū ei rorem tuę benedictionis infunde. Per
Chr̄istū dn̄m nostrū. ℟. Amen. His dictis, cātores cantāt ali-
quā aīaz eis magis placentez, de sancto patrono ecclesię, cum
versiculo de eodem sancto. Et cum dō versiculus, surgit plat⁹,
vel legatus: ascendit ad altare, osculatur illud in medio, pcedit
ad cornu epl̄ę, vbi stās ad ipsum altare versus cāt̄at orationē de dic-
to scō: deinde ad medium altaris reuertitur, vbi stans dat bene-
dictionē solēnē pplō, dicēs. Sit nomē dn̄i bn̄dictū &c. Mox data
facit promulgari p vnū ex suis, siue ex beneficiatis ecclesię in-
dulgentias,

dulgentias, quas ipse p̄sentibus p̄cedit: deinde plat⁹ ecclesię
& alij, dimissis paramētis, associāt illū vsq; ad diuersoriū suum.

¶ Ordo ad recipiendum Episcopum nouiter creatum.

CUm vero nouus plat⁹ primo ad oppidum aliquod
suę diœcesis veniens recipitur, loco orationis prędi-
cte scilicet O mnipotens sempiterne Deus, qui fa-
cis mira. dicitur sequens. Oratio.

DEus oīuz fidelium pastor & rector: famulū tuū N. quem ec-
clesię tuę prę esse voluisti, propitius respice: da ei, q̄s, verbo
& exemplo quibus prę est proficere: vt ad vitā vna cū grege sibi
credito perueniat sempiternam. Per Chr̄z dn̄z nr̄m. ℟. Amen.

¶ Ordo qualiter recipit debeat episcopus, quando venit ad
visitandas parochias. Cap. 27.

POntifex visitaturus parochias suas cum ad oppida
suę diœcesis peruenerit, recipitur processionaliter eo
ordine, qui supra in receptione prelati, seu legati dic-
tū est, hoc solo dempto q̄ loco orōnis. O p̄s sempiterne deus,
q̄ facis mirabilia magna &c. seu Deus oīum fidelīū pastor & re.
ipso plato aīi altare in faldistorio genua flectēte, dō sequēs orō.

DEus humilium visitator, qui cos paterna dilectione conso-
laris, prętende societati nostrę gratiam tuam: vt per eos
in quibus habitas, tuū in nobis sentiamus aduentū. Per Chri-
stum dominum nostrum. ℟. Amen. Qua finita, ponitur turgit,
ascendit ad altare manu, osculatur illud in medio, & ibidez po-
pulo solenniter benedicit. Deinde versus ad populū sedēs ibi-
dē in aliqua sede, seu faldistorio, verstans apōdiatus ad altare,
prout sibi magis placebit, proponit populo causas aduētus sui:
q̄z sacri canones & ecclesiasticus ordo hoc fieri prę cipiunt pl̄
multa. ¶ Primo, ad absoluendas aīas defunctorum. ¶ Secō,
vt sciat & videat qualiter ecclesia ipsa spiritualiter & tpaliter gu-
bernetur. Quo se habeat in ornamentis. Qualiter ibi eccleśia-
stica sacramenta ministrentur, & diuina officia peragant. Qua-
le seruitiū ibi impenditur. Qualis sit vita ministrorum & populi;
vt ex officio inq̄sitionis suę, p cū siqua in p̄missis corrigēda fue-
rint; corrigant & emendent. Et hęcipit fieri libros, & alia necessa-
ria ecclesiastica ornamēta. ¶ Tertio, ad adulteria, fornicatio-
nes, sortilegia, diuinationes, & similia publica in populo puniē-
da, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

da, ad quod interdū non sufficiūt ecclesiarū rectores. Ostendēs diligenter populo, q̄ vānabilia ⁊ detestanda sint crimina ipsa. ¶ Quarto, pp casus, qui de iure vel cōsuetudine ad Episcopū duntaxat pertinere noscuntur, qui in cōstitutionibus synodalibus cōtinentur, de quibus nullus alius se intromittere potest: Protestās plebi, q̄ siqs, vel si qua in aliquo ipsorū casuū, vel in quocūq̄ alio cōsilio eius indiguerit, paratus sit benigne audire, ⁊ p̄silū ⁊ absolutionē impendere, ac pœnitentiā misericorditer iniungere salutarē. ¶ Quinto, ad exhibendum sacramentū cōfirmationis, qō nullus alius nisi solus episcopus ex diuina ⁊ apostolica institutione dare pōt. ¶ Sexto, iducit diligēter populū ad pœnitentiam, ⁊ instruit in ecclesiasticis sacramētis, ⁊ in articulis fidei, ⁊ qualiter debēt declinare a malo ⁊ facere bonū, Fugere vitia ⁊ sectari virtutes, Alteri nō facere qō sibi fieri nolunt. His expletis fit populo p̄fessio ⁊ absolutio generalis, ⁊ indulgentia dat̄ per pontificē. Post hęc pontifex deposita cappa, induit amictu, stola, plumali violacei vel nigri coloris, ⁊ mitra simplici: ⁊ stans cū mitra iuxta altare, versus ad populū, incipit añam **Si iniquitates.** Deinde cū ministris, seu capellanis suis dicit p̄s **De profundis.** fo 264. ⁊ terminet per **Requiē ęternaz.** Tum dicit totā añam **Si iniquitates observaueris dñe, dñe qs sustinebit?** Qua dicta, deposita mitra dicit **Kyrie elei. Chr̄e elei. Kyrie eleis. Pr̄nr.** qō secrete cōpletur. Et interiz accepto aspersorio cū aqua benedicta, terrā aspergit ante se, deinde imposito incenso in thuribulo ⁊ illo benedicto eodē modo incensat. Quo facto pnūciat. ℣. **Et ne nos.** ℟. **Sed lib.** ℣. **In memoria ęterna erunt iusti.** ℟. **Ab auditione mala non timebunt.** ℣. **A porta inferi.** ℟. **Erue domine aias eorum.** ℣. **Requiē ęternam dona eis dñe.** ℟. **Et lux perpetua luceat eis.** ℣. **Dñe exaudi.** ℟. **Et clamor.** ℣. **Dñs vobiscum.** ℟. **Et cum spū tuo. Oremus.** Oro.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate vigere, pręsta, quęsumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Chr̄m dñm nostrum. ℟. **Amen.** Deinde aqua benedicta, thuriferario, duobus ceroferariis, Cruce, ⁊ clero p̄cedētibus, ⁊ cantātibus ℟ **Qui Lazarum,** cum versu, supra fol. 169. Pontifex cum mitra exit ad cęmeteriū, interim dicens cum ministris suis antiphonam.

Si ini-

Si iniquitates observaueris dñe. p̄s **De profundis.** fol. 264. vsque ad finem cum **Requiem ęternam.** ⁊ añā **Si iniquitates observaueris dñe dñe qs sustinebit?** Quibus omnibus dictis, cum fuerint in medio cęmeterij, firmāt se suo ordine: ⁊ chorus cantat. ℟. **Libera me dñe de morte ęterna.** cuz suis versiculis, ⁊ **Requiem ęternam.** fol. 164 Tum repetitur. ℟. **Libera me domine,** vsque ad primū. ℣. **Interim dum.** ℟. repetitur, offertur per dignioꝛem ecclesię naucella, ⁊ per alium ex ministris thuribulum pontifici: qui imponit incensum more consueto. ℟. repetito, Chorus cantat **Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis.** Mox pontifex mitra deposita cōuenienti voce dicit **Pater nr̄.** Deinde aspergat ⁊ incēsat prout fecit in ecclesia. Quo facto dicit. ℣. **Et ne nos induc.** ℟. **Sed libera.** ℣. **In memoria ęterna erunt iusti.** ℟. **Ab auditione mala nō timebunt.** ℣. **A porta inferi.** ℟. **Erue dñe aias eorum.** ℣. **Requiem ęternam.** ℟. **Et lux perpetua.** ℣. **Dñe exaudi orationem meā.** ℟ **Et clamor meus ad te veniat.** ℣. **Dñs vob.** ℟. **Et cū spū tuo. Oremus.** Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere, pręsta quęsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Alia oratio.

DEus venię largitor ⁊ humanę salutis amator, q̄s clementiam tuā: vt nostrę congregationis fratres, propinquos ⁊ benefactores, qui ex hoc seculo transierūt, beata Maria semper virgine intercedente cuz omnibus Sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. Alia oratio.

DEus, cuius miseratione animę fidelium requiescunt: famulis ⁊ famulabus tuis oībus hic, ⁊ vbique in Chr̄o quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lętentur. Per eundem Chr̄istum dominum nostrum. ℟ **Amen.** ℣. **Requiem ęternam dona eis dñe.** ℟ **Et lux perpetua.** Cum duo cāntores dicunt. ℣. **Requiescant in pace.** ℟ **Amen.** Et mox pontifex elevata dextera, pducit signum crucis ab omni parte super cęmeteriuz. Tunc accepta mitra per pontificem, referūntur omnes ad ecclesiam ordine quo venerunt, choro dicente q̄ grūēti voce sine nota totū p̄s. **Miserere mei deus sm magnam misericordiam tuam** cum ℣. **Requiē ęternaz dona dñe eis** ℟ **Et lux ꝑpetua luceat eis,** Quē ēt pontifex ipse dicit voce demissa cū ministris seu capellanis suis:

nis suis: quibus dictis, ℣ pontifice ad chorum ad maius altare quẽ-
to, Pontifex deposita mitra stãs ibidẽ in medio versus ad altare
dicit Kyrie elei. Chriẽ elei. Kyrie eleison. Pr nr. ℟. Et ne nos.
℣. Sed lib. ℟. A porta inferi. ℣. Erue dñe aias eorum. ℟. Dñe
exaud. ℣. Et cla. ℟. Dñs vob. ℣. Et cũ spũ tuo. Oremus. Dño.

ABsolue, qsumus domine, animas famulorum famularũq;
tuarum ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis
gloria inter sanctos ℣ electos tuos resuscitati respirẽt. Per do.

His peractis, depositis stola ℣ pluuiali nigris, seu violaceis, ℣
assumptis albis, poterit pontifex confirmare pueros, pmissa moni-
tione, ℣ alijs seruatis, put in pontificali libro notatum est: aut si
placet, poterit pontifex illud p alia hora vel die reseruare, ℣ suc-
cessiue alia facere, q supra ppositum fe facturũ. Expedita itaq; cõ-
firmatione, ℣ bñdictis ornamẽtis, si qua bñdicenda sunt, depositis
q; indumẽtis ecclesiasticis, cõfessiones, deinde q relas, si que
sunt, audit. Tũ de quersatione cleri ℣ populi, ac qualiter spũa-
lia ℣ tpalia in ipsa ecclesia ministrantur, ℣ de libris ac ornamẽ-
tis diligẽter de plano iquirit. Peracta demũ visitatione illi⁹ lo-
ci, ℣ oĩb⁹ expeditis, cuz discedere voluerit pontifex, in suo habitu
cõi accedit ad ecclesiã: ℣ stãs ante altare in cornu epistole versus
ad illud dicit psalmũ. De profundis. 264. totũ cũ Requiẽ eter-
nam. ℣ aña. Si iniqtates. Deinde dicit Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟.
Sed lib. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aias eorum. ℣. Requie-
scant in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationem meaz. ℟ Et
clamor meus ad te ve. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cuz. Oremus.

DEus cuius miseratione animę fideliuz requiescunt, famu-
lis ℣ famulabus tuis oĩbus hic ℣ vbique in Christo quie-
scentibus da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reati-
bus absoluti, tecũ sine fine lętentur. Per eundem Christum do-
minum nostrum. ℟. Amen. Post hęc discedit quo voluerit.

¶ Pronunciatio futurę paschę in die Epiphanię. Cap. 28.

¶ In die Epiphanię cantato Euangelio, diaconus pronun-
ciat futurum Pascha in hunc modum.







℣ Antiphonę

℣ Antiphonę dicendę post Completorium Cap. 29.

℣ Añę subscriptę cantant post Cōpletoriū p totū annū ordine subscripto. A primo sabbato de Aduētu vsq3 ad Purificacionē beatę Marię dicitur Alma Redēptoris. A purificatione vsq3 ad pascha dicitur Aue Regina cęlorū. A pascha vsque ad octauam Pentecostes dicitur Regina cęli lęta. Ab octaua Pentecostes vsque ad Aduentum dicitur Salue Regina. Antiphona.



illud a ue pec ca to rum mi se re re. Antiphona.

A cle Re gi na Lę lo rum. A ue Domina

An ge lo rum: sol ue radix ꝛ porta, ex qua mundo

lux est or ta. Gaude glo rio sa super omnes spe cio=

sa. Va le valde de co ra: ꝛ pro no bis semper

Chri stum ex o ra. Añ. Regina cęli lętare. fol. 266.

S Al ue Re gi na misericor di ę.

Vita,

Vi ta, dul ce do. ꝛ spes nostra sal ue. Ad te

clama mus exu les fi li j Euę. Ad te su spi ra mus

gementes ꝛ flen tes in hac lacrymarum val le. Eia,

er go aduoca ta nostra, il los tu os mi se ri cor=

des oculos ad nos con ver te. Et Je sum bene=

di ctum fructum ventris tu i no bis post hoc exi=

lium o stende. O cle mens, O pi a

Q q O dul=

¶ Tractatus computi summatim excerptus ex computo Reuerendissimi patris domini Guillelmi Durantis episcopi Mimatensis, valde necessarius sacerdotibus.

QVoniam, sicut ait beatus August. 18. dist. Quę ipsis Sacerdotes cōputuz scire tenenť: alioquin vix in eis nomen sacerdotis constabit. Sub quo uerbo notitiā cursus tpis lunę, ☞ calēdarij intelligimus: qm̄ cōputus est scientia certificandi tempus ꝑ̄ solis ☞ lunę progressum: Idcirco ad simpliciū sacerdotū instructionē, de hoc aliqua claro cōpendio perstringemus, prout ad vsum ecclesię dinoscitur pertinere. Dī aūt computus a cōputo, quia in ipso cōputando procedimuz, non quia in ipso cōputare doceamur. Et est duplex cōputus. s. astronomicus, seu philosophicus: ☞ vulgaris, seu ecclesiasticus: sed de astronomico, nil ad ꝓ̄s. Vulgaris computus est scientia distinguendi tempus certa rōne, siue scientia tēporis discretus, ꝑ̄ ecclesię vsum. Tempus est mora motus rerum variabiliū: cuius partes decem esse dicuntur, s. annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora, punctum, momentuz, vncia, ☞ atomus. Annus continet duodecim menses: quinquaginta duas septimanas, ☞ diem vnum: trecentos sexaginta quinq; dies, ☞ sex horaz ☞ quędam momenta. Mensis cōtinet quatuor septimanas, vel paulo plus. Septimana septem dies Dies quatuor quadrātes. Quadrās sex horas. Hora quatuor ꝓ̄cta. Ꝓ̄ctum decē momenta. Momētū duodecim vncias. Vncia quadraginta septē atomos. Atomus indiuisibilis est: nam atomos grēce indiuisio latine dicitur: Anni ergo solaris fere duodecima pars mensis est. Septimana vero est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima pars septimanę. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora sexta pars quadrantis. Punctum quarta pars horę. Momentum decima pars puncti. Vncia duodecima pars momēti. Atomus quadragesima septima pars vncię. Cęterum duplex est annus, s. solaris, ☞ lunaris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Incipit primus Tractatus de Anno.

¶ Quid sit annus solaris. Cap. 1.

ANnus est solis anfractus, cum peractis trecẽtis sexaginta quinq; dieb. sex horis, ꝛ quibusdã momentis ad eadẽ loca syderũ redit. Dr ergo annus, qr mẽsib. in se recurrẽtib. voluitur ab an, quod est circũ, ꝛ eo is: q̃si circulariter rediens. Annus ẽm diuersos diuersa hz initia: qm̃ arabes ꝛ ęgyptij illũ inchoãt post solstitiũ ęstiuale. s. a septẽbri, pro eo q legit arbores in principio mũdi fructũ habuisse: ꝛ qr hoc in septẽbri ꝓtingit, putãt tũc mũdũ factũ fuisse: ideoq; ibi incipiũt anñũ. Numa vero Põpili⁹ ꝛ Romani annũ a ianuario inceperũt, ꝓ eo q tũc vel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Judęi a martio inceperũt: qr in eo conditus est mundus. Et iõ dr q decimusoctauus dies eius est primus dies seculi. Quos oẽs quo ad aliqua computistę imitãtur. Ipsi nãq; a septẽbri incipiũt rlares lunares, ꝛ embolismos, ꝛ epactas, ꝛ oẽs annos lunares. A ianuario vero incipiũt aurcũ numerũ, ꝛ quasdã lras dñicales: a martio regulares solares ☉ currẽtes, ꝛ quasdã lras dñicales: prout in secũda parte apparebit. Sane quidã moderni ob reuerẽtiã Saluatoris computant annos a natiuitate eius. Alij vero ab eius incarnatione, i. Annunciatione B. Marię: qñ illa dixit, Ecce ancilla Dñi. ꝛc. statim enim fuit Chr̃s deus ꝛ homo, ꝛ plenus Spiritu sancto.

¶ De diuersis nominibus anni. Cap. 2.

ANnorũ alius est naturalis, alius vsualis, alius legitimus, alius emergẽs, alius solaris, alius magn⁹, alius olympias, ali⁹ lustralis, alius indictionalis, alius iubileus, alius benignitatis, alius ęternitatis ꝛ glorię. ¶ Annus naturalis est cũ luna soli opponitur: vñ sol eclipsim patit. ¶ Usualis siue tpalis ẽ, qui ꝑm vsuz hoĩum, suũ initiũ hz a ianuario vsqz ad sequentẽ ianuariũ. ¶ Lunus siue cęrimonalis est, qui ☽putatur ꝑm lunationes ab aprili vsqz in aprilẽ. Aprilis. n. est primus mẽsis apud hebręos. ¶ Emergẽs ẽ, i quo aliquod magnũ iudęis vel alijs ꝓtingit: a quo facto in illi⁹ memoriã annũ incipiũt ☽putare. s. a quo uis die. ¶ Annus solaris est spatium inquo circuit sol 12. signa zodiaci: quẽ circulũ facit, vt p̃missum est, in 365. diebus ꝛ fere sex horis: fere dixi, pp q̃dã momẽta, q̃ adijciũtur, sicut infra dicetur. Hę aũt sex horę de ąrto in ąrtũ annũ faciũt vnũ diẽ naturalem bissextilẽ: ꝛ annus iste cõis est oĩbus gentibus: ꝛ incipit qualibet die: ꝛ qualibet die finitur, transactis prędictis diebus. Et iste potest etiam dici naturalis.

¶ De signis zodiaci. Cap. 3.

SIgna vero prędicta sunt ista. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, ꝛ Pisces: vnde versus. Hęc sunt signa poli, quę semper sunt via soli. Est aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, libraqz, Scorpio, chiron, capricorn⁹, vrnula, pisces. Et nota q ęq li habitatio stat circulorũ distincta zonis: Zonę autem ipsę sunt quinq;: quę ideo zonę, vel circuli appellant: qr in circunductione sphęrę existunt. Zodiacus autez circulus est, qui ex linearum quinq; angulis, ꝛ ex linea cõstat. Rursus zodia grecę dr aĩal, siue signum latine: inde zodiacus dr aĩal, seu signifer circulus, ex eo q in medio firmamẽti sunt duodecim signa per transuersum posita, ęqualr per circulum distincta: q̃ formis ꝛ nominibus aĩa liũ designatur: qr sol intrans in illa ꝓprietates aĩaliũ quodãmodo sortitur: vel qr stellę in signis dispositę sunt aĩalium figuris.

¶ Signũ aũt dr duodecima pars zodiaci. Sol quidem intrat in aliqũ de prędictis signis quolibet mense in 15. calen. ꝑm eccl̃am. vnde in martio intrat in arietem 15. calen. aprilis: in aprili intrat taurum 15. cal. maij: ꝛ sic per ordinẽ mẽsium ꝛ signorum. ¶ Primum igitur signum est aries, in quo sol dr esse factus: ꝛ in quo signo est sol circa principia veris, sic dictum: qr sicut aries est aĩal retro debile hñs ante aliqui roboris: sic sol in tẽpore. i. in principio arietis, habet debiles vires pp frigus eius fortitudinem minuens: anteriora vero, quę ęstatem respiciunt, aliquid fortitudinis, i. caloris habent. Vel sicut aries in hyeme cubat in latere sinistro: in vere autez incipit cubare in dextro: sic sol ante illud tẽpus moratur in sinistro latere firmamẽti, scilicet in meridie: tũc vero intrat latus dextrum. s. versus aquilonem. ¶ Secundum signum est taurus, sic dictum, quia sicut taurus fortior est ariete, sic fortioris est efficacię sol in illo tempore quo ad nos, q̃ in prędcedenti. Ueruntñ ante est efficacior quaz post: sicut taurus ante fortior est q̃ retro. ¶ Tertium gemini, sic dictuz, qr illo tpe vis solis geminatur: Incipit ẽñ esse calidus ꝛ siccus effectiue. Vel quia tunc prędcipue res geminantur, idest multiplicantur. Aues enim ꝛ aĩalia fętum producunt. Vel qr geminos siue duos gra

Universidad de Deusto
Biblioteca

cus, quibus sub illo signo magis, ꝙ sub alio sol eleuatur a terra.
¶ Quartū cancer, sic dictum, qz cancer est aial retrogradum, ⁊ sol tunc retrogreditur discedens a nobis, cum prius appropinquauerit nobis. ¶ Quintū leo, sic dictū, qz leo est aial crudele, ⁊ semper febricitans: sic ⁊ tps illud crudele ⁊ generans febres.
¶ Sextum virgo: qz sicut virgo nil generat: sic tps illud sterile nil noui generat: generata tñ matureſcere facit. Est eñ tempus canicularium dierum. ¶ Septimū libra, sic dictū ab equalitate mensis ipsius: quia sole ibi existente, dies ⁊ nox eque ponderata est: qñ tunc est equinoctiū autumnale. ¶ Octauus est scorpius, sicut eñ scorpius venenosus est ⁊ pungit, sic tps illud morbosus est pp inequalitatez aeris. Est eñ mane frigus pungens: ⁊ in meridie calor urens. ¶ Nonum sagittarius, sic dictus, qz venatio, que per sagittarios fit, plerunqz tunc exercetur, vel pp fulgura, que tunc sepe cadunt, que italici sagittas vocant. ¶ Decimum capricornus, sicut eñ capricornus in abruptis montibus, siue in excelsis precipit ips pascitur, sic sol tunc est in altissimo gradu versus meridiem, vel sicut capricornus montes solet ascendere: sic sol tunc ad nos ascendere incipit. ¶ Undecimum est aquarius, sic dictū, qz tps illud aquis ⁊ ventis abundat. ¶ Duodecimum est pisces: quia sicut piscis est aial aquaticuz, sic ⁊ tps illud pper multas pluuias aquaticum est, vel quia tunc aquis resolutis tps est piscationis. ¶ Uerum licet, sicut patet ex premissis, signa equalia sint ſm astronomicos, ecclesia tñ illa non ponit equalia. nam qñque plures dies sunt in vno signo, ꝙ in alio. cū vnus mensis plures dies habeat, ꝙ alius. Unde plures erunt gradus vnius quā alterius signi. Gradus aūt dr spatium, quo sol motu suo trāsit in zodiaco die naturali. Ex iam dictis facile sciri pt in quoto gradu alicuius signi sit sol quocūqz die. ¶ De bissexto. ca. 4.

PRo vno dies bissextilis, de qua dictum est, dr bissextilis, secūdū philosophos, quasi ex bisse momentorum collecta: quod sic poterit comprehendi. Sol. eñ in quolibet signo morat̄ 30. diebus, ⁊ 30. trientibus horarū, ⁊ triginta bisse momentorū: ⁊ triens est tertia pars alicuius rei ꝙstantis ex tribus partibus: Bisse vero sunt due partes, sed multiplicatis duodecies 30. diebus habemus 360. dies. 30. trientes horarum constituunt 10. horas, que multiplicate duodecies, faciunt 5. dies. 30. bisse momentorum continet

ꝙtinet viginti mometa ⁊ duo puncta: qz multiplicatis duodecies duobus pūctis habemus sex horas ex bisse mometorū collectas: que de quarto in quartū annū cōstituunt vnū die, q̄ dr bissextilis.
¶ Ursum ſm Isid. p singulos annos crescit pars quarta assis: ac vbi quarto anno assis cōpleta fuerit, bissextū vnū facit: ⁊ ideo p quatuor annos vnus bissextilis adiect⁹ est. Dictus autez est ſm eū bissextus: qz bis sexies ductus assem facit, qd est vnus dies. In quo loco calēdarij poni debeat illa dies, his versibus cōtinetur.

Bissextum sexte Martis tenuere calende.
Posteriore die celebrantur festa Matthie.

Hoc est dicere, ꝙ illa litera, vbi dr i calēdario 6. cal. Martij, debet poni dies bissextilis: ⁊ tunc stamus siue sedemus duobus diebus supra illa lra: sed festū sci Matthie, qd dret illa die celebrari, celebratur tñ in sequenti, ita tñ ꝙ inter ipsuz festū ⁊ vigiliam nullū sit mediū. extra de ver. sig. ꝯstituit. Nō interest tñ, vtrum ipsuz festū in prima, vel in scōa die pdictaruz duarū celebretur: sed regionis in hoc ꝙsuetudo seruet. Isidorus dicit, ꝙ a sexto nonas Martij vsqz i die calen. Januarij Lunę cursu bissextus apponit: atqz inde detrahitur. Si aūt volumus scire qñ sit annus bissextilis: debemus diuidere annos Domini per quatuor, quoties possumus: ⁊ si nullus superauerit, tunc erimus in anno bissextili: si autem aliqs remanserit, tunc non erit bissextus: vnde versus. Anni diuisi Dñi per quatuor eque. Monstrat bissextuz qua rōne scias. Hoc aūt verū est ſm illos, q diuidunt annos dñi, incipiēdo a natiuitate vel a Januario: nō ſm illos, q incipiūt ab incarnatione. Alia ēt doctrina ad inueniēduz bissextuz ponet infra: vbi de concurrentibus agetur. ¶ De quatuor temporibus anni. Cap. 5.

TEmpora siue partes anni solaris sunt quatuor. s. ver, ęstas, autumnus, hyems. Dicta autez sunt tēpora cōiunctis temperamento, eo ꝙ inuicem se humore, siccitate, calore, ⁊ frigore cōtemperent: hęc ⁊ curricula dr, quia non stant, sed currunt. Ver dictum est, quia viret. Aestas dr ab ęstu. i. calore: inde ęstas quasi vsta ⁊ arida. Autumnus a tempestate vocatur: qñ ⁊ folia cadūt, ⁊ oia matureſcunt. Hyems dr rōne hemiſpherij: quia tunc sol circulo volutur breuiori. Unde ⁊ hoc tempus bruma dicitur: quasi brachis, idest breuis: vel a cibo, quia tunc maior est vescendi appetitus: edacitas enim grece bruma appellatur: Princi-

pia autē partium anni ſm eccleſiam his verſibus continentur.

Feſtum Clementis hyemis caput eſt orientis.
Cedit hyemis retro cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Urbanus, eſtatem Symphorianus.
Id tibi quod reſtat autumni tempora prēſtat.

Hoc eſt dicere feſtū Clementis: q̄ eſt 9. calen. decēbris, eſt prīcipiū hyemis, ⁊ durat vſq̄ ad feſtū cathedrę ſcī Petri: tunc incipit ver: ⁊ iſtud feſtū ē 8. cal. martij: ⁊ ver durat vſq̄ ad feſtum ſcī Urbani: q̄ eſt 8. calē. Junij: tunc incipit eſtas: ⁊ durat vſq̄ ad feſtū Symphoriani: q̄ eſt 11. cal. ſeptēbris: tunc incipit autumnus: ⁊ durat vſq̄ ad feſtū Clemētis, in quo incipit hyems. In hīs quatuor partibus anni triduana ieiunia celebramus: ⁊ ideo ieiunia quatuor tp̄oꝝ appellātur. Jeiuniū veris eſt in prima ſeptimana quadrageſimę, ſ. in quarta feria poſt cineres. Jeiuniū eſtatis eſt in prima die mercurij poſt Pēte. Jeiuniū autūni eſt in tertia die mercurij ſeptēbriſ, ſ. in quarta feria poſt feſtum ſcē Cruciſ. Jeiuniū hyemis eſt in quarta feria poſt feſtum B. Lucię. vñ verſ. eſt.

Vult crux, Lucia, cineres, charisinata dia,
Vt det vota pia quarta ſequens feria.

¶ Fiunt ad hoc ieiunia in quarta feria: q̄ Chr̄s a Juda traditus eſt: ⁊ in ſexta feria, q̄ in ea crucifixus eſt: ⁊ in ſabbato, quia tunc aplōꝝ triſtitiā de nece ſaluatoris repūtamus: nā ſi cōpatimur ⁊ p̄egnabimus. De ꝯſe. di. 3. cap. ieiunia. ⁊ c. ſabbato. Aduentus autē dñi incipit dñica proximiori feſto ſancti Andreę ante vel poſt, vel in ipſo feſto. ¶ De ſolſtitio ⁊ equinoctio, ac variis temporibus anni diuerſis nominibus appellatis. Capitu. 6.

Adhuc i anno ſolari ꝯtingūt duo ſolſtitia, ⁊ duo ęquoctia.
Solſtitia in eſtate, ⁊ in hyeme.
Aequinoctia in vere, ⁊ in autumno.

Eſt autē ſolſtitiū maxima inęqualitas diei ⁊ noctis: ſiue ingreſſus ſolis in capricornū vel cancruz: ⁊ dī ſolſtitiū, quaſi ſolis ſtatio, eo q̄ tunc ſole ſtāte nō creſcunt nec minuuntur dies vel noctes. Aequoctium eſt maxima diei ⁊ noctis ęqualitas: q̄ tunc ęquali ſpatio horarū ꝯſiſtunt dies: ſiue ingreſſus ſolis in arietē, vel librā. Vbi aūt ſit locus ſolſtitiorū ⁊ equinoctiorum bis verſibus cōtinetur. Solſtitium decimo Chriſtum p̄cit, atque Joannem. Aequa crucis feſtum dat tempora martis ⁊ idus. Hoc eſt

eſt dicere, q̄ ſolſtitiū hyemale eſt ante natiuitatē Xp̄i decem diebus, vcz 18. cal. Januarij. quo tp̄e ſol incipit altiores circulos petere: ⁊ ſolſtitiū ęſtiuale eſt ante natiuitatē Jo. Baptiſtę totidem diebus, vcz 18. calen. Julij: quo tp̄e incipit ſol ad inferiores circulos remeare. Vñ ęſtiualis ſolſtitij dies maximus, ſicut ⁊ hyemalis dies minimus inuenitur. Sed ſm ęgyptios hyemale eſt 12. cal. Januarij. ſm grecos 11. calē. Aeſtiuale vero ſm ęgyptios 12. cal. Julij: ſm grecos 11. cal. ¶ Itē in feſto Crucis, vel ſm alios 12. calen. octobris, eſt equinoctium autumnale, ⁊ vbi dī in calen. idus martij: vel ſm alios 12. calen. aprilis eſt equinoctiū vernale. Olim eñ annus in duas partes tm̄ diuidebatur, ſcz ęſtiuale, ⁊ hyemale ſolſtitium: ⁊ in duo hemiſpheria. ¶ Magnus autem annus cōpletur reuerſis planetis oībus ad loca ſuę creationis, q̄ fit annis non pauciorib⁹ 430. ¶ Mundanus vero annus erit oībus ſtellis ad prima loca reuerſis, quod fit demuz poſt 15. millia annorum. Magiſter dicit in hiſtoria Geneſis, vbi agit de ebrietate Noe, q̄ magnus annus impletur p̄ curricula ſexcētorum annorum. ¶ Aera, qua vtuntur hiſpani ſingulorum annorum eſt conſtituta a Ceſare Auguſto: qñ ad primum cenſum orbē diſcripſit. Dicta eſt autē ęra ab ęre: ex eo q̄ oīs orbis ęs reddere profeſſus eſt reipublicę Romanoruz. Prius autem fuerūt indictiones: poſtea ęrę. ¶ Olympias ꝯſtituta eſt apud grecos in Elide ciuitate, Elijs agentibus agonē, ⁊ quinquennale certamen, quatuor medijs annis vacantibus: ⁊ ob hoc tps Eliaci certaminis olympiadem vocauerūt, quadriennio in olympiade ſupputato. ¶ Luſtrum eſt penteſium. i. quinquennium, quod quinto anno dī condi pp olympiades. Romani nondum erant cōſules neqz ęrę. Quinquennale quidē tps ideo ſic vocatum: q̄ cenſu p̄ quinquennium in republica peracto vrbs Romana luſtrabatur. ¶ Apud Romanos eſt annus indictionalis: q̄ ter q̄nos ꝯtinet annos, vt infra dicetur, ⁊ p̄ęmiſſuz eſt. ¶ Apud hebręos eſt annus iubileus. i. remiſſionis, qui ſeptenis completis annoruz hebdomadib⁹ celebrat. ¶ Apud Chr̄ianos eſt ann⁹ benignitatis ⁊ gr̄ę, i quo Chr̄s venit, ⁊ nos ſua benignitate redemit. ¶ Apud ſcōs cōprehenſores eſt annus ęternitatis ⁊ gl̄ię: in quo exultabunt ſci in gloria ſine fine. ¶ Vurſus ſcā gr̄ationibus cōſtant: ſic dicta q̄ ſequuntur: abeuntibus. n. alijs, alij ſuccedunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedũt. Hoc tps qdã quinquagesimũ annũ dicunt: quẽ Hebrei iubileũ vocant, vt iã dictũ est. Et ob hanc cãz Hebreus pp vxorẽ ⁊ liberos amans dñm suuz aure pertusa seruitio subingak: ⁊ seruire inbek seculũ. i. vsqz ad annũ quinquagesimũ. ¶ Aetaz autez plerunqz dr pro vno anno, ⁊ pro septez, ⁊ pro centũ, ⁊ pro quouis tpe. Unde ⁊ ętas est, quod de multis seculis instruitur: ⁊ ideo dicta est ętas, quasi similitudo eui: nam cuũ est ętas ppetua: cuius neqz initiũ, neqz finis nosck. Deriuatũ est autẽ ęuum ab ęonos: quod apud grecos aliqñ pro seculo, ⁊ aliqñ ponitur pro ęterno. Proprie vero ętas duobus modis dick: vz bois, sicut infantia, iuuentus, senectus. Aut mundi: cuius prima ętaz est ab Adam vsque ad Noe: secunda a Noe vsque ad Abrahã: tertia ab Abrahaz vsqz ad Dauid: ⁊ quarta a Dauid vsque ad transmigrationem Judę in Babyloniã: quinta de Juda vsqz ad aduentũ Saluatoris in carne: sexta quę nunc agitur vsque quo mundus iste finiak.

¶ Incipit secundus tractatus. Et primo de mense. Cap. i.

Dicto de anno, sequitur videre de mense. Est autem mẽsis spatium temporis, quo a phębo phębe recedens, eidem completo suo circulo sociatur. Et dr mensis a mẽsurando, eo q annus per menses mensurak: vel a mẽse, quod est defectus, eo q Luna singulis mensibus visu deficit ab humano: vel ꝑm Isidorũ, a mene grece, qd est Luna latine. Apud grecos enim menses legitimi non ex solis circulo, sed ex lunę cursu ꝺnumerank, quod est de nona ad nonaz. Diuidik aũt annus p 12. mẽses: qr sol peragrãdo 30 diacũ. 12. circuit regiones signorum, ⁊ in his. 12. mẽsibus cõmorak. Romulus ꝺm voluit ꝺm decez esse menses in anno, incipiẽs a Martio: quẽ Marti Deo belli, quẽ patrẽ suũ esse putabat, dedicauit. Ysi Ouid. in 1. fastorum. Tpa digeres cum ꝺctor vrbis in annũ, Instituit mẽses qnqz bis esse suos. Sed Numa Pompilius videns q annus nõ bene decẽ mẽsibus cõpleak, supaddidit duos in principio. s. Januariũ ⁊ Februariũ. Januarius dr a ianua. 86. dist. ieiunũ, qr sicut p ianuaz intramus domũ: ita p Januariũ intram⁹ annũ: est enim limes anni. ¶ Februarius dr a februbus, quę tũc de facili cõtingunt, vel a februis. i. purgationib⁹. Sũt aũt februę oblationes factę p mortuis. Romani aũt illo mẽse memoriã aiarũ habebãt, ⁊ eas purgabant celebrãdo exequas mortuorũ. ¶ Martius dr a Marte patre Romuli:

muli: vel qr eo tpe cũcta alantia agũtur ad marez: ⁊ ad ꝙcubendi voluptatẽ. Appellatur ẽt qñqz mẽsis nouus, qr est anni initium: qñqz nouum ver: qr in eo viridantibus arboribus, nobis transacrorum ꝑbatur occasus. ¶ Aprilis dr quasi apilis: qr tũc terra aperitur ad germina: ẽt flores apiũtur: ⁊ arbores incipiũt pullulare. ¶ Maius a maioribus natu dr, q erãt principes reipublicę. ¶ Junius a iunioribus dr: erant enim olim maiores. s. seniores q appellabantur patres: ⁊ hi in ciuitate sp remanebant vrbis regimini cõsulẽres: erãt ⁊ minores, q ibant ad pugnãdũ pro republica: ⁊ ideo maius a maioribus: iunius a iunioribus nomẽ acceperũt: ⁊ in illorũ honorẽ instituti sunt. ¶ Julius dr a Julio Cęsare: qr tunc natus fuit: vel qr tunc de hostibus triũphauit. Julius tñ prius qntilis dicebak, eo q est qntus a Martio: q ꝑm Romulum principium erat anni. ¶ Augustus est dictus ab Octauiano Augusto: qui tunc natus fuit, vel quia tunc hostes superauit. s. Cleopatraz ⁊ Marcũ Antoniũ. Prius tñ dicebak Sextilis, eo q sextus est a martio. ¶ September nomen habet a numero ⁊ imbre, quia septimus est martio, ⁊ imbres habet. Sic ⁊ october, nouember, atque december ex numero ⁊ imbribus vocabula acceperunt: quem numerum decurrentem december finit, pro eo q denarius numerus precedentes numeros claudit. ¶ Quot autem dies quilibet mensis habeat his versibus continetur.

Junius, aprilis, september, nouember tricenos,
Plus vnum reliqui, sed habet februus octo vicenos.

Cui, si bissext⁹ fuerit, supadditur vnus. Hoc ẽ dicere q Junius, aprilis, septẽber, ⁊ nouember hñt 30. dies: reliq aũt mẽses hũt 31. sed Februarius tñ hz 28. ⁊ qñ est bissextus 29. Sciendũ autez est, q cuilibet mẽsi primo dati fuerũt 30. dies: q multiplicati duodecies constituunt 360. dies. De qnqz vero residuis datus est vnus Januario, eo q est principiũ anni: ⁊ ẽt rõne ipsius numeri, qr impar numerus mũdus est: ⁊ numero Deus impare gaudet. 32. q. 1. nuptię. Scõs datus est martio, pp eãdẽ imparitatẽ. Tertius maio. Quartus iulio. Quintus octobri. Cęsar aũt Augustus volens suũ mẽsẽ eẽ ęqlem mẽsi Julio, abstulit februario vnã diẽ, qr erat mẽsis tristitię atqz luctus: ⁊ attribuit eã Augusto, ⁊ ita remanserunt februario tñ 29. ⁊ Augusto 31. Demum astrologi Romani abstulerũt aliã diẽ februario, ⁊ addiderunt decẽbri, ad hoc, vt finis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis principio. rideret: ꝛ sic februario remanserunt tantū 28. ꝛ decembri 31. Ꝛeruntñ ad quandam compensationem vna dies, vꝫ bissertilis, est de quarto in quartum annum februario restituta. ¶ Qua vero die vel feria quilibet mensis intrat, iam sub titu. de septimana dicetur. ¶ De calendis, nonis, ꝛ idibus. Cap. 2.

OAdōꝫ dñe, verbū Dei patris, Chriſte Jeſu, ⁊ domine vniuerſę creaturę, qui ſanctis aplis tuis dediſti ptātem calcādi ſuper ſerpentes ⁊ ſcorpiones, qui inter cętera mirabilium tuorum opera, dignatus es docere dęmones effugare, cuius virtute victus tanq̄ fulgur de cęlo ſatanas cecidit: tuum nomen cum pauore, ⁊ tremore ſupplex deprecor, vt mihi indigniſſimo ſeruo tuo data venia pcōrum, ꝓfidentiā ⁊ poſſibilitatem donare digneris, vt hunc crudelē draconē, brachij tui munitus potentia fideliter ⁊ ſecurus aggrediar per te Jeſu Chriſte dñe Deus noſter. Qui viuis ⁊ regnas cū eodē patre in vnita. Hac oꝛone cōpleta aſpergat ęgrotū aqua benedicta in modū crucis, dicēdo. In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ ſancti. Amē. ℣. Dñe exaudi ℟. Et clamor. ℣. Dominus vo. ℟. Et cum. Oremus. Oratio.

OAdōꝫ ętherne Deus, a cuius facie cęli diſtillant, montes ſicut cera liqueſcunt: terra tremit: cui patent abyſſi, quem infernus paueſcit, quem omnis terrarum motus aſpicit, humiliter te ſupplex deprecor vñator dñe, vt inuocatione noīs tui ab huius famuli tui A. vexatione aīa liberata, ad authorem ſuę ſalutis recurrat: liberatorēq; ſuum diabolico depulſo fętore, ⁊ odore ſuauiſſimo

niſſimo Spiritus ſancti percepto, ſequatur dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui tecū viuit ⁊c. Oremus. Oratio.

DOmine ſancte, pater oīps, ętерne Deus, virtutem tuam toti⁹ exoro gemitibus pro huius famuli tui A. a diabolo oppreſſa infantia, qui ēt indignis inter preſſuras p̄ſidium donas: exurge pro huius infantia debellata, noli diu retinere vindictaꝫ, qui nec ante conſpectuꝫ parentis permiſiſti filiū iudicari: auxiliare, q̄s, inimici furore vexato, nec ſine gr̄a facias eius animam a diabolo poſſideri: ſed potius a malignis oppreſſionibus liberata tibi referat gratias ſempiternas. Per dñm noſtrū Jeſum. Amen. Poſtea dicat. In noīe Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spūs ✠ ſancti. ℟. Amē. Benedictio. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. ℟. Amen. ℣. Ecce cru ✠ cem Domini, fugite partes aduerſę. ℟. Vicit leo de tribu Juda, radix Dauid. ℣. Dñe exaud. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobi. ℟. Et cum ſpi. Oremus. Oratio.

DEus angelorū, Deꝰ archangelorū, Deꝰ prophetarū, Deꝰ aplorū, Deus martyrū, Deꝰ virginū, Deꝰ p̄ dñi nr̄i Jeſu Chr̄i inuoco nomē tuū, ac p̄clarę maieſtatis tuę clementiam ſuppler expoſco, vt mihi auxiliū p̄ſtare digneris aduerſus hunc negſſimū ſp̄m, ⁊ oēm, q̄ vexat hoc plaſma tuū. Per. Exorcizatio.

EXorcizo te oīs immundiſſime ſpiritus, omnis incurſio aduerſarij, omnis ira, omne phantaſma, omnis legio. In fronte: In nomine dñi noſtri Jeſu ✠ Chriſti eradicare, explantare, ⁊ effugare ab hoc plaſmate Dei: ipſe tibi imperat diabole, qui ventis ⁊ mari imperauit ⁊ tempeſtatibus. Ipſe tibi imperat: qui te de ſupernis cęlorum in inferiora terrę demergi pręcepit. Hic ponit ſacerdos nomen ſpiritus: ⁊ pręcipit ei hoc modo, dicens.

PRęcipio tibi, quicunque es ſpiritus immunde in hoc corpore per merita glorioſę paſſionis, reſurrectionis, ⁊ aſcenſionis domini Jeſu Chriſti: per miſſionem ſpiritus ſancti, ⁊ per aduentum eius, vt oſtendas ⁊ dicas mihi nomen tuum, diē ⁊ horā exitus tui cum ſigno extinctionis luminis. Iterum pręcipio tibi per merita glorioſę virginis Marię matris Dei, ſancti Zenonis, Sancti Ambroſij, ⁊ Sancti Geminiani, Sancti Pętri martyris, ⁊ Sanctę Catherinę de Senis, ⁊ oīum scōrum ⁊ ſanctarū Dei, vt oſtendas ⁊ dicas mihi nomen tuum, ⁊ diē ⁊ horaꝫ exitus tui, cū ſigno extinctionis luminis. Iterum p̄cipio tibi ſub pęna excom-

excõicationis maioris ⁊ minoris, ⁊ authoritate beatoruꝫ Apl̃oꝝ Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorũ successorũ ipsius btissimi Petri Apli: vt oñdas ⁊ dicas mihi nomẽ tuũ, ⁊ diẽ ⁊ horã exitus tui, cum signo extinctionis luminis. Et si nñderit q plures sint: tũc in plurali psequere iurationẽ ⁊ p̃ceptũ supradictũ. Si vero non nñderit, vel responderit se esse solũ, tunc sequere in singulari vt vius.

AUdi ergo maledicte satana: audi ⁊ time victus ⁊ prostratus abscede. ✠ In nomine dñi nostri Jesu ✠ Christi. Tu ergo nequissime satana, inimicus fidei: aduersarius generis humani: mortis adductor: vitę raptor: iustitię declinator: malorum radix: fomes vitiorũ: seductor hoiuꝫ: proditor gentiuꝫ: incitator inuidię: origo auaritię: causa discordię: excitator dolorũ: dęmonũ magister: quid stas ⁊ resistis: cũ scias cũ tuas pdere vires? Illum metue, qui in Isaac immolatus est, in Joseph venundatus, in agno occisus, in homine crucifixus, deinde inferni triumphator extitit gloriosus. Recede In fronte In noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ spũs ✠ sci: ⁊ da locũ spiritui scõ: ⁊ p hoc signũ cru ✠ cis dñi nostri Jesu ✠ Christi. Qui cũ eodeꝫ patre in vnitate eiusdeꝫ spũs sancti vivit ⁊ regnat deus per oĩa secula seculorum. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et spir. Oremus. Oratio.

DEus conditor ⁊ defensor humani generis: qui hominem ad imaginem ⁊ similitudinem tuã formasti: respice sup hũc famu luꝫ tuũ N. qui dolis inuidi serpentis appetitur: quem vetus aduersarius hostis antiqꝰ terrę formidinis horrore circunuolat: ⁊ sensum mentis humanę stupore defigit, terrore conturbat: ⁊ metu trepidi timoris exagitat. Repelle dñe virtutes diaboli: fallaceſqꝫ eius insidias amoue: ꝓcul impius tentator aufugiat. Sit nominis tui ✠ signo In fronte famulus tuus ⁊ aĩa tutus ⁊ corpore. In pectore. Tu pe ✠ ctoris huius interna custodias. Tu vi ✠ scera regas. Tu cor ✠ confirmes. In aĩa aduersatricis potestatis tentamenta euanescant. Da ad hanc inuocationẽ nominis tui gloriã: vt qui hucusqꝫ terrebat, territus aufugiat, ⁊ victus abscedat: tibiq; possit hic famulus tuus N. ⁊ corde firmatus ⁊ mente syncerus debitũ prębere famulatum. Per dñm. Hic interroga de noie, vt supra, ⁊ pręcipe. Si vero nõ dicat nomen dęmonis, vel dęmonorũ: qui opprimunt corpus obsessi, dic in aure obsessi ter hunc. ℣. Deũ, qui te genuit dereliquisti, ⁊ oblitus

oblitus es dñi creatoris tui. Tunc sive respõderit sive non fideliter ⁊ sine intermissione prosequere coniurationem. Cõiuratio.

ADiuro te serpens antique per iudicẽ vivorum ⁊ mortuoruꝫ, per factorẽ mundi, per eum, qui habet ptãtem mittere te in gehennã: vt ab hoc famulo Dei N. q ad Ecclesię suę currit prę sidia, festinus discedas. Adiuro te non per meã infirmitatem, sed per virtutes spũs sancti: vt exeas ab hoc famulo Dei N. quem dñs Jesus Chr̃s fecit ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ suam. Cede, cede, nõ mihi, sed ministro Chr̃isti. Illius enim te vrgeat potestas, qui te affixus In fronte cru ✠ ci suo subiugauit imperio, Illius bra ✠ chiũ contremisce: qui de cunctis gemitibus inferni animas iustorũ ad lucẽ perduxit. Sit tibi terror corpus hoĩs: fitq; tibi terror imago Dei: nec resistas, nec moreris discedere ab hoie isto: q complacuit Deo, vt in hoie habitaret. Et ne me infirmissimũ ꝓtemnenduꝫ putes: dñi me pctõrem esse cognoscis. ✠ Imperat tibi Deus. ✠ Imperat tibi maiestas Chr̃isti. ✠ Imperat tibi Deus pr̃. ✠ Imperat tibi filius. ✠ Imperat tibi spũs sanctus. ✠ Imperat tibi fides Apl̃orum Petri ⁊ Pauli, ⁊ cęterorũ Apostoloruꝫ. ✠ Imperat tibi sanguis martyrum. ✠ Imperat tibi sacr̃m In fronte crucis. ✠ Imperat tibi mysteriorum virtus. ✠ Imperat tibi Jesus Nazarenus. ✠ Imperat tibi Verbum caro factuꝫ. ✠ Exi transgressor: exi seductor, plene omni dolo ⁊ fallacia, veritatis inimice. Da locum diriſſime: da locum impiſſime: da locum Chr̃isto: in quo nihil inueniſti de operibus tuis nephandis: qui te expoliauit: qui regnum tuũ destruxit: qui te victum ligauit: ⁊ vasa tua diripuit: qui te proiecit in tenebras exteriores: vbi tibi cum ministris tuis erit prępar atus interitus. Sed quid truculente recogitas? qui temerarie retractas? reus oĩpotenti Deo, cuius statuta transgressus es: reus Jesu Chr̃isto filio eius, quẽ temerarie ausus es tentare, ⁊ crucifigere prę sumpſiſti: reus humano generi: cui tuis persuasionibus mortis fructum ꝓpinaſti. Si adhuc non recesserit, tu humilius ⁊ attentius psequere: ⁊ nũquã moreris ꝓp nugas: aut quęcunq; verba falſa diaboli. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spi. Oremus. Oratio.

DOmine sancte, pater omnipotens, ęterne Deus: osanna in excelsis: pater dñi nostri Jesu Chr̃i: qui illum refugam tyrannũ gehẽnę ignibus deputaſti, quiq; vnigenitũ tuum in hũc

mundum

mundū misisti, ⁊ illū rugientez conterreret: velociter attende, ac celera, vt eruas hoiem ad imaginē ⁊ similitudinē tuā creatum a ruina ⁊ dęmonio meridiano. Da dñe terrorem super bestiā, quę exterminat vineā tuam: da fiduciā dñe seruis tuis ꝓtra nequissimū draconē fortissime stare. Non cōtemnat dñe sperātes in te, ⁊ de tua misericordia pręsumentes, nec dicat sicut in pharaone iā dixit: Deū non noui, ⁊ Israel non dimittā. Urgeat illum dñe dextera tua potens, discedere a famulo tuo. Ne diutius pręsumat captiuū tenere hoiem, quē tu ad imaginem tuam facere dignatus es, ⁊ in fine seculi per sanguinem filij tui redemisti. Per eundem dominum nostrum Jesum Christū ⁊c. ¶ Coniuratio. Adiuro te itaque draco nequissime in nomine ✠ in fronte agni immaculati, qui ambulat sup aspidē ⁊ basiliscū, qui ꝓculcat leonē ⁊ draconez, vt discedas ab hoie ✠ in fronte isto, discedas ab Eccla Dei: ✠ ista crux fiat super circunstantes. Contremisce ⁊ fuge inuocato noie illus, quem inferni tremunt, cui virtutes cęlorū ⁊ ptātes subiectę sunt, quem cherubim ⁊ seraphim indefessis vocibus laudāt dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus sabaoth. Imperat tibi Jesus Nazarenus, qui te (cū discipulos eius ꝓtemneres) elisum ⁊ prostratum exire iussit ex hoie. Quo pñte cū te ab hoie separasset, nec porcorū gregem psumebas contingere. Recede ergo nunc adiuratus in noie ✠ eius. In fronte ab hoie isto, quē ipse plasmauit. Durum est tibi Christo velle resistere, durū est tibi contra stimulū calcitrare: qz quanto tardius exis, tanto maius tibi supplicium crescit: qz non hoiem cōtemnis: sed illū, qui est dñator viuorū ⁊ mortuorū. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignē. ℟. Amen. ¶ Si adhuc non recesserit spiritus malignus, aut superius non riderit, pręcipe vt supra. Itez interroga qua causa venit, ⁊ quare opprimi cū. Interroga ēt si sint alij spūs opprimentes, ⁊ quot, ⁊ oēs eiciant. Esto prudens ⁊ circumspectus in interrogationibus ne decipiaris. Magis stude cum humilitate mentis, quę ad talia est necessaria, liberare creaturam Dei, quā loqui cuz dęmonibus, vel cum aliquo corum, sicut fecerunt sancti. Demum factus interrogationibus, si non recesserit, siue nō riderit, siue nō, prosequere cōfidenter ꝓiurationem sequentez. Coniuratio.

A Diuro te ois immundissime spūs, oē phātasma, ois incursio

sio satanę: in noie Je ✠ su Christi Nazareni, qui post lauacrum Jordanis in desertum ductus est: ⁊ te in tuis sedibus vicit: vt quem ille de limo terrę ad honorem glorię suę formauit, tu desinas impugnare, ⁊ in hoie miserabili non humanam fragilitatez, sed imaginē oipotentis Dei ꝓtremiscas. Cede ✠ ergo Deo, qui te humiliato famulo suo Job in feruitutem redegit. Cede ✠ Deo, qui te per Danielez puerū suū perdidit, ⁊ draconē prostrauit. Cede ✠ Deo, qui te per fidelissimū seruū suū Dauid, de rege Saule spūalibus canticis pulsum fugauit. Cede ✠ Deo, qui te per malitiam tuā in Pharaone ⁊ eius exercitu, per Moysen seruum suum in abyssum demersit. Cede ✠ Deo, qui te in Juda Iscarioth proditore damnauit. Ille cū te diuinis angit verberibus: in cuius conspectu cū tuis legionibus tremens ⁊ clamās dixisti, Quid nobis ⁊ tibi Jesu Fili Dei? Veniisti ante tps torquere nos. Ille te flammis perpetuis vrget, qui in fine tēporum dicturus est impijs, Jte maledicti in ignē eternū, quē preparauit pater meus diabolo ⁊ Angelis eius. Tibi cū impie ⁊ Angelis tuis vermes erunt, qui nunqꝫ morientur. Tibi ⁊ Angelis tuis in extinguibile pręparatur incendiū: qz tu es princeps maledicti homicidij, tu author incestus, tu sacrilegorum caput, tu artium pessimarum magister, tu hęreticorum doctor, tu totius obscęnitatis inuentor. Exi ✠ ergo impie. Exi ✠ scelerate. Exi ✠ cum oi fallacia tua: qz In fronte hoiem tēplum suū voluit esse Deus. Sed quid diutius morāris hic? Da honorez Deo ✠ Patri oipotenti, cui oē genu flectitur. Da locū dño Jesu ✠ Christo, qui pro hoie sanguinē suū sacratissimuz fudit. Da locum spū ✠ sancto, qui per beatum Apłum suum Petrum manifeste te strauit in Simone mago, qui fallaciā tuaz in Anania ⁊ Saphira ꝓdemnauit, qui te in Herode Rege honorem Deo non dante percussit, qui te in Elyma mago per Apłum suū Paulaz cęcitatis caligine perdidit, ⁊ per eundem de Phytonissa verbo imperans exire pręcepit. Discede ergo nunc, ✠ discede seductor. ✠ Tibi cremus sedes est: tibi habitatio serpens est: humiliare ⁊ prosternere. Jā non est differendi tps. Ecce cū dñator dñs proximat cito: ⁊ ignis ardebit ante ipsum: ⁊ pręcedet ⁊ inflammabit in circuitu inimicos suos. Si cū hoies fallis, Deū non poteris irridere. Ille te eiecit, cuius oculis nihil occultum est. Ille te expellit,

cuius

cuius virtuti vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, q tibi & Angelis tuis prępparauit ęternam gehennam: de cuius ore exiet gladius bis acutus, Aut venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignez. ℟. Amen. Si adhuc his dictis fatigatur oppressus, tunc sequere: & dic ℣. Domine exaud. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiri. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, pater dñi nostri Jesu Christi, te suppliciter deprecamur, vt imperes diabolo, qui hunc famulũ tuũ N. detinet, vt ab eo discedat: & libera eum, qui credit in verũ liberatorẽ dñm nr̃m Jesum Chr̃m: vt purgatus ab oi labe iniquitatis, maiestati tuę pura mente deseruiat. Per eundem dominum. His expletis, si spũs immundus non recesserit: reiciendũ est ab illo loco supra: in hoc exorcismo: vbi sic habetur. Omnipotens sempiterne Deus, a cuius faci. &c. fo. 319. & ordine p̃dicto p̃sequendũ est vsq3 in finem. Nec pp̃ hoc exorcista diffidat: qz sępe probatum est, q multiplicario in duobus vel tribus diebus adepta est victoriã: quã i vna vice tm̃ non potuit adipisci.

¶ Finit notabilis & efficax exorcismus contra demoniacos beati Ambrosij Archiepiscopi.

¶ Incipit alius Exorcismus optimus & probatus. ℣.

ADiutoriuz nostrũ in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum & terrã. ℣. Sit nomẽ dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc & vsq3 in seculũ. ℣. Ecce cru ✠ cẽ dñi: fugite partes aduersę. ℟. Vicit leo de tribu Juda. ℣. Deũ qui te genuit dereliquisti. ℟. Et oblitus es domini creatoris tui. Psal. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderũt eum, a facie eius. folio 187. Psalmus.

IN dño confido: qũo dicitis aię meę, transmigra in montem sicut passer? O m̃ ecce peccatores intenderunt arcũ, paraverunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Q m̃ quę perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit? D ns in templo sancto suo: dns in cęlo sedes eius. Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebrę eius interrogant filios hominũ. D ns interrogat iustũ & impiũ: qui aũt diligit iniquitatem, odit aiam snã. P luet sup pctores laqueos: ignis sulphur & spũs procellarũ pars calicis eorũ. O m̃ iust9 dns & iustitias dilexit: ęquitatem vidit vultus eius. ps. Deus in adiutorium. folio 17. ps.

Iudica

IUdica domine nocentes me: expugna impugnantes me. A p prehende arma & scutum: & exurge in adiutoriũ mihi. E ffunde frameã, & cõclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic aię meę, salus tua ego sum. C onfundantur & reuereantur quęrentes aiam meaz. A uertantur retrorsum & cõfundantur: cogitantes mihi mala. F iant tanq̃ pulus ante faciem venti: & angelus dñi coarctans eos. F iant vię illorum tenebrę & lubricũ: & angelus dñi persequens eos. Q m̃ gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobauerunt aiam meam. V eniat illis laqueus quẽ ignorant, & captio quam absconderunt apprehendat eos, & in laqueum cadant in idipsum. A nima autez mea exultabit in dño, & delectabitur super salutari suo. O ia ossa mea dicent: dñe quis similis tui? E ripiens inopem de manu fortiorũ eius, egenũ & pauperem a diripientibus eum. S urgentes testes iniqui, quę ignorabam interrogabant me. R etribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem aię meę. E go autẽ cũ mihi molesti essent, induebar cilicio. H umiliabam in ieunio aiam meã: & oro mea in sinu meo cõuertetur. Q uasi proximũ & quasi fratrez nostruz sic complacebã: quasi lugens & cõtristatus sic humiliabar. E t aduersum me lętati sunt, & cõuenerunt: & congregata sunt sup me flagella, & ignoraui. D issipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsanauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. D ñe q̃n respicies? restitue aiam meam a malignitate eoruz: a leonibus vnicã meã. C onfitebor tibi in Ecclesia magna: in populo graui laudabo te. N on supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Q m̃ mihi quidem pacifice loquebãtur, & in iracundia terrę loquentes dolos cogitabant. E t dilatauerunt super me os suum: dixerunt, euge euge, viderunt oculi nostri. V idisti dñe, ne fileas: domine ne discedas a me. E xurge & intende iudicio meo, Deus meus & dns meus in cãm meã. I udicia me fm iustitiam tuaz dñe Deus meus: & nõ supergaudeant mihi. N on dicant in cordibus suis, euge euge aię nr̃ę: nec dicant, deuorabimus eum. E rubescant, & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis. I nduantur confusione & reuerentia: qui maligna loquuntur super me. E xultent & lętentur qui volunt iustitiã meã, & dicant semper magnificetur dns qui volunt pacẽ serui eius. E t lingua

mea meditabitur iustitiam tuã, tota die laudẽ tuã. Kyrie eleison. Christe elei. Kyrie elei. Pater nr̃. ℣. Saluũ fac seruũ tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Mitte ei dñe auxiliũ de sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Dñe exau. ℟. Et cla. ℣. Dñs. ℟. Et cũ. Oremus. Dñe.

DOminus noster Jesus Christus Dei ⁊ virginis filius, qui in hũc mũdum apparuit, vt opera diaboli dissolueret ⁊ dissiparet, ⁊ discipulis suis, quos mittebat in vniuersum mundum ad prędicandũ euangeliũ oĩ creaturę, ptãtem dedit super oĩa dęmonia: vt languores curarent: per inuocationem sui sanctissimi nois, ⁊ per impositionẽ manuũ nostrarũ, ipse per suã misericordiã ⁊ pietatẽ, ⁊ per merita ⁊ preces beatissimę virginis Marię matris suę, ⁊ oĩum sc̃orum, ⁊ sc̃tarum Dei, dignetur dissoluere a te omne opus diaboli: vt de cętero nõ dñetur tibi inimicus: neque maledictus satanas creatura damnata ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a Deo in ęternum pp̃ suã nequitiã, audeat vexare corpus tuũ aut aĩaz tuã, non perturbare sensus tuos interiores vel exteriores, nec illudere tibi aliqua illusione vel persecutione fantastica: sed plene liberatus a ptãte satanę cum bono sensu ⁊ sapientia, cum sanitate mentis ⁊ corporis, scias te ipsum gubernare irreprehensibiliter per bona opera, in laudez ⁊ gloriam sanctissimi nominis dñi nostri Jesu Christi, ⁊ beatissimę virginis Marię matris eius, ⁊ saluationem aĩę tuę, ⁊ cõsolationẽ tui ⁊ tuoz. In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti. ℟. Ãn.

Initium sancti Euangelij ſm Joannez. In principio erat ver.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tẽpore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in ciuitatẽ Galilee, cui nomen Nazaret, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo Dauid: ⁊ nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eã dixit. Aue gr̃a plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio: ⁊ ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enĩ gr̃am apud Deũ. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiũ, ⁊ vocabis nomẽ eius Jesum. Hic erit

erit magnus ⁊ filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs Deus sedẽ Dauid pr̃is eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit aũt Maria ad Angelũ. Quõ fiet istud, qm̃ virũ nõ cognosco? Et rñdens Angelus dixit ei. Spũs scũs superueniet in te, ⁊ virtus altissimi obũbrabit tibi. Ideoque ⁊ quod nascetur ex te sanctum, vocabit filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: ⁊ ipsa concepit filiũ ĩ senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quę vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbũ. Dixit aũt Maria: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſm verbũ tuũ. Sequẽcia sancti Euangelij ſm Marcum.

IN illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis. supra fol. 83. In nomine Pa ✠ tris, ⁊ Fi ✠ lij, ⁊ Spiritus ✠ sancti. Amen. Chri ✠ stus vincit, Chri ✠ stus regnat, Chri ✠ stus imperat.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tpe: Reuersi sunt septuagintaduo discipuli cum gaudio dicentes: Domine etiam dęmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait: Videbam satanam sicut fulgur de cęlo cadẽtem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes ⁊ scorpiones, ⁊ super omnẽ virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus subijciuntur vobis. Gaudete autem, qa nomina vestra scripta sunt in cęlis.

EXgo maledicte diabole, creatura damnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a Deo in ęternũ pp̃ tuam nequitiam, spũs immũde, vbicunqz latitas in corpore istius N. recognosce sn̄iam tuam, ⁊ cognosce sn̄iam iustissimę dãnationis nequitię tuę. Et licet inuitus ⁊ coactus, ꝓtra tuã nequissimã voluntatẽ, da honorez Deo viuo ⁊ vero: da honorez Jesu Christo filio eius, dño ⁊ saluatori nr̃o: da honorẽ spũi sc̃o: ⁊ recede ab hoc famulo Dei N. ⁊ nũqm̃ de cętero ad ipsum accedes: qa istum sibi Deus ⁊ dñs nr̃ Jesus Christus ad suã sanctã gratiam ⁊ benedictionẽ, fontemque baptismatis dono suę gratię vocare dignatus est. Et hoc signum sanctę cru ✠ cis, qõ nos in fronte eius damus, tu maledicte diabole damnate atque dãnãde, spũs immunde, nunqm̃ audeas violare per nomen ⁊ per virtutẽ eiusdẽ dñi nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignem.

AUdi maledicte satana: audi creatura dãnata ⁊ reprobata ⁊ maledicta a deo in ęternum propter tuam nequitiam: audi

Au ⁊ spiritus

spūs immunde vbicūnq; latitas in corpore istius N. adiuratus per nomē ęterni Dei ⁊ saluatoris nr̄i Jesu Chr̄i, cum tua victus inuidia tremens gemensque discede. Nihil tibi cōe sit in isto famulo Dei N. da igitur honorē adueniēti spū scō: qui ex summa ęli arce descendens perturbatis fraudibus tuis, diuino fonte purgatū pectus, scissimum deo tēplū ⁊ habitaculū perfecit: ⁊ ab omnibus penitus noxijs prętęritorū criminū in baptismate liberauit: vt sic perenniter deo grās referat semper: ⁊ benedicat nomen eius sanctum in secula seculorum. Amen. Exorcizatio.

EXorcizo te, ⁊ adiuro, ⁊ anathematizo te immunde spiritus ⁊ creatura dānata, ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a Deo in ęternuꝫ propter neqtiā tuā, spiritus immūde vbicūque latitas in corpore istius N. in noīe Dei pa✠tris, ⁊ in noīe Jesu Christi fi✠lij eius dn̄i ⁊ Saluatoris nr̄i, ⁊ in virtute spūs ✠ sancti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo Dei N. ⁊ nunq̄ de cętero ad eum accedas. Ipse eī̄ tibi imperat maledicte damnate: qui pedibus supra mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexterā porrexit. Qui venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos, ⁊ seculū per ignē. ℟. Amen.

NEc te lateat maledicte satana, nec te lateat creatura damnata, ⁊ reprobata, ⁊ maledicta a Deo in ęternum pp nequitiam tuam: nec te lateat spiritus immunde vbicunque latitas in corpore istius viri, vel mulieris, imminere tibi diē iudicij sempiterni, diem, qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi ⁊ oībus angelis tuis apostaticis ęternus supereniet interitus. Et ideo pro tua nequitia dānate atq; dānande, da honorē Deo ✠ vivo ⁊ vero: da honorē Jesu ✠ Chr̄isto Deo ⁊ saluatori nostro: da honorē spūi ✠ sctō: in cuius noīe atque virtute ego p̄cipio tibi immunde spūs vbicumq; latitas in corpore istius N. vt exeas ⁊ recedas ab eo: ⁊ numq̄ de cętero ad ipsum accedas: quia istū deus ⁊ dn̄s nr̄ Jesus Chr̄s ad suaꝫ scām grām ⁊ benedictionē fontēq; baptismatis dono suę grę vocare dignatus est: vt fieret eius tēplū per aquā regn̄ationis, ⁊ remissionem oīum peccatorū per nomen ⁊ virtutem eiusdem Dei ⁊ dn̄i nostri Jesu Chr̄sti: Qui venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos ⁊c. ℟. Amen.

De summa trinitate ⁊ fide catholica. cap. Firmiter.

FIrmiter credimus, ⁊ simpliciter confitemur q̄ vnus solus est verus Deus, eternus, immensus, ⁊ incōmutabilis, ⁊ incomprehensi-

prehēsibilis, oīs, ⁊ ineffabilis, Pater ⁊ Filiꝰ ⁊ Spūs sctūs, tres quidem personę, sed vna essentia, substantia seu natura simplex oīno. Pater a nullo, filius a pre solo, ac Spūs sctūs pariter ab vtroq; absque initio semper ac fine: pr̄ generans, filius nascens, ⁊ Spūs sctūs procedēs, ꝙ substātiales ⁊ coęquales ⁊ cooīpotentes, ⁊ coęterni: vnū vniuersorū principiuꝫ, creator oīum visibilium ⁊ inuisibiliū, spūaliū ⁊ corporaliū: qui sua oīpotenti virtute simul ab initio tpis vtrāq; de nihilo cōdidit creaturā, spūalē ⁊ corporalē: angelicaꝫ vcꝫ ⁊ mundanā, ac deinde humanā quasi cōem ex spū ⁊ corpore ꝙstitutam. Diabolus eī̄ ⁊ alij dęmones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: homo vero diaboli suggestione peccauit. Hęc sancta Trinitas ꝟm cōem essentiam individua, ⁊ ꝟm personales proprietates discreta per Moysen ⁊ sanctos prophetas alioſque famulos suos ordinatissimā dispositionē tpum doctrinā humano generi tribuit salutarem. Et tandeꝫ vnigenitus Dei filius Jesus Chr̄istus a tota trinitate cōiter incarnatus, ex Maria semper virgine spiritus sancti cooperatione conceptus, verus hō factus, ex aīa rōnali ⁊ humana carne cōpositus, vna in duabus naturis persona, viam vitę manifestius demonstrauit. Qui cum ꝟm diuinitatem sit immortalis ⁊ impassibilis, idē ipse ꝟm humanitatem factus est passibilis ⁊ mortalis: qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus ⁊ mortuus descendit ad inferos: resurrexit a mortuis, ⁊ ascendit in cęlum: sed descendit in aīa: ⁊ resurrexit in carne: ascenditq; pariter in vtroque venturus in fine seculi, iudicaturus vivos ⁊ mortuos, ⁊ redditurus singulis ꝟm opera sua tam reprobis, quaꝫ electis: qui oēs cuꝫ suis proprijs resurgent corporibus: q̄ nunc gestant: vt recipiant ꝟm opera sua siue bona fuerint, siue mala, illi cū diabolo penā perpetuaꝫ, ⁊ isti cū Chr̄o gloriā sempiternā. ¶ Una vero est fideliuꝫ vl'is Eccl'a: extra q̄ nullus oīno saluat, in qua idem ipse sacerdos est ⁊ sacrificium Jesus Chr̄s: cuius corpus ⁊ sanguis in sacramēto altaris sub spēb⁹ panis ⁊ vini veraciter cōtinet: transubstantiatis pane in corpus, ⁊ vino in sanguinē ptāte diuina: vt ad perficiendum mysteriū vnitatis accipiam⁹ ipsi de suo, quod accepit ipse de nr̄o. Et hoc vtique sc̄m nemo pōt conficere nisi sacerdos: qui rite fuerit ordinatus ꝟm claues ecclesię: quas ipse concessit Apostolis eorumq;

successoribus Jesus Christus. Sacramentuz baptismi, quod ad Dei invocationē, z individuę Trinitatis, vcz patris z filij z spūs sancti ꝓsecratur in aqua, tam parvulis q̄ adultis in forma ecclę a quocunque rite collatū proficit ad salutē: z si post susceptionez baptismi, quisquā prolapsus fuerit in pcm̄, per veram pōt semper pniam reparari. Nō solū aūt virgines z ꝓtinentes, veruz ēt coniugati per fidē rectā, z per operationē bonam placentes Deo, ad ęternam merentur beatitudinem pervenire. Hoc vero sacro approbante concilio credimus z confitemur, quod vna quędam summa res est, incomprehensibilis quidem z ineffabilis, quę veraciter est pater z filius z Spiritus sanctus: tres simul personę, z quęlibet carum singillatim illa essentia est.

Symbolum Athanasij cpi. Quicunque vult salvus esse. fol. 137.

I A huius igitur veritatis firmissimę atque certissimę virtute, te immunde spiritus atqz spurcissime z miserrime, quicunque es, sive vnus, sive plures qūocunque ad hunc famulum oipotentis Dei, z templuz eius in baptismo creatuz, vel in cibo, vel in potu, vel quacunque malefica superstitione, vel tua malignitate nequissima, aut exigentibus culpis z criminibus suis, ad ipsum accessiuz hȝe p̄sumpsisti, vel p̄sumpsistis: vbicunque latitaȝ vel latitatis in hoc famulo Dei N. a planta pedis vsque ad verticē: vel in vestibus, sive aliquibus sibi adhęrentibus: in hoc loco habitationis eius, vel vbicunque sis, te requirimus, te citamus: z temerariam z p̄sumptuosam invasionez, agitationem z perturbationem huius famuli Dei N. iniustissimā ex parte tua, z nequissima voluntate tua interdicimus, non nostris viribus, sed fortiori potestate oipotentis Dei z dñi nr̄i Jesu Christi filij eius: qui superveniens in atrium mundi huius principem tuum cum oībus immūdis z miserrimis satellitibus infernalib⁹ vicit, z vasa diripuit.

Audi ergo qūo iniuste z iniquissime hūc Dei famulū inquietare p̄sumpsisti. Nā cū ꝓp inobedientiā primi parentis nostri Adę, iustitia iustissimi Dei nostri oipotentis permittente iniquissimus princeps tuus ipsum z oēm posteritatē suam ab eo seminali rōne propagataz durissima tyrannide per multa annorū spatia oppressisset, feriret dire, in vinculis carceris infernalis teneret, tandem adveniente plenitudine tpum, misit Deus p̄ pissimū filiū suū natū ex intemerata virgine, factū sub lege. Et cum princeps

princeps tuus improbus ac temerarius exactor, in vnigenitum Dei filiū, mediatorē Dei z hoiuz, agnuz tollētē peccata mundi, dementia sua sacrilega attentasset invadere z ferire, tandez post Herodis impij in euz persecutionē, post ꝓtumelias, cōuicia, opprobria, immisit in cor proditoris Judę, z impioruz Judęoruz: z ipso agno mansuete volente, z voluntarie se pro redēptione offerente vinciri fecit, z flagellari, iniuste cōdemnari, nudari, z in cruce affigi. Quę oia mitissimus agnus Dei oipotētis filius pro salute nostra, qz ipse voluit, pertulit: vt nos z hunc famuluz Dei N. a vinculis oium immūdorum spirituum liberaret, livore suo sanaret, ab erumna eriperet, dñatione nudatos a vobis impijs latronibus infernalibus reindueret veste innocentię, z gratię: quę nos in protoplasto parente cōtra oipotentis Dei imperiū rapuimus, exoluit: offerens se fructū benedictuz ventris gloriosę virginis, pro interdicti fructus esu: cruore ex quinq vulnerib⁹ largiter fuso, redemit: morte sua gloriosa nostrā destruxit: z principē tuum cū oībus satellitibus ac apostaticis immūdis spiritibus cū crederet se in ipso aliquid sui invenire captivauit: z nos credentes maxime sibi liberauit. Inter quos z de quorum numero dono gratuitę misericordię suę, nos esse profitemur. Et ptātem discipulis suis dedit calcandi super vos immundos spiritus: z ad invocationem sui sanctissimi nominis virtutez z ptātē expellendi vos immundos spūs ab obsessis corporibus, vel domibus, vel habitaculis: z in virtute z iustitia passionis tuę qua dilexit nos, z lavit nos a peccatis nostris in sanguine suę innocētię vos ejiciendos tradidit. In virtute igitur z honore huius summi Imperatoris regis regum, z dñi dñantium, dñi Jesu Christi: in cuius noie oē genu flectitur cęlestiuz, z terrestriū, z infernoruz: qui venturus est iudicare vivos z mortuos, z seculum per ignem: nos quos de numero discipulorū licet indignos esse voluit: per quos in persona sua panis z vinū, vt pote in verbo creatoris, virtute spūs sctī in carnem z sanguinē transubstantiat: te ✠ requirimus: te ✠ citamus: tibi ✠ pręcipimuz: inter ✠ dicimuz: ac diffinitive ✠ prohibemus: vt ✠ nunc exeas, z opera tua vel aliorum maleficia operata quomodocūque dissolvas, z amoveas: z nūq̄ de cętero in eo causes, vel facias, nec per te nec p alios illa vel similia. Cōtradicētes vero, z ꝓtra stimuluz calcitrātes sicut durissimos

Universidad de Deusto
Biblioteca

simos Pharaones obduratos anathema ✠ tizamus ⁊ excõica ✠ mus, propter obsessionẽ ⁊ molestiã huius creaturę oipotentis Dei M. ita ꝙ de cętero non psumatis neqz vos, neqz alij vice vestra immundi spũs molestare, inquietare, pturbare corpus, nec sensus eius interiores vel exteriores, a planta pedis vsqz ad verticem, ne aliquid ipsius attingere. Si vero aliquid iuris allegare psumitis: interponimus pciosissimũ sanguinẽ imaculati agni dñi nri Jesu Chri: qui vt scripsit Joannes Euangelista, est propitiatio pro pctis nris: ⁊ non tm̃ pro nris, sed ẽt totius mundi: etiaz si essent mille mundi. Qui ẽt supra splendorẽ solis apparens btõ Paulo, cũ mitteret eũ ad pdicanduz in oẽs gentes ⁊ populos dixit: vt cõuertant a tenebris ad lucẽ, a ptãte satanę ad Deũ viuũ, accipere remissionez pctõrũ, ⁊ sortẽ inter scõs, quę est per fidem, quę est in me dixit sanctissimus ⁊ tremebunduz Imperator cęlestis dñs Jesus Chris. Hanc vero fidem ⁊ hic famulus Dei ⁊ nos firmiter credimus, ⁊ simplr ꝓfitemur: ⁊ in ea velle viuere ⁊ mori ꝓfitemur. Cum igitur nil iuris habeatis in eũ: vti maligni inuasores, ⁊ iniqui vsurpatores, prędones, ⁊ latrones infernales discedite ab hoc famulo Dei, ⁊ sanctissimi summi ✠ Imperatoris nri: quẽ nos ⁊ vos ⁊ ois creatura cõtremiscit: discedite a domo, ⁊ a oi loco habitationis eius, ⁊ oium fidelium: super quos inuocatũ est nomen bonũ ⁊ glorioſum summi Imperatoris nostri Jesu Chri: ⁊ ite sine mora in locũ desertũ, vel in locũ Sodomęz Gomorrhę. Quod si pertinaciter adhuc resistitis: ⁊ inobedientes huic nostro mandato, quin potius cõtumaces ac rebelles cõtra stimulũ oipotentis Dei calcitratis: ꝙ non cedet vobis impune: qz non hoies, sed oipotentez ⁊ summum Imperatorem Deũ ꝓtẽnitis: In eius noie ⁊ authoritate atqz virtute vos exorci ✠ zamus, pręci ✠ pimus, ✠ anathema ✠ tizamus, probi ✠ bemus, ⁊ interdi ✠ cimus molestiã ⁊ inquietationem, ⁊ perturbationẽ istius creaturę Dei M. ⁊ oium hic astantiũ, ⁊ fidelũ: presertim huius habitationis oipotentis Dei. Mã quę conuentio lucis ad tenebras, ⁊ Christi ad belial? Ecce nunc inuocamus oipotentẽ ⁊ summũ Imperatorem dñm nr̃m Jesum Chr̃m, cuius glorioſum nomen ⁊ inuocationẽ temere velut ille obduratus Pharao cõtẽnitis, ⁊ hucusqz cõtẽpsistis, btissimam virginẽ Dei genitricẽ Mariam, ⁊ oẽs Angelicos beatos spũs, ⁊ ciues supernos,

pernos, patres nostros Patriarchas, pphetas, Apostolos, martyres, ⁊ cõfessores atqz virgines, ⁊ speciales patronos nostros beatissimum Dominicum patrem nostrum, Petrum martyrez glorioſum, beatum Thomam, beatum Vincentium, beatũ Antonium Episcopum ⁊ cõfessorem: qui multos de satellitibus vestris in digito omnipotentis Dei ciecerunt: beatissimam Catherinaz Senensem virginem ⁊ sponsam Jesu Christi purissimam: quę mirabili gratia Dei contra vos dęmones prędaluit, sanctũ M. vel sanctã M. vel sanctos M. qui faciem Dei oipotentis contemplantur: qui vos siue vnum siue plures qñcunque accessum habere prędsumpseritis ad hunc famuluz Dei M. vel ad locũ habitationis eius, per sanctum Angelum ab oipotente missum ante diem tremebundi iudicij, quemadmodum per beatum Bartholomęum in India fecit Astaroth ⁊ Berith, cathenis ignicis alligabit: ⁊ in abyssum gehennę infernalis, ⁊ lacus ignis ardentis sulphurez mittet: cuius fumus ascendet in scla sclorum. Amẽ.

DAte itaque honorem oipotenti Deo, ac summo imperatori Deo Pa ✠ tri ⁊ Fi ✠ lio eius dño Jesu ✠ Christo: qui dilexit ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: in cuius nomine oẽ genu flectitur, cęlestiũ, terrestriũ, ⁊ infernoz: ⁊ Spiritui ✠ sancto, in cuius noie atqz virtute hoc peremptorio ⁊ diffinitiuo mandato pręci ✠ pimus, mãdamus, ✠ arctam⁹, ✠ ⁊ anathematizamus, ✠ vt recedatis ab hoc famulo Dei M. ⁊ a loco habitationis eius, ⁊ omnium fideliuz, absque lęsione alicuius, in desertũ locũ, vsqz ad diez tremebũdi iudicij: ita ꝙ de cętero huc appropinquare, neqz vos neqz alij vice vestra valeatis ad innadendum, inquietandum, ⁊ perturbandum hunc famulũ Dei M. neqz sensus eius exteriores, vel interiores neque aliquem de hic habitantibus: quia ipsos Deus ⁊ dñs noster Jesus ad suam sanctam gratiam ⁊ bene ✠ dictionem fontemqz baptismatis dono vocare dignatus est: vt fieret eius templum per aquam regenerationis ⁊ remissionem omnium peccatorum, per nomen ⁊ virtutem eiusdem domini nostri Jesu Christi, Qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculũ per ignem. Deo aũt gratias qui nobis per Jesum Christum dñm nostrũ victoriam donauit.

CUm itaque iniquissimus satanas caput ⁊ princeps iniquorum omnium, qui tyrannidem suam solus exercitare poterat

rat in filios Adę, ab ipso seminali ratione propagatos, extendere presumpserit in summum Imperatorem ⁊ Regem Regum, ⁊ dominum dominantium, Deum, ⁊ omnipotentis Dei vnigenitum, agnum immaculatum, in quo non habebat quicquam: ⁊ ob hoc ab ipso domino nostro Jesu Christo saluatore nostro: qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, cum sociis suis Angelis ⁊ demonibus apostaticis, de quorum numero es tu miserrimus ⁊ iniquus inuasor, excecatus, ⁊ ab eo iudicatus, superatus, captiuatus, vinctus fuerit: ⁊ nos ⁊ in ipsius credentes, ⁊ in virtute Trinitatis Deificę baptizatos, ⁊ aliis sacramentis ab ipso filio Dei institutis iniciatos, de potestate tua satana idem filius Dei eripuerit iuste ⁊ potentissime: ⁊ protestatus sit beato Paulo Aplo suo, apparens ei supra splendorem solis lucidior in via, media die: Idcirco malignissime, spurcissime, miserrime satana ⁊ immundissime spiritus: iam tertio exorcizo te, ⁊ aduro te in nomine omnipotētis ⁊ summi Imperatoris nostri Jesu Christi, vt recedas ab hoc famulo Dei N. ⁊ ab omni loco creaturarū eius. Nā quę societas lucis ad tenebras, ⁊ Christi ad belial? Et nunc cum velut alter Pharaon induratus, nō nostrīs seruos ⁊ ministros eius, sed mandata summi Imperatoris Dei contumaciter ꝓtempseris: idcirco ex parte oīpotentis Dei, sanctę ⁊ indiuiduę Trinitatis, vcz Pa + tris ⁊ Fi + lij ci⁹ domini nostri Jesu Christi, qui dilexit nos: ⁊ Spiritus + sancti, quem effudit in nos abunde per lauacrum regenerationis: qui est inuictę virtutis, ⁊ insuperabilis imperij semper magnificus triūphator: qui diabolicę dominationis vires reprimit, ⁊ potenter expugnat: qui te refugam ⁊ immundū spūm, diabolum ⁊ demonē infernalē cum sociis demonibus superbissimis gehennę deputauit incendijs, tibi iterum pręci + pimus, anathema + tizamus, ⁊ exorci + zamus: vt velociter absque offensa alicuius pīntū, vel absentiuz, super quos inuocatū est nomen gliosum summi Imperatoris dñi nostri Je + su Chri + sti, recedas ab hoc famulo Dei N. vel loco, vel monasterio, vel territorio huius patrię: ⁊ vadas in locū desertū: ita ꝙ de cętero nō psumas ad ipm accedere, nec corpus eius interius vel exterius per maleficia tua aberrare facere: neque ad locū istuz appropinquare, inquietare, vel molestare ipsum, vel aliquem, vel aliquos hic habitantes, a planta

planta pedis vsque ad verticem. Per virtutem eiusdem dñi nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos.

Item eadem authoritate eiusdem summi Imperatoris, ⁊ inuictę virtutis eius: qui te refugam atque apostatam diabolum gehennę deputauit, ⁊ in virtute totiuz curię cęlestis, s. intemeratę semper virginis Marię beatissimę matris vnigeniti filij Dei Saluatoris nostri, ⁊ oium cęlestium beatorū Ordinuz, ⁊ triplicis Hierarchię, scilicet Seraphim, Cherubim, Thronorū, Dominationū, Virtutū, Potestatum, Principatuum, Archangelorū, ⁊ Angelorum: qui semper vident beatissimā faciez patris omnipotentis in cęlis, patrum nrorum, Patriarcharum, Prophetarum, sanctissimorum Aplorum Petri ⁊ Pauli, ⁊ aliorum Aplorum, Martyrū, Confessorum, ateq; sanctaruz Virginum, ⁊ omnium electorum eius, precipuę autem beatissimorum patronorum nostrorum, vcz B. Dominici patris nostri, gloriosi Petri martyris, B. Thomę, B. Vincentij. B. Antonini cpi ⁊ confessoris, ⁊ B. Catherinę de Senis, ⁊ officii mei sacerdotalis, cuius ministerio in sacrificio Altaris verum corpus ⁊ sanguis Christi conficitur omnipotenti virtute Dei nostri, te refugam apostatam miserrimum, immundum spūm, ⁊ diabolum in his scriptis excōicamus, ⁊ excōicatum decernimus: orantes omnipotentez Deum nostrum, a cuius domicilio miserrime, cum diceres eum principe tuo, in cęlum conscendam, cecidisti, ⁊ ex Angelo effectus es immundus diabolus ⁊ satanas: vt per merita passionis suę ⁊ iustitiam, ipse Deus ⁊ dñs noster Jesus Christus, qui dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, pro contēptu maiestatis suę iuste tibi retribuens, ⁊ per merita ⁊ intercessionem omnium supernorum ciuium mittat Angeluz lucis sanctum ⁊ bonum: qui te contemptorem sanctissimi nominis ⁊ vexilli summi Imperatoris catenis igneis alligatum, quotiescunque ad hunc famulum Dei N. vel locum eius presumpseris appropinquare, tradat in abissum inferni, ⁊ in lacum ignis, ⁊ ardentis sulphuris: vbi ante diem extremi iudicij excrucieris die ac nocte: ⁊ fumus tormentorum tuorum ascēdat in secula seculorum. Amen. In noie Pa + tris, ⁊ Fi + lij, ⁊ Spūs + sancti. Amen. Qui non diligit dominum Jesum anathema sit. Amen.

¶ Fiunt exorcismus.

¶ Incipit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incipit exorcismus optimus contra demoniacos & maleficiatos, & incantationes, & facturas. & domos a diabolo vexatas.

IN nõie sanctę & indiuiduę Trinitatis contra oẽs maleficiorũ vanitates, & incursus demonũ signũ sanctę crucis ✠ saluatoris nostri Jesu Christi tolle ptãtem: tolle impetũ satanę & angelorũ eius: & nõ permittas nocere isti creaturę Dei N. sed vadant in loca arida. Memento nostri domine, sicut iurasti patribus nostris Abraham, Jsaac, & Jacob: vt inde exeant & recedant ab hac creatura Dei N. & vadant in loca arida & sterilia, inaquosa, & inhabitabilia. Vade retro satana cum angelis tuis apostaticis. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem.

COniuro vos angeli tartarei per cuꝫ, qui vos eiecit de supernо cęlorum habitaculo: qui fertis malum contra genuꝫ humanum. Adiuro ✠ vos per quatuor Euãgelistas, & per tremendum diẽ iudicij, & per terribilẽ Judicẽ. Et adiuro vos per nomina sacratissima oipotẽtis Dei, vcꝫ. Messias ✠ Sother ✠ Emmanuel ✠ Sabaoth ✠ Adonai ✠ Unigenituꝫ ✠ Via ✠ Vita ✠ Veritas ✠ Omousion ✠ Principiuꝫ ✠ Primogenitus ✠ Sapientia ✠ Fons ✠ Origo ✠ Paracletus ✠ Mediator ✠ Agnus ✠ Ouis ✠ Alpha & Omega ✠ Caput & finis ✠ Simul vocitatus ✠ Serpẽs ✠ Aries ✠ Leo ✠ Vermiꝫ ✠ Verbũ ✠ Splẽdor ✠ Lux ✠ Imago ✠ Elia ✠ Sol ✠ Panis ✠ Floꝫ ✠ Vitis ✠ Mons ✠ Janua ✠ Terra ✠ Lapis angularis ✠ Sponsus ✠ Pastor ✠ Prophetа ✠ Sacerdos ✠ Athanatos ✠ Iscbiros ✠ Pantheõ ✠ Eliseon ✠ Aquila ✠ Tetragrammatõ ✠ Dominuꝫ Jesus Christuꝫ ✠ Per nomina ista sacratissima adiuro ✠ vos & contestor angeli satanę, ita pñtes ꝫ sicut absentes, ita absentes sicut pñtes: vt exeatis & recedatis cũ maleficijs & iniquitatibus vestris ab hac creatura Dei N. & eatis ad deserta loca & arida, vbi non aratur, nec seminat, nec nomẽ dñi invocatur, nec nosatur: neqñ in die iudicij ante tribunal Christi venientes dicatis: nullus nobis cõtradixit: nullus nos coniurauit. Ego vero ex parte oipotẽtis Dei sctẽ & indiuiduę Trinitatiꝫ, vcꝫ Pris, & Fili & Spũs sci cõiuro vos & ꝓtradico vobis: vt exeatis de corpore, & de mẽbris istius creaturę, vobis etiam cõtradicit ipse

ipse pater domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Jncreatus ✠ pater. Jncreatꝰ ✠ filius. Jncreatus ✠ Spiritus sanctus. Jmmensus ✠ pater. Jmmensus ✠ filius. Jmmensus ✠ spũs sanctus. Aeternus ✠ pr̃. Aeternus ✠ filius. Aeternus ✠ spũs sanctus.

EGo coniuro vos demones per Pa ✠ trem, & per fi ✠ lium, & per spiritum ✠ sanctum: per Angelos: ✠ per Archangelos: ✠ p Thronos: ✠ & Dñationes: ✠ Principatus: ✠ Potestates: ✠ Cherubim: ✠ & Seraphim: ✠ & Virtutes cęlorũ: ✠ & recuperationem animaruꝫ: ✠ & per omnia mirabilia, quę fecit dñs in cęlo & in terra: vt nomina vestra manifestetis: & inde exeatis cum iniquitatibus vestriꝫ, & maleficijs. Per eum, qui vẽturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem.

COniuro vos malignos spiritus per virtutẽ Dei omnipotẽtis, & sanctissimũ & dulcissimũ lac, & sacrosancta vbera virginis Marię, quę lactauerunt Jesum Chm̃ dñm nr̃m filium Dei, vt dicatis mihi qũo intrastis in corpore, siue in persona huius creaturę Dei N. Et cito inde exeatis. Per eum qui ventur? est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen.

COniuro vos per pretiosissimũ sanguinẽ, qui exiuit de latere Christi in cruce pendentis: & adiuro vos per gloriosam virginem Mariam matrem eiusdem Dei & dñi nr̃i Jesu Christi: & p millia milliũ Angelorꝫ Deo ministrantiũ: & per collegiũ Aplorũ: Coniuro vos ẽt per quatuor Euãgelistas, Matthęũ & Marcum, Lucã & Joannẽ. & per septẽ cęlos, & per vigintiquatuor seniores, & per diẽ tremendi iudicii, & per quatuor aialia, quę assistunt ante thronũ Dei, ✠ & per cęlũ, & per terraꝫ, ✠ Solẽ, ✠ & Lunã, ✠ & stellas, ✠ & corũ noia, ✠ & p sanctos Patriarchas, s. Abraham, Jsaac & Jacob: vt statim exeatis de corpore, siue de mẽbris & persona istius creaturę Dei N. & de domo eius, audito nõie sanctissimo dei tetragrãmatõ, cito procul fugiatis & vadatis in loca, vbi, non noceatis aliquibus fidelibus christianis. Per virtutem eiusdem dñi nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. ℟. Amen.

ADiuro vos demones p pręz ✠ & filiũ ✠ & spũz ✠ sctũm, & oẽs ordines ✠ angelorũ Deo ministrãtiũ, ✠ & p senatuꝫ Aplorũ, ✠ & per cẽtũ quadragintaquatuor millia Martyruꝫ:

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt amplius non habeatis lniam, nec ptātem super hanc creaturā Dei A. vel domū eius: fugite miseri ⁊ sceleſtiſsimi hinc: ⁊ defluere vos faciat Deus, sicut defluit cera a facie ignis: vt amplius nō habeatis ptātē faciendi vllūz dolorem vel timorem vel dānum, nec vllū malū super carnē, nec in carne, nec in membriſ huius creaturę Dei A. vel in domo eius. Per eū qui venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. ℟. Amen.

Initium sancti Euangelij ſm Joannem. In principio erat verbum. fol. 86.

Sequentia sancti Euangelij ſm Matthęum.

CUm natus esset Jesus isſ Bethleem Judę in diebus Herodis regis: ecce Magi ab oriente venerūt Jerosolymaz dicentes. Ubi est qui natus est rex iudęorum? Vidimus enī stellam eius in oriente: ⁊ venimus adorare cū. Audiēs autem Herodes rex turbatus est: ⁊ ois Jerosolyma cū illo. Et congregans oēs principes sacerdotum ⁊ scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleē Judę. Sic enim scriptū est per prophetam. Et tu Bethleez terra Juda nequaquā minima es in principibus Juda: ex te enī exiet dux, qui regat populum meū Jsrael. Tūc Herodes clā vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tps stellę, quę apparuit eis. Et mittens illos in Bethleem dixit. Jte, ⁊ interrogate diligenter de puero: ⁊ cū inueneritis renunciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorem eum. Qui cū audissent regē, abierunt. Et ecce stella, quaz viderant in oriente, antecedebat eos vsqz dum veniens staret supza vbi erat puer. Videntes aūt stellā gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū, inuenerunt puerū cum Maria matre eius: ⁊ procidentes adorauerunt cū. Et aptis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurū, thus, ⁊ myrrhā. Et rſpso accepto in somnis ne redirent ad Herodē, per aliā viā reuersi sunt in regionem suam, ℟. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. Oremus. Oratio.

GRatiā tuam, qs dne, mentibus nostris infunde: ⁊ illud lumen splendidū cordibus nostris irradia, quod trium Magorum mentibus inspiraſti. Per Ch. ℟. Amen. Coniuratio.

COniuro vos dęmones infernales, spūs malignos per Patrē, ✠ p Filiū, ✠ ⁊ per Spūm sanctū, ✠ vt non mentiamini: sed dicatis mihi veritatem, quis est ille, qui debet vos hinc expellere de persona huius creaturę Dei A. vel de domo eius: vt

vt omnes astantes intelligant, ⁊ audiant veritatē: alioquin mittam vos in profundum inferni, in loca pęnarum magnarum, de quibus non exibitis: per virtutem domini nostri Jesu Christi. Qui venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos, ⁊ seculum per ignē. ℟. Amen. Dic repete superiorem coniurationem cum magna fide ⁊ efficacia: ⁊ videbis mirabilia. Coniuratio.

uis, transfertur in sequentem diem, cum commemo. octauę, quę
si fuerit simili festo impedita, predictum festum semiduplex ve-
niens in Dominica, transfertur post octauam.

¶ Si duo festa nouem lectio. simul eodem die veniunt, fiat offi-
cium de dignior, seu de maiori: ꝛ quod minus est transferatur.

¶ Si plura festa nouem lect. transferenda essent, prius trans-
feratur duplex, quam semiduplex ꝛ inter plura duplicia, quod est
dignius semper prius transferatur, ꝛ prius celebretur: alioquin
si sunt equalia, vnum ante aliud transferatur suo ordine.

¶ Festum simplex nunquam transferatur, sed si de eo offiũ fieri
non potest, fiat commmemo. vt dictuz est in rub. de Commemo-

rationibus: si alitem venerit in diebus, in quibus de simplici nulla fit commemo. eo anno non fit de eo amplius.

¶ Si aliquod festum nouem lect. in quo annotatum est fieri cõme. alicuius sancti, transferatur ꝓpter aduenientem Dñicã, vel aliud festum maius: non tamen transfertur cum illo commem. illius sancti in eo assignata: sed dicta commem. fit die suo in Dominica, vel alio festo, in quo fieri possit cum sua nona lectione: si propriam de vita sancti habuerit: festum vero nouem lect. transfertur sine vlla amplius cõmemo. festi simplicis prędicti. Nõ etiam seruatur in comemo. occurrẽtibus in vigilijs: cum de vigilia veniente in Dominica, fit in sabbatho: tunc eñ commem. festi simplicis non fit in Officio vigiliæ: sed in Dominica.

De Concurrentia Officij.

¶ Oncurrentia officij attendenda est semper in secundis vespe. quomodo sit ordinandum officium cum sequenti die. Itaque cum dicitur officium aliquod cum alio cõcurrere, intelligitur de prędcedenti in ij. Vesp. cum sequenti in primis Vesp. vt de hodierno in Vesperis cum sequenti in crastino.

¶ Duplici ergo in secundis vespe. cõcurrente cum alio seqũenti duplici, regulariter a Capitulo fit de sequenti cum commem. prędcedentis: nisi aliter in propijs locis annotetur.

¶ Duplici vero concurrente cum festo simiduplici, cum Dñica: cum die infra octauam: cum festo simplici: ⁊ cum officio S. Mariæ in sabbato: omnia in secundis Vesperis de duplici, cum commemoratione illorum.

¶ Duplici etiã concurrente cum feria, vel potius sequẽte feria: ꝺa de duplici ⁊ nihil de feria sequenti. Sed si festum celebretur in Aduentu, Quadrag. ⁊ Quatuor temporib. fit semper comme. de feria, non ratione concursus cum sequente feria, vt infra dicetur. Idem dicendum de festis simplicib. venientibus cuz festo nouez lect. ⁊ de quibus etiam commemo. fit nõ rõne concursus: sed quia eodem die veniunt, vt dictum est in rub. de Commemo.

¶ Semiduplici festo, Dñica, ⁊ die infra octa. cõcurrentib. cum sequenti duplici, omnia de duplici cum comme. illorum: nisi duplex fuerit ex numero maiorum quę supra in rub. de Comme. numerata sunt, in quibus nulla fit cõme. prędcedentis. Semiduplici festo concurrente cum sequenti alio semiduplici: cum Dñica, vel

vel cum die infra octauam, a Capitulo fit de seqũenti, ⁊ comme. prędcedentis. Semiduplici autem festo concurrente cum sequente festo simplici, vel cuz officio S. Mariæ in Sabbato, omnia de semiduplici, cum comme. sequentis. Semiduplici concurrente cum sequente feria, nihil de feria: vt dictum est supra.

¶ Dñica cõcurrente cũ seqũẽti festo semiduplici, ⁊ cũ die infra oct. vel cũ festo simplici, oĩa de Dñica cũ cõme. seqũẽtis: nisi aliter signetur. Dñica concurrente cum feria, nihil de feria, vt supra.

¶ Die infra octauã concurrente cum sequente dñica, vel semiduplici, a Capitulo de sequenti, cum comme. oct. Si duę octauę simul concurrant, vt octaua S. Jo. Baptistę com octa. Corporis Christi, vel e contra: octaua S. Laurentij cum octaua Assumptionis S. Mariæ, totum off. fit de dignori cum commemo. alterius: nisi dies octaua minus digni veniat infra octa. alterius: tunc enim totum off. fit duplex. de die octa. cum commemo. diei infra octauam. Dies infra octa. cum simplici propie non habet concursum: qz in sequenti die infra octa. non fit de simplici, nisi commemoratio: quę ⁊ eadem ratione in prędcedenti die infra octa. fieri debet. Dies infra octa. cum feria nullum habet concursum: quia de feria nihil fit, nisi infra octa. veniat aliqua ex supradictis ferijs Aduẽtus, Quadrag. ⁊ Quatuor temporum: de quibus infra octa. fiet tantum commemoratio.

¶ Die octaua concurrente cum alia die octaua, a Capitulo fit de seqũẽti, excepta octaua. Nat. Dñi, cũ oct. S. Stephani, ⁊ oct. Corp. Christi, cum octa. S. Joannis Bap. in quibus de sequenti fit tñ comme. Die octaua concurrente cum sequenti duplici ẽt translato, a Capitulo fit de sequenti cum comm. oct. exceptis diebus octa. Epiph. Paschę, Ascensio. pentec. ⁊ Corpo. Christi: in quibus fit tantum commemo. de sequenti. Si autem sequens festum etiam translatum fuerit ex solennioribus supra enumeratis in rub. de Commemorationibus, totum off. fit de sequenti cũ commemoratione octauę.

¶ Simplex cum alio non potest concurrere in secundis Vesp. (licet cum ipso possit esse cõcursus in primis vespe.) quia non habet secundas vespe. sed eius off. terminatur ad Nonam: ⁊ deinceps nihil fit de eo, nec comme. Si sequatur aliud simplex, psalmi erunt secundum feriam occurrentem in psalterio ad vesp. ⁊ a

capitulo fit de sequenti simplici sine vlla comme. precedentis. Si sequatur officium nouem lectio. Vesperę totę erunt de eo sine vl la similiter commemoratione simplicis precedentis: si nullum festū sequat subintrat officiū de Tpe, ꝛ vesperę totę erūt de feria.

¶ Feria non potest concurrere cum alio in secundis Vesperis, neque cum ipsa potest esse concursus in primis Vesperis: quia eius officium incipit, ꝛ definit, vbi desinit, ꝛ incipit quodcunque aliud officium: Quamuis proprie, si ei dandum est principium sequēte feria post aliā feriā, eius officiū incipiat a Matutino, termi nat tamē sequente alia feriā ad Complet. ꝛ ideo si feria sequatur aliam feriam in Vespe. precedentis ferię nihil fit de sequenti quo ad ea quę in sequēti feria sunt propria. Verbi gratia, si in Vespe. ferię tertię aſi feram 4. Cinerum, fiat de feria: in Vespe. ferię ter tię dī oratio. Dñice precedentis, nō autem ea quę est propria in sequenti feria quarta Cinerū, nec aſi orationē dicūtur Preces, q̄ dicendę sunt in dicta feria quarta cinerum. Mō ēt fit qñ feria per annum precedit feriā Quatuor tporū, ꝛ Vigiliarū. Hac ēt ratio ne superius dictū est in ꝯcurrentia aliorū officiorū, cū feria nul lum officiū cōcurrere, ꝛ nihil fieri de feria precedēti aduenientę alio officio: si autem de ea aliqſi comme. fieri debet, non fit ratio ne concursus: sed q̄ eo die quo officiū feriarum Aduētus, Qua drageſime, Quatuor tporū, Vigiliarū, ꝛ Rogationum impedit. illarum cōme. rōne tēporis ex p̄cepto Eccl̄ę p̄termitti nō debet.

¶ Cum vero occurrit vt festum simplex veniat in feria quarta ꝛ sexta quatuor tporum, in feria quarta Cinerum, ꝛ in Vigilijs quę ieiunantur, Vesperę antecedentes erunt de feria cōi per annum, non autem de sequēti: vt dictū est cū comme. festi simplicis in se quenti feria occurrentis. Mō ideo non fit, q̄ sequens feria habeat primas Vesperas: sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat officium propter feriam predictam in ea occurren tem, nec etiam conuenit illud habere Vesperas p̄cedentis diei.

De officio sanctę Marię in Sabbatho.

IN omnibus Sabbathis per annum extra Aduentū, Quadra geſimam, ꝛ Quatuor tempora, ꝛ nisi officium fieri debeat de Feria propter Vigiliā in Sabbatho occurrentes, vel pp Rñsoria primo ponenda, vel propter officiū Dñicę 23. post Pentecos ten in officio ferię aliqſi ponendū, vt in rubrica de dñicis dictum

est,

est. ac nisi fiat officium nouem lectionum, vel de octaua Paschę, ꝛ Pentecostes, semper fit officium de S. Maria: quemadmo dum circa finem Breuiarij disponitur. Si autem in sabbato oc currat festum simplex, fit officiū de sancta Maria: ꝛ de festo sim plici fit tantum commemoratio.

¶ Cum vero de ea supradictis diebus officium fieri non potest, nulla tunc fit commem. de sancta Maria propter sabbathum: sed tantum in semiduplicibus, quando eius officium parū non dicitur, fit consueta eius commemoratio per annum posita in Psalterio post Vesperas sabbathi.

¶ Eius officium in sabbbatho incipit feria sexta, ad modum fe sti simplicis, a Capitulo, ꝛ terminatur ad Nonam sequentis diei sabbathi. Si autem feria sexta fuerit officium nouem lect. in Ve speris fit tantum de ea comme. cum Antiphona, versu, ꝛ oratio ne, quę habetur in officio eius in sabbatho.

¶ Ad Matutinum post Jnuita. ꝛ Hymnum de S. Maria, di citur vnum nocturnum cum duodecim psalmis ferialibus, ver sus, tres lectiones, quarum prima ꝛ secunda sunt ex Scriptura de tempore, ꝛ alia omnia tam in Matutino, quam in Laudibus. ꝛ Horis, vt in officio S. Marię in sabbatho aſſignatur.

¶ Dicuntur preces Dominicales ad Primam, ꝛ Cōplet. ꝛ fiunt suffragia consueta de Apostolis, ꝛ Pace, ꝛ Tempore Paschali sola comme. de Cruce, vt in secūda feria post oct. Paschę. Post Nonam nihil fit de ea, nisi consueta eius commemoratio cum aliis suffragijs, quando agenda est in officio de Dominica.

De ordinando Officio ex prędictis Rubricis.

SI quis velit ex supradictis rubricis ordinare officium occur rētis diei videat in Calenda. ꝛ in Tabula festorum mobilium, de quo fiat officium sequenti die: ꝛ vt inuenerit esse faciendm, sic ordinabit illud in vesperis ꝛ alijs Horis nocturnis ꝛ diurnis.

¶ Si ordinandū sit officium de tempore, idest de Dñica, vel fe ria, recurrendum est semper ad Psalteriū. vbi ordinate ponitur quod est cōmune officij de Tpe, cum distributione psalmorum, ꝛ ad proprium de tpe, vbi lectiones, Rñsoria, quędā aſię, ꝛ oratio nes ponuntur, quę desunt in Psalte. Jnuitatorium, hymni, capi tula, versus, Responsoria breuia, ꝛ Antiphonę, quę diuersis tem poribus ponuntur in Proprio, dicuntur loco eorum quę sunt

in psalterio: cum vero propria non fuerint, dñr vt in psalterio.

¶ Si officium sit ordinandum de sancto, recurrendum est semper ad commune Sanctorum: nisi proprium habeat in proprio Sanctorum, vbi pro qualitate festi, si nouez lect. idest duplex vel semiduplex fuerit, omnia ordinate ponuntur: illis exceptis, quę propria suis locis habentur.

¶ Si festum fuerit trium lect. (nocturno ferię, ꝛ lectionibus exceptis) oia de eodem Cōi sumuntur. Tres lect. primi nocturni in officio nouem lect. ꝛ prima ꝛ secunda lectio, vel prima tantum in festis trium lectio, sumuntur de Scriptura in officio de tempore. Quę vero proprię, aut de communi Sanctorum in festis assignantur: ex proprio vel communi sanctorum requirantur.

¶ In maioribus solennitatibus, ꝛ festis per annum: totum off. ordinatur: vt in propriis locis ponitur.

¶ In festis B. Marię (omissis bis, quę propria in illis habentur) hymni, nouem psalmi, ꝛ alia quędam requirenda sunt ex communi eius off. paruo, circa finem Breuiarij.

¶ Modus inchoandi officium, dicendi Inuitatoriuz, hymnos, Antiphonas, ꝛ versus habetur in principio psalterij.

¶ Cum vero Antiphonę duplicandę sunt: dicuntur integrę ante psalmos: sicut in fine psalmorum.

¶ Modus dicēdi absolutiones, ꝛ Benedictiones ante lectiōes, legendi, ꝛ terminandi lectiones: dicendi ℟ia post lectiones, ac ℟espōsoria breuia post capitula, habetur in prima dominica de Aduentu.

¶ Quomodo sit inchoandum ꝛ terminandum officium per horas, habetur in psalterio.

¶ Mūo terminandū per Ave Mariā B. Marię, hz in fine Completo.

¶ Sed vt hęc oia facilius habeantur, positę sunt sequentes rubricę de singulis horis: earūque partib. distincte cognoscendis.

De Matutino.

AD Matut. hęc per ordinem regulariter dñr ꝼm diuersitatem officij: nisi aliter in quibusdā diebus annotetur. Pz nr. Ave Maria. Credo, oia secreto: deinde clara voce hebdomadarius dicit: Domine labia mea ꝛc. pollice signando sibi os signo crucis: Deus in adiutorium ꝛc. manu extenta signando se signo crucis a fronte ad pectus, ꝛ a sinistro humero vsque ad dex-

dextrum: cum Gloria pat. ꝛ alijs vt in principio psalterii. Deinde dz Inuitatoriū cōueniens officio de Tempore, vel de sancto: quod dicitur cum psal. Venite eo modo quo in principio psalterij describit. dicto psalmo, ꝛ repetito Inuitatorio, dicitur hymnus: qui officio de tempore, vel de sancto conuenit.

¶ Postea in duplicib. ꝛ semiduplicib. dñr nouem psalmi, sed in dñicis plures, vt in psalterio: cum suis añis, ꝛ versib. quę tēpori vel festo conueniunt: ꝛ totidez lcōnes cū octo ℟iis: aliqñ cū nouē, vt suis locis ponitur, per tres noctur. distinctos: hoc modo.

¶ In primo noct. dñr tres psalmi, cum tribus añis: post singulos psalmos vna aña: sed tpe Paschali, i. a dñica in Albis vsque ad pentec. prętquam in officio Ascensionis Dñi: tres psalmi cu iusqz nocturni dñr sub vna aña: ꝛ in fine psalmorū post vltimam añam cuiusqz nocturni dicitur versus. Postea Pz nr. Et ne nos. Absolutio. Exaudi. Benedictio. Benedictione perpetua: ꝛ alię ad singulas lectiones vt in prima Dominica de Aduentu ordinantur. Deinde leguntur tres lect. de Scriptura: quę per ordinez in officio de Tpe occurrunt: nisi alię assignentur: ꝛ ad singulas lect. dicit vnum ℟ium conueniens officio: si de tpe, vt in proprio tpis: si de sancto, vt in proprio scōrum: alioquin vt in cōmuni, ēt si lectiones primi noctur. sint de scriptura officij de tēpore.

¶ In fine vltimi ℟ij cuiusqz nocturni dz Gloria pat. cum repetitione partis ℟ij: eo modo quo dicitur in prima dominica de Aduentu, primo ℟io illius Dominicę excepto.

¶ In secundo nocturno dicuntur alij tres psalmi, ꝛ Antiphonę, Versus, Pater noster, Absolutio, Ipsius, ꝛ eius consequentes Benedictiones: vt in dicta prima Dominica de Aduentu habentur: tres lectiones de aliquo sermone: aut de vita alicuius Sancti: ꝛ ad quamlibet lectionem vnum ℟esponsoriuz Officio conueniens.

¶ In tertio nocturno alij tres psalmi, cum Antiphonis: vt supra: post tertiam Antiphonam, Versus, Pater noster, Absolutio, A vinculis, ꝛ Benedictiones consequentes ad singulas lectiones, quę erunt de homilia Euangelij de tempore, vel de festo, secundum qualitatem officij: vt in eadem prima Dñica de Aduentu. Post septimam ꝛ octauam lect. dicitur ℟ium officio conueniens: aliquando autem dicitur etiam post nonaz lect. vt

suis

suis locis dicitur, ꝛ in fine vltimi Responsij, aut octaui, aũt noni, dicitur Gloria patri, vt supra. Si non dicitur nonum Responsorium, post vltimam lectionem dicitur hymnus, Te Deum.

¶ In officio trium lectionum. Ad Matutinum, Pater noster, Aue Maria. Credo, Domine labia ꝛc. Inuitatorium, ꝛ hymnus in feriali officio de feria, si non sint in proprio de tpe, dicunt vt in Psalterio: in festis, de festo, vt in Communi sanctorum: deinde nocturnum ferię, vt in psalterio, ideſt duodecim psalmi, cum ſex Antiphonis: ꝛ tempore Paschali cum vna Antiphona, qui dicũtur tam in officio feriali, quam in festis simplicibus.

¶ Post psalmos, ꝛ Antiphonas dicitur Versus: in feriali officio, vt in psalterio: in festis, vt in Communi sanctorum: qui in festis sumitur, secundum ferias, ex nocturno Communis, vnde sumuntur Responsoria: vt dż infra in rubricis, de Versibus, ꝛ Responsorijs. Post versum, dż Pater noster, Absolutio, ꝛ Benedictiones: vt habetur infra in rubrica de Absolutionibus, ꝛ Benedictionibus. Tres lectiones (si nõ adsit homilia) singulę in officio feriali dicuntur, de Scriptura, quę eo die occurrit in ppio de Tpe: si adsit homilia, singulę tres de homilia. In festis, prima ꝛ secunda, de eadem scriptura: tertia de sancto.

¶ Si fuerint duę lectiones de sancto: prima tantuꝫ erit de Scriptura: reliquę de sancto.

¶ Post singulas lectiones in ferijs extra tempus Paschale, dicitur vnum Responsorium, ita vt dicantur tria respõsoria. Tempore vero Paschali: ꝛ in festis duo tantum Responsoria dicuntur, scilicet post primam, ꝛ secundam lectionem tantum: In fine vltimi Responsorij, secundi scilicet, aut tertij, dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Responsorij. Quę Responsoria in Officio de sanctis, sumuntur ex Communi sanctorum: in feriali Officio ex Dominicis, quando propria per ferias non distribuuntur, ordine descripto in rubrica de Responsorijs. Quando non dicitur tertium Responsorium, post tertiam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

De Laudibus.

AD Laudes, Deus in Adiutorium ꝛc. dicuntur psalmi ꝛ canticum Benedicite, vel aliud: vt habetur in feriali officio extra tempus Paschale, cum Antiphonis officio conuenientibus.

Qui

Qui psalmi, ꝛ canticum in Dominicis per annum, exceptis Dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam Palmarum inclusiue, ꝛ in feriali officio temporis paschalis, ac in festis tã nouẽ quam trium lectionum, dicuntur de Dominica, vt in psalterio. In predictis vero Dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam palmarum inclusiue dicuntur vt suis locis ponit. In feriali officio per annum, extra tempus paschale, dicuntur vt in psalte.

¶ Antiphonę in Dominicis quando proprię non assignantur, dicuntur vt in psalterio. In festis nouem ꝛ trium lectionum, si non adsint proprię dicuntur de Communi. post psalmos dicitur Capitulum, Hymnus, Versus, Antiphona ad canticum Benedictus, cum eodem Cantico, ꝛ Oratio: omnia pro qualitate Officij, de Tempore vel de festo.

¶ Preces quando dicendę sunt, dicantur ante primam orationem. Commemorationes vero de Cruce, de sancta Maria, Apostolis, ꝛ Pace, similiter quando dicendę sunt, post orationem nisi alia commemoratio festi simplicis occurrat, quę semper prędictas commemorationes prędcedit, de quibus infra in propriis rubricis dicitur.

¶ Ante orationeꝫ dicitur, Dominus vobiscum, ꝛ Oremus: post vltimam orationem repetitur. Dominus vobiscũ. Deinde, Benedicamus domino: ꝛ versus Fidelium animę, Pater noster. Dominus det nobis suam pacem: ꝛ Antiphonę beatę Marię, vt habetur in fine Completorij, si tunc discendendũ sit a Choro, alioquin in fine vltimę Horę, nisi sequatur Missa, vel officium Defunctorum, aut Litanię, vt in propria rubrica dicetur.

De Prima.

AD Primam, Pater noster, Aue Maria, Credo secreto. Deus in adiutorium, ꝛc. Hymnus. Jam lucis.

¶ Deinde inchoatur Antiphona, quę conuenit: quę in festis ad omnes Horas sumitur ex laudibus per ordinem, quarta prętermissa. In aliis seruetur rubrica iferius posita de Antiphonis, Postea dicuntur psalmi, qui in dominicis ꝛ feriis dicuntur vt in psalterio. In festis autem, ꝛ tempore Paschali, tres tantum, vt etiam ibi annotatur.

¶ Post Antiphonas dicitur capitulum, Regi seculorum. In feriali officio extra tempus Paschale dż Capitulum, Pacez. deinde

inde ℟ium breue, Christe Fili Dei viui, ℣. Post ℟ium bre. in officio duplici, ℣ infra octauas statim dī oratio, Dñe Deus ops: in alio officio non duplici dicitur Kyrie eleison, cum reliquis precibus, oia vt in psalterio: vbi quando aliquis solus dicit officium, semel tantū dicit: Cōfiteor omissis illis verbis: Tibi pater, vel vobis fratres, ℣ te pater, ℣ vos fratres: qō etiam seruatur, qñ dicitur ad Completorium. In feriali officio quando dictę sunt preces ad Laudes, adduntur alię preces, vt ibi in psalterio.

℣ Post orationem, in Choro legitur Martyrologiū: deinde dicit Preciosa cū reliq. Quę ēt dicant ab ijs qui extra Chorum nō legerint Martyrolog. in fine ad Absolutionē Capli in festis dicit Caplin Monę: Alio tpe tam in Dñicis, quam ferijs, vt in psalte.

De Horis, Tertia, Sexta, ℣ Nona.

AD Tertiam, Sextam, ℣ Nonam: ante singulas horas dicit Pater nr. Aue Maria, Deus in adiuto. Hymnus, ℣ psalmi, vt in psalterio. Añę ẽm officij qualitatem ordine quo supra: Dictis psalmis, post añam dī Capitulum ℣ ℟ium breue pro qualitate officij: quę in Dñicis ℣ ferijs, qñ non habentur ꝓpria in proprio de tēpore, dicūtur vt in psalterio: in festis si in proprio Scōrum non sint propria, sumuntur de Communi. Post ℟ium breue dicitur oratio quę habetur in proprio de tempore: si autem fit de sancto, vt in proprio Sanctorum: alioquin vt in Communi.

℣ Post orationem repetitur, Dominus vobiscum: ℣ dicitur, Benedicamus Dño: Fidelium aiāę: ℣ Pater noster, secre.

De Vesperis.

AD vespe. Pater nr. Aue Maria. Deus in Adiuto. ℣. Deinde dicuntur quinq psalmi, cum quinq añis, vt in proprio, aut Communi Sanctorum signantur. In Dñicis autem, ℣ Ferijs Antiphonę, ℣ psalmi semper dicuntur vt in psalter. vbi tempore Paschali psalmi dicūtur sub vna Antiphona nisi alię proprię Antiphonę, vt in Dominicis Aduentus, assignentur.

℣ Post psalmos, ℣ Antiphonas dicitur Capitulum, hymnus, versus, Antiphona ad Magnificat cum eodem cantico, ℣ Oratio, omnia de Tempore, vel sancto pro qualitate officij.

℣ Preces quando dicendę sunt, dicuntur ante orationem: Cōmemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apostolis, ℣ pace post eam, vt infra in proprijs rubricis dicitur.

De

De Completorio.

AD Complet. absolute dicit lectio breuis, vt in psalterio: deinde Pater nr: Confiteor: Misereatur: Indulgentiā: Conuerte: Aña: psalmi: Hymni. Capitulum: ℟ium breue: Canticum cū ańa: omnia vt in fine psalterij: ℣ post eā in duplicibus, ℣ infra octauas dī Oratio: in alio officio non duplici ante orationē dicitur Kyrie eleison cum reliquis precibus: vt ibidem in psalterio.

℣ Post versum Benedicat ℣ custodiat nos ℣. dicit vna ex añis B. Marię, cum versiculo ℣ Oratione, vt ibidem: ℣ dicto versu Diuinum auxilium, dicitur secret. Pī nr. Aue Maria, ℣ Credo.

De Inuitatorio.

INuitatorium semper dicitur in omni officio ad Matuti. cum psalmo, Venite: ordine in principio psalterij descripto: sed variatur pro officij qualitate, vt in psalterio, ℣ in proprio de tempore, ac in proprio ℣ Communi sanctorum.

℣ Nō dicit in die Epiphanię, nec in triduo ante Pascha, vt suis locis dicitur: nec in officio Defunctorū per annum, excepto die Commem. omnium fidelium Defunctorum, ℣ pręsente corpore.

De Hymnis.

HYmni semper dicuntur in qualibet hora, pręterquam in triduo ante Pascha vsque ad Sabbat. in Albis inclusiue: ℣ pręterquam in officio defanctorum.

℣ Ad Matut. hymnus dicit post psal. Venite: repetito Inuitatorio, pręterquam in die Epiphanię. Ad Laudes, ℣ Vesp. dicit post Capitulum: ad Horas ante psalmos ℣ Antiphonas. Ad Cōpletorium post psalmos ℣ antiphonam.

℣ Dicuntur autem in officio de Tempore, vt in psalterio, quādo proprij hymni in ꝓpio de Tpe non adsunt: q hymni de psalterio, in dominicis, ℣ ferijs assignati dicuntur ab octaua pente. vsq ad Aduentū (Dominica infra octauam Corp. Christi excepta) ℣ ab octaua Epiph. vsque ad Dominicam primam Quadr. exclusiue. In officio de Sanctis dicuntur vt in Communi Sanctorum: nisi proprij in proprio sanctorum habeatur.

℣ In Natiuitate Dñi ℣ vsque ad Epiph. in festo Corp. Christi, ℣ per octauaz, qñcunq fit offiū sancte Marię tam nouem, quaz trium lect. etiam tpe Paschali, in fine omnium hymnorum (pręterquam in fine hymni, Aue maris stella) dicit Gloria tibi dñe,

Qui

Qui natus es de Virgine: vt in eius officio paruo, etiam si dicantur hymni de sanctis, qui infra octauas prędictas celebrantur: dummodo Hymni de Sanctis sint eiusdem metri.

¶ In Epipha. dñi ꝛ per totam octa. ac in festo Transfigura. in fine omniū hymnoruꝫ dicit Gloria tibi dñe, q apparuisti hodie.

¶ A dominica in albis vsque ad Ascensionem in fine omnium hymnorum dicitur Gloria tibi domine, Qui surrexisti a mortuis: etiam in festis Sanctorum eodeꝫ tempore Paschali occurrentium: dummodo hymni sint eiusdem metri.

¶ Ab Ascensione autem vsque ad Pente. dicitur Gloria tibi domine, Qui scādis sup sydera, similiter etiam ꝛ in festis occurrētibus.

¶ In pentecoste vero ꝛ per octauam dicitur Gloria patri domino, Patoque qui a mortuis ꝛc. Alijs temporibus terminantur hymni, vt suis locis ponitur.

De Antiphonis.

AD omnes horas semper cum psalmis dicuntur Antiphonę vel vna vel plures pro diuersitate officij, ꝛ horarum.

¶ Si de tpe fiat officium, idest de dñica, aut feria, dñr Añę, vt in psalterio: quę cum psalmis posite in Vesperis dñicę, ꝛ feriaruꝫ, in Completorio, ac in nocturnis (ēt qñ fit offiñ de festo triū lect. idest simplici) nunqnā mutantur nisi tpe Paschali, quo tpe dicitur vna tñ Añā, Haleluiah, excepto tpe ēt Aduētus: quo tēpore ad vesperas ꝛ nocturnos dominicę ponuntur proprię Antiphonę. In Laudibus ꝛ alijs Horis mutantur pro diuersitate temporum: vt in proprio de tempore habentur, cum vero non assignantur, semper dicuntur quę posite sunt in psalterio.

¶ Añę quę in proprio de Tpe sabbato ponuntur ad Magnificat pro prima dominica alicuius mensis, sumendę sunt ea dominica quę est propinquior Calendis: vel est in Calendis illius mensis, vt supra in rub. de dominicis. ac etiam in rubr. mensis Augusti dicit: ꝛ semper in sabbato ponitur Antiphona ad Magnificat, quę cōtigua est libro Scripturę in dominica ponendo.

¶ In festis nouem lect. ad vesp. dñr añę de Laudib. nisi proprię in vesperis assignentur. Ad Horas similiter, tam in offō de tēpore, quam de Sanctis, quando habentur proprię in Laudibus ꝛ alię proprię non fuerint ad Horas, sumuntur ex Laudibus quarta prętermissa, hoc ordine. Ad primam, prima: Ad Tertiam,

tiam, secunda. Ad Sextam, tertia: Ad Nonam quinta.

¶ In ferijs Aduentus, quę nō habent ad Horas proprias Antiphonas, sumuntur ex Laudibus dominicę prędcedentis. Vbi vero in Laudibus feriarum Aduentus fuerint proprię: sumuntur vt dictum est, ex ipsis laudibus feriarum proprię.

¶ Tempore Paschali, in officio tam nouem, quam trium lect. psalmi nocturnorum cuiuslibet nocturni, dicuntur sub vna antiphona, quę officio conuenit, vt suis locis ponitur.

¶ In duplicibus ad Vesper. Matut. ꝛ Laudes tñ Antiphonę dicuntur ante psalmos integrę: ꝛ post psalmos integrę repetuntur: in alijs Horis, ꝛ in officio non duplici, in principio psalmi inchoat tñ antiphona, deinde in fine integra dicitur. Et qñ añā incipit sicut ps, post inceptā añam dicatur quod sequitur in psalmo sine repetitione principij, ab eo loco vbi desinit antiphona.

¶ Antiphonis propriis, tam in officio de tempore, quam de Sanctis semper cedunt, quę habentur tam in psalterio, quaꝫ in Communi sanctorum.

¶ Quando fit aliqua commem. semper dicitur antiphona ante orationem cum versu quę sumitur ex officio, quod conuenit ei, de quo fit commemoratio: ita vt in Vesperis sumatur antiphona quę assignatur ad Magnificat, in Laudibus quę ad Benedictus, cum versibus qui habentur post Hymnum.

¶ Antiphonę sanctę Marię posite in fine Completorij, dicuntur vt inferius in propria rubrica dicitur.

De psalmis.

PSalmi in officio de tpe, per oēs Horas in dñicis ꝛ Feriis dicuntur eo modo quo distributi sunt in psalterio: nisi aliquādo aliter in proprio de tpe signentur. In festis autez dicuntur, vt in proprijs locis signantur: alioquin vt in Communi Sanctorum.

¶ Psalmi ad Laudes de dñica cuꝫ cantico Benedicite, dicuntur in omnibus festis per annum, ꝛ in ferijs temporis paschalis.

¶ Psalmus, Confitemini, dicitur ad primā cuꝫ alijs psalmis in psalterio assignatis in oībus dominicis (quando officiū fit de dominica) a tertia dominica post pentec. inclusiue vsque ad Natiuitatē domini exclusiue: ꝛ a scōa dominica post Epipha. inclusiue, vsqꝫ ad Septuag. exclusiue: a Septuagesima autez inclusiue vsqꝫ ad Pascha exclusiue, cuius loco dicit psalmus, Dominus regna-

gnaut: ꝛ psal. Confitemini: tunc dī ad Laudes post psalm. Miserere: vt suo loco dicit. In Dñicis vero Tpis Paschalis a Dominica in Albis inclusiue vsque ad Ascensio. exclusiue, dicuntur tantū tres psalmi sicut in festis: addito symbolo Athanasij. Alij psalmi per singulas ferias distributi ad primam, dicuntur singuli loco psalmi, Confitemini: in feriali tantum officio, quādo de feria agitur extra tempus Paschale. In ferijs vero temporis Paschalis, in festis per annuꝫ, ꝛ in Sabbato, siue de sancta Maria, siue de feria fiat officium, dicuntur tantum tres psalmi: scilicet Deus in nomine tuo. Beati immaculati, ꝛ Retribue: etiam si festum duplex celebretur in Dominica.

¶ In Dominicis autem, quando officiū fit de Dominica, post psalmos additur semper symbolum Athanasij, Quicunque, vt infra in propria rubrica dicetur.

¶ Psalmi Horarum, scilicet ad Tertiam, Sextam, ꝛ Nonam, ꝛ ad Completorium, nunquam mutantur, vt in psalterio, siue de sanctis, siue de Tempore fiat officium.

¶ Psalmi de Dominica ad Vesp. vt plurimum dicuntur in vesper. festorum excepto vltimo qui mutatur: cū vero aliter fit, suis locis annotatur. In Vesper. infra octauā dicuntur psalmi, vt in secundis Vesp. festi, exceptis primis Vesp. dici octauę, in quibus dicuntur, vt in primis Vesp. festi.

¶ In fine psalmorum semper dicitur Gloria patri, prēterquaꝫ in psalmo, Deus Deus meus ad te de luce vigilo: ꝛ in psal. Laudate Dominum de cēlis, in quibus dicitur tantum in fine vltimi psalmi, ante Canticuꝫ Benedicite, ꝛ ante Capitulum. Prēterea non dicitur in triduo Maioris Heb. ante pascha, nec in officio Defunctorū, cuius loco pro Defunctis dī, Requiē ēternam ꝛc.

De canticis.

CAntica dicuntur in officio de tempore, tam de Dominicis, quam de Ferijs, vt in psalterio distribuuntur ad Laudes, Vesperas, ꝛ Completorium.

¶ In festis, ꝛ Tempore Paschali ad Laudes semp dicitur Canticum, Benedicite, vt in Dominica, ꝛ in fine eius non dicitur Gloria patri, sicut in alijs Canticis dicitur, nec respondetur, Amen. Alia cantica ferialia, vt in psalterio, ad Laudes non dicuntur nisi quando officium fit de feria extra tempus Paschale.

¶ Canticum

¶ Canticum Benedictus, Magnificat, ꝛ Nunc dimittis, semper dicuntur suo loco, vt in psalterio.

De Versibus.

VErsus semper dicuntur ad Matut. post vltimum psal. ꝛ antiphonam nocturnorum, siue in officio dicantur tres nocturni, siue vnus. Ad Laudes ꝛ Vesperas, Versus dicitur post Hymnum. ad horas dicitur in Responsorio breui, post repetitionem partis Responsorij, dicto Gloria patri.

¶ In pascha Resurrec. ꝛ per eius octauam vsque ad sabbatum in albis inclusiue, in Nocturno tantum dicitur versus, in alijs Horis non dicitur, vt ibi.

¶ Quando fit aliqua commem. semper post antiphonam eius, de quo fit commemoratio, dicitur Versus, qui in eius officio ponitur post Hymn. Vesperarum ꝛ Laudum.

¶ Versibus tempore paschali semper additur Haleluiah.

¶ Versus Dñs vobiscum, semper prēponitur orationi: ꝛ post eam repetitur, vt infra dicitur in rub. de oratione.

¶ In officio festi trium lect. post omnes psalmos feriales cum antiphonis dicitur Versus de Communi Sanctorum, hoc ordine. Feria ij. ꝛ v. Versus primi nocturni. Feria iij. ꝛ vj. versus secundi noct. Feria iiij. versus tertij nocturni.

¶ Versus positi in psalterio ad Laudes, ꝛ Vesp. semper dicuntur quando alij proprij non assignantur in proprio de tempore.

¶ De Absolutionibus, ꝛ Benedictionibus ante lectiones.

ABsolutiones, ꝛ benedictiones dicuntur per ordinem in officio nouēꝫ lectio. ante lectiones, vt in prima Dominica de Aduentu ponuntur. s. post versuꝫ dicto Pater noster. Et ne nos. dicitur absolutio ꝛ Benedictio, vt ibi: prēterquam in Matutinis tenebrarum Maioris hebdo. ꝛ in officio Defunct. in quibus Absolutio ꝛ Benedictio non dicuntur.

¶ Si officium nouēꝫ lect. fit de Sancto, octaua benedictio erit, Cuiuꝫ, vel Quorum festum colimus ꝛc. vt ibi. Si de sancta Maria, octaua benedictio erit. Cuius festum colimus ipsa virgo virginum ꝛc. Cum leguntur tria euangelia cum homilia, fiat sicut in Natiuitate domini dicitur.

¶ Si fit officiū trium lect. ꝛ fit de feria, in qua singulę tres lect. sunt de Scriptura, Absolutio. ꝛ Benedictiones sumuntur ex

prima dominica de Aduentu hoc ordine. Feria secunda ꝛ quinta Absolutio, ꝛ Benedictiones primi noctur. dicuntur. Feria tertia ꝛ sexta secundi noctur. Feria quarta ꝛ sabbato, tertij noct.

¶ Si autez singulę tres lect. non sunt de Scriptura, Absolutio dicitur secundum ferias, sicut qñ tres sunt de Scriptura. Benedictiones vero semp dñr, vt in tertio noc. dictę dñicę ordinãtur.

¶ Si tres lec. sunt de homilia: Prima Benedictio erit Euangelica lectio. Secunda, Diuinum auxilũ. Tertia, Ad societatez.

¶ Si fit de sancto, de Absolutionibus idem seruatur quod in ferijs, quando non legitur homilia: sed Benedictiones dicuntur vt in tertio noctur. hoc modo. Prima, Ille nos benedicat: Secunda, cuius, vel quorum festum colimus: Tertia, ad societatez.

¶ Quando fit officiũ B. Marię in sabbato: Absolutio ꝛ Benedictiones dicuntur, vt in eius off. paruo circa finem Breuiarij.

De Lectionibus.

LEctiones leguntur ad Matut. dictis psalmis, nocturnorum cum Antiphonis, versibus, Absolutionibus quoque ꝛ Benedictionibus, vt supra. In duplicibus ꝛ semiduplicibus dicuntur nouem lectiones, idest in quolibet nocturno tres: in ferijs ꝛ festis simplicibus leguntur tantum tres lectiones.

¶ In officio nouez lect. leguntur hoc modo. In primo noctur. semper leguntur tres lect. de Scriptura: quę qñ suis locis proprię, au dett Cõi scõrum non assignantur, semper leguntur vt in officio de Tpe: quę sua quaque die occurrunt legendę. In secundo noct. si fit de sancto, tres lectiones leguntur de vita Sancti: quę si non adsint proprię, leguntur de sermone, qui ei conuenit, ex Cõi Sanctorum: Vnde etiaz numerus trium lect. completur, quando officium fit nouem lect. de aliquo Sancto, qui non habet nisi vnaz, vel duas lect. de vita sancti. Si fit de dominica, vel alio officio nouem lect. per annum, ẽt de octaua, leguntur tres lect. de aliquo sermone, qui in illis ponitur. In tertio noct. semper leguntur tres lectiones de homilia in Euangelium, positę in proprio aut ex Communi assignatę: ꝛ primę lectioni de homilia semper pręponitur principium lectionis de Euangelio, de quo est homilia: etiam infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordinario lectionum Matutinę tenebrarum ante Paschа, ꝛ defunctorum, vt in suis officijs ponitur.

¶ Si

¶ Si in officio nouẽ lect. in quo nõ dz nonũ rsisoriũ ꝙtingat fieri comme. de aliquo sancto, qui propriam habet lectionez, nona lectio legitur de sancto: si fuerint duę de sancto, cuius fit comme. ex duabus lectionibus fiat vna lectio: omissa nona lectione in dicto off. nouem lect. vel octauę lectioni adiuncta. Quod si eodẽ die occurrat dñica, vel feria quę habeat homiliam, nona lectio sancti omittitur, ꝛ eius loco legitur homilia dominicę, vel ferię.

¶ In officio trium lec. si fit de feria, tres lec. legũtur de Scriptura: nisi tres sint de homilia: quia tunc omissis lectionib. de Scriptura, tres legũtur de homilia. Si fit de sancto, quę habeat duas lect. prima tñ erit de Scriptura: vel vna, vel ex tribus vna: Secunda ꝛ tertia de Sancto. Si vnam tñ habuerit, vel propriam, vel ex Communi assignatam: prima ꝛ secũda erunt de scriptura, tertia de sancto: quod etiã seruatur i officio S. Marię in sabba.

¶ Si initium lectionis de scriptura transferatur in secundaz feriã, lectiones scripturę positę in secunda feria, vel omittanť, vel cũ alijs de eadẽ scriptura adiunctę legantur: quod semper fieri potest, quando lectiones de scriptura aliquo die omittuntur.

¶ Lectiones autem de scriptura in officio de tempore sic distributę sunt per annum: vt quotidie aliquid ex ea legatur etiam in officio de sanctis, quando alię, vt dictum est, non assignantur.

¶ Initia librorum sacrę scripturę (qui fere semper in Dominicis inchoantur) eo die ponuntur, quo notata sunt, etiam si fiat officium de sancto: nisi in festo alię proprię lectiones scripturę de Communi assignentur: tunc enim initium lectionis de scriptura transfertur in sequentem diem, similiter non impeditam. Historia vero, idest Responsoria ex historia scripturę sumpta: si eo die in quam transfertur initium scripturę propter festum occurrens poni non possit, ponatur infra hebdomadam, vt dicitur in rub. de Responsorijs. Cum autem initium alicuius Epistolę beati Pauli, post octauam Epipha. vel Epistolę canonicę tempore Paschali, aut alicuius Prophetę minoris mense Nouembri, infra hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo festo nouem lectionum habente propriας lectiones de scriptura, dictum initium Epistolę ꝛ Prophetę, quoad commode fieri poterit, ponatur in sequenti feria alio simili initio scripturę ponendo, vel festo non impedita: alioquin in precedenti similiter

non impedita, vel cum alijs lectionib. de eadem scriptura in sequentibus diebus continuetur, ita vt aliquo modo ponatur. Cum etiam initium lectionis alicuius libri de scriptura transfertur in aliã diem, alię lectionis eadẽ die, de eadẽ scriptura assignatę, vel cum superioribus lectionibus legantur, vel omittantur. ita vt non oporteat eas amplius in alio sequenti die resumere: sed illę legantur, quę sua quaq; die occurrunt, aut cum eisdẽ iungantur. Quod semper seruetur, quando lectiones occurrentes de scriptura legi non possunt.

¶ De scriptura quoq; tm̃ est posituꝫ, quantum satis vꝫ, pro numero hebdomadarum, quę esse possunt, ꝛ inter Epiphaniam ꝛ Septuag. ꝛ inter Pentecosten. ꝛ Aduentum. Vbi vero cõtingit minui numerum Dominicarũ ꝛ hebdomadarum post Epipha. aduenięte Dominica Septuagesimę, ꝛ post Pẽtecost. aduenięte alia Dn̄ica, vt infra dꝫ, quod super est de scriptura alicuius libri pro numero dictarum Dn̄icarum, ꝛ hebdomadarum, positi, eo animo omittitur. Quod etiam fit de scriptura ex libris Regum: de quibus legitur ab octaua pentec. vsque ad primã Dn̄icam Augusti, cum non expletur numerus Dn̄icarum post octa. pentec. de eo libro annotatus vsque ad mensez Augusti: qꝛ tunc lectionibus de eo libro omissis, legitur scriptura quę ponitur mense Augusti. Quod similter ꝛ in sequentibus mensibus obseruatur: qn̄ mensis cui quinque Dominicę assignantur, nõ habuerit nisi quatuor: tunc enim omittũtur lectiones quintę Dominicę, ꝛ eius hebdomadę: ꝛ ponuntur lectiones primę dominicę sequentis mensis, ꝛ eius hebdomadę, quę. s. Dominica proximior est Calendis illius mensis, secundum rubr. mensis Augusti positam in proprio de Tempore.

¶ Lectiones Dn̄icę quitę Octobris, qn̄ October habuerit tm̃ quatuor Dn̄icas, leguntur feria quinta precedentis hebdoma. non impedita festo duplici, quod habeat proprias lect. scripture: alioquin legantur feria sexta eiusdez hebdo. coniunctę lectionibus secundę ꝛ tertię ferię hebdomadę quintę.

¶ Lectiones ẽt secundę Dn̄icę Nouembris, ꝛ eius hebdomadę omittuntur, quando idem mensis habuerit tm̃ quatuor dominicas: tunc enim tertia Dominica Nouemb. cum sua hebdo. ponitur loco secundę, ꝛ quarta loco tertię, ꝛ quinta loco quartę.

¶ Le-

¶ Lectiones de scriptura, positę in Cõi festorum, leguntur tam in festis duplicib. quã semiduplicib. vbi assignantur in Proprio sanctorũ per annũ: Rursus qn̄ aliquod festum in ꝓpria ecclesia solenniter celebratur: Item qn̄ aliquod festũ nouez lect. occurrit in Quadragesima, ꝛ Quatuor tẽporib. in secunda feria Rogationũ, ꝛ in Vigilia Ascens. in quibus ferijs in officio de Tẽpore non assignantur lectiones de scriptura, sed de homilia: tunc etiã in festis recurrendũ est ad lectiones de scriptura, positas in Cõi sanctorũ. Quod si occurrat in die octaua alicuius festi habentis octauam: tunc in primo noc. diei octauę repetantur lectiones, quę in primo noct. festi lectę fuerint. Alię lectio. secundi ꝛ tertij noct. positę in Cõi Sanctorum, similiter leguntur qn̄ in proprio sanctorum assignantur: ꝛ quando in aliqua ecclesia aliquod festum celebratur cum nouem lectionibus: quia in ea est solenne, aut consuetum celebrari, quod proprias de festo lectiones non habuerit

¶ In fine cuiuscunque lectionis dicitur: Tu autem dn̄e miserere nobis, ꝛ respondetur, Deo gratias. Quod etiam fit in lectionibus breuibus in principio Completorij: ꝛ in fine Primę, post Pretiosa: pręterquam in triduo maioris hebdo. ante Pascha: ꝛ in officio Defunctorum, vt suis locis ponitur.

De Responsorijs post lectiones.

REsponsoria dꝫ ad Matut. post lectiones: ita vt post qualibet lect. dicatur vnum Responsorium, vt infra.

¶ In festis nouem lect. (pręterquã in festo. SS. Innocentiũ, qn̄ non venerit in Dn̄ica) ꝛ in Dn̄icis a Dn̄ica in Albis inclusiue vsq; ad Aduent. exclusiue: ꝛ a Dominica infra oct. Natiuitatis inclusiue vsq; ad Septuag. exclusiue, dicuntur octo tantum Responsoria: ꝛ in fine tertij, sexti, ꝛ octaui, dicitur Gloria patri, cũ repetitione partis Responsorij: quod regulare est in fine vltimi Responsorij cuiuslibet nocturni, tam in officio nouez, quam triũ lect. exceptio tempore passionis, quo tempore repetitur Responsoriũ a principio: excepto etiaz officio Defunctorũ: cuius loco dicitur Requiem ęter. Qui versus. Gloria patri, quibusdam diebus dꝫ in primo Responsorio, vt in proprijs locis annotatur. Post nonaz lectionẽ pręd ictis diebus, quando octo tantum dicuntur Responsoria: immediate dicitur hymnus, Te Deum

¶ In Dominicis Aduentus, ⁊ in Dominicis a Septuagesima vsque ad Dominicam palmarum: ⁊ in triduo ante pascha dicũtur nouem responsoria: quia tunc non dicitur, Te Deum.

¶ In officio autẽ trium lect. qñ fit de festo, ⁊ in ferijs temporis paschalis, quod est inter Dñicam in Albis, ⁊ Ascensionem (excepta feria ij. Rogationum, in qua dicitur tertiuꝫ responsoriuꝫ) dicuntur duo responsoria: quia post tertiam lectionem dicitur, Te Deum: Quę responsoria in festis sumunt̃ de Cõi Scõrũ, ⁊ in dictis ferijs Temporis Paschalis, qñ alia propria non assignãtur, sumunt̃ de Dominica, in qua primo sunt posita, hoc ordine.

¶ Secunda ⁊ quinta feria, primum ⁊ secundum ℟ium primi nocturn. Feria tertia ⁊ sexta, primum ⁊ secũdum ℟ium secundi nocturn. Feria quarta, primũ ⁊ secundũ responsoriũ tertij nocturni.

¶ In alijs ferijs, extra tps paschale dicunt̃ tria ℟ia (quia in illis non dicit̃, Te Deum.) Hoc ordine. Feria secunda ⁊ quinta, tria ℟ia primi nocturni. Feria tertia ⁊ sexta, tria ℟ia secundi noctur. Feria quarta ⁊ sabbato, qñ in eo fit de feria, tria ℟ia tertij noct. Dominicę pręcedentis, in qua primo sunt posita. Verum quia in tertio noct. Dominicarum a tertia post pentec. inclusiue vsque ad Aduentum exclusiue: ⁊ ab octa. Epiphan. vsque ad Septuag. exclusiue, non hꝫ nisi vnum ℟ium dicendũ infra hebdomadã, qꝫ est septimũ in Dñica, propterea quod ℟ium, duo Seraphim, non dicitur nisi in Dominicis post pentec. vsque ad Aduentum, ⁊ ab Epiphania vsque ad Septuag. ideo Feria quarta ⁊ sabbato quando ex tertio noctur. sumenda erunt ℟ia, primum ℟ium erit quod est septimum Dñicę, secundo ⁊ tertio loco dꝫ secundũ ⁊ tertiũ sequentis ferię. i. post secundã, ⁊ tertiaꝫ lect. dꝫ secundũ ⁊ tertiũ ℟ium, quod est secunduꝫ ⁊ tertiũ secundę sequentis ferię, si ꝓpria ℟ia habuerit: alioquin si non habuerit propria, dꝫ secundum ⁊ tertium ℟ium primi noctur. eiusdem Dominicę.

¶ Sumuntur aũt ℟ia ex eo loco, vbi primo sunt posita in principio mensis vel libri, ⁊ ea repetuntur in alijs sequentibus Dñicis illius mensis: in quibus alia non assignantur, vel donec de illo libro legitur, vnde sumpta sunt ℟ia. Quę autẽ in prima hebdo. mensis posita sunt per ferias, repetantur eodem ordine in eisdem ferijs per sequentes hebdo. donec alia ponantur.

¶ Responsoria ẽt propria secundę ferię, si ꝓp festum occurrens poni

poni non possint in ea feria vbi assignantur, ponantur in sequẽti prima occurrenti feria. Vbi vero non adsunt propria, semper ex nocturnis Dominicę sumuntur dicto ordine.

¶ Si ℟ia primi noctur. eius Dominicę, in qua primo ponuntur ꝓp festum duplex in ea occurrens, in ipsa Dominica poni non possint, ponantur primo die eius hebdomadę, in qua occurrit fieri de feria. ⁊ omittantur alia, quę forte in illa feria propria haberentur. Si vero in tota hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de feria, prima die non impedita festo nouem lect. fiat offm̃ de feria, cum comm. festi trium lect. in ea occurrentis: si tota hebdomada, ⁊ sequens dominica fuerit impedita offõ nouem lect. in qua non possit fieri officium de Dominica vel de feria, id fiat in sequenti hebdomada vel Dominica: dummodo in ea alia responsoria non sint primo ponenda: quia tũc si responsoria sint primo ponenda, prima die pręcedentis hebdomadę non impedita festo duplici, fit de feria, vt supra: ⁊ festum semiduplex in ea occurrens transferatur.

¶ Responsoria etiaꝫ tertij nocturni, quę in aliquibus Dominicis ex textu euangelij sumpta sunt, nõ repetantur per hebdomadam, quando in ea sumenda sunt responsoria ex tertio noctur. Dominicę: sed eorum loco dicantur alia sequentis ferię. Idem seruatur de quibusdam responsorijs propijs, in ferijs Quadragesimę, vbi vnum tantum reponsorium ponitur: quia non dicũtur nisi in eo die, quo ponũtur: ⁊ in alijs sequentibus ferijs Quadragesimę sumuntur ex dominica, ordine supradicto.

¶ Tẽpore paschali in fine ℟ij ante versum additur Haleluiah. Primum responsorium festi quod aliquando non dicitur infra quasdam octauas, dicitur in dominica infra octa. si ad modum octauę agatur officium, ⁊ in die octaua: nisi aliter notetur.

De Responsorijs Breuibus Nocturnorum.

REsponsoria breuia dicuntur post capitm ad Primam, Tertiam, Sextam, ⁊ Nonã, ⁊ ad Completorium: pręterquaꝫ in triduo ante Pascha vsqꝫ ad Sabbatum in Albis exclusiue: quibus diebus non dñr. Ad Primam ⁊ Complet. semper dñr eodeꝫ modo, vt in psalterio. In alijs Horis, qñ fit officiũ de dñica, vel de feria per annuꝫ, dñr vt bñr in psalterio. In Aduentu autem, Quadrag. ⁊ tpe paschali, vt suis locis bñr propria. In festis simi-

liter quãdo non habentur propria, dicuntur vt in Cõi sanctorũ.

¶ In fine ℟ij breuis semper dr Gloria patri, cum repetitione partis ℟ij: eo modo quo ordinantur ad primaz in psalterio: prę terquam tempore passionis: tunc enim nõ dicitur Gloria patri: sed eius loco repetitur Responsorium breue a principio.

¶ In ℟io breui ad Primam, loco versus, Qui sedes, ꝛ cętera, vt in psalterio, in Aduentu dr, Qui venturus es in mundum, taz in Dñicis ꝛ ferijs, quam in festis (excepto festo Conceptio. B. Marię.) In Natiuitate Dñi ꝛ vsque ad Epiph. etiã in festis occurrentibus: In festo Corp. Christi, ꝛ per octauã: ꝛ in omni offõ B. Marię, tam nouem quam triuz lec. dicitur, Qui natus es de Maria virgine. In Epiph. ꝛ per octauaz, ꝛ in festo Transfigu. dicit, Qui apparuisti hodie. A Dominica in Albis inclusiue vsqz ad Ascensionem exclusiue, tam in officio de Tempore, quam de sanctis (excepto officio sanctę Marię) semper dicitur, Qui surrexisti a mortuis. Ab Ascensione vsque ad pentec. exclusiue, dicitur, Qui scandis super sydera. In pentecoste ꝛ reliquo anni tempore, tam in officio de tempore, quam de Sanctis dicitur, Qui sedes ad dexteram patris, vt in psalterio.

